

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBRI NOVEM

EPISTULARUM AD TRAIANUM LIBER

PANEGYRICUS

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

ACCEDIT INDEX NOMINUM CUM RERUM ENARRATIONE

AUCTORE

THEODORO MOMMSEN

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXX



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

CAROLO HALMIO

AMICO SUO

HENRICUS KEIL

PRAEFATIO

Postquam ante hos sedecim annos epistulas et orationem Plinii librorum manu scriptorum fide recognitas edidi, haud prompto sane animo easdem praesertim diu omissas retractandas suscepi. sed et parum utilem esse editionem videbam, nisi scripturae librorum quibus usus essem cognoscendae omnibus copia fieret, et quaedam, quae olim non recte institueram, corrigenda esse intellexi. accedebat auctor gravissimus idemque amicissimus Theodorus Mommsen, qui cum editionem critico apparatu instructam desiderari diceret, me ut eam curam in me reciperem monuit seque adiutorem fore operis promisit. quare non putavi dubitandum esse quin denuo ad Plinium operam meam converterem et rem olim incohatam potius quam perfectam ad certum finem perducerem. itaque non solum recensionem olim institutam recognovi et ut poteram emendavi, sed etiam discrepantem scripturam librorum quos in lectione constituenda secutus eram adieci. emendationem Mommsenus suis coniecturis liberaliter mecum communicatis adiuvit, postquam meas schedas ad eum miseram. idem indicem nominum, quem olim subieceram brevem et ad illius editionis usum accommodatum, ita auxit, ut quaecumque de hominibus a Plinio nominatis tam aequalibus quam antiquioribus memoriae prodita essent indicaret, exceptis tamen, ut par est, nominibus eorum qui et vulgo noti et obiter tantum a Plinio commemorati essent, ut Demosthenis et Ciceronis et imperatorum omnium, in quibus ea quae apud ipsum Plinium leguntur indicare sufficiebat. de quo instituto ille haec ad me scripsit, in historia illius aetatis vel maxime opus esse indice virorum omnium qui ad rem publicam accessissent vel litteris operam dedissent, in quo quidquid de iis vel apud scriptores vel in inscriptionibus et nummis memoriae proditum esset breviter indicaretur. quo quia adhuc careremus, se in iis nomi-

nibus quae apud Plinium leguntur praestitisse, quod fieri deberet in omnibus; neque ignorare se illud inter indicem proprie Plinianum et talem qualem desideramus medium quiddam tenere et propterea merito culpari posse, quod fines alterius excederet, alterius non impleret; sed specimine aliquo quamvis imperfecto utilissimi operis proposito fieri posse ut alii ad illum laborem suscipiendum incitarentur. interim nos illud antiquissimi vatis praeceptum, quod dimidiam rei partem pluris facere nos iubet quam totam rem, in hoc quoque opere valere putabimus. nam dum omnia quae huc pertinent nomina colligantur et in ordinem digerantur, quod sane utilissimum fore omnes consentiunt, hic Plinii index vices locupletioris indicis ex aliqua parte sustinere poterit, neque dubitamus quin ille magnum commodum ad novam editionem additurus sit. denique de temporibus epistularum ne nobis quaerendum esset effectum est accurata Mommseni de vita Plinii disputatione Herm. v. III (a. 1869) p. 31 sqq. ex qua disputatione notas annorum, de quibus quidem certo constat, singulis libris vel epistulis adscripsi. unum igitur explicandum restat, quibus praesidiis in nova recensione usus sim et quam auctoritatem unius cuiusque libri in diversis partibus editionis esse voluerim. qua de re olim breviter dixi, nunc ut accuratius exponatur huius editionis rationes exigunt.

Codicum autem in quibus Plinii epistulae scriptae sunt tria sunt genera, quae non magis propria unius cuiusque generis ratione scripturae quam diverso numero epistularum inter se discreta sunt. primum enim genus est illud quod novem epistularum libros complectitur; in secundo prior epistularum pars inde a primo libro usque ad quinti libri epistulam sextam scripta est; tertium octavo libro omisso et nono in loco octavi posito octo libros continet. ad haec tria genera accedebat olim quartus codex, in quo praeter novem epistularum libros decimus sive epistularum Plinii et Traiani liber scriptus erat. de his tribus sive quattuor librorum manu scriptorum generibus primum separatim dicam; deinde quae cuique auctoritas ad genuinam scripturam indagandam tribuenda sit exponam.

Primi igitur generis quod posui codex primarius est Mediceus vel Laurentianus plutei XLVII 36 in membranis formae quadratae decimo saeculo, ut mihi visum est, scriptus, qui unus omnium codicum qui nunc supersunt novem epistularum libros continet usque ad noni quidem libri epistulam 26, 8 *EPISTULĀR LIB I — et alibi* ЄΤѠ ΛЄΘΙΜΛΙΜ . *FINIT EPISTULARUM*

LIBER . UIIII. constat membranarum fasciculis decem et septem, e quibus sedecim sunt quaterniones, ultimus est quinio. in prima parte paginae habent versus vicenos et quaternos, postea vicenos et quinos, in ultimis membranis vicenos et senos eosque minutioribus litteris exaratos. ab eodem librario autem codicem scriptum esse, qui Taciti libros quinque vel potius sex ab excessu divi Augusti in codice Mediceo plutei LXVIII 1 scripsit et olim Bandinius catal. cod. lat. biblioth. Laurent. v. II p. 419 vidit, et mihi tum, cum utrumque librum tractabam, apparuit. quin etiam uno volumine olim duos codices comprehensos vel certe uni volumini destinatos fuisse numeri quaternionum, qui in imis marginibus ultimarum unius cuiusque fasciculi paginarum in utroque codice scripti sunt, indicant. nam cum in Plinii codice continui sint quaternionum numeri inde ab I usque ad XVII, hos in Taciti codice excipiunt numeri prorsus eodem loco antiqua manu positi XVIII usque ad XXXIIII. sed ii recentiore manu inde ab undevicesimo quaternione ita mutati sunt, ut pro vetere ordine is qui postea fuit II, III sqq. indicaretur: qua de re auctore Gulielmo Studemund accurate dixit Ludovicus Urlichs in annalibus philologicis Eos v. II (a. 1865) p. 224. itaque cum a librario, qui primum Plinii epistulas, deinde Taciti libros scripsit, continui quaternionum numeri positi essent, postea duobus voluminibus factis in posteriore parte, quae Taciti libros continebat, numeri ita ut dixi mutati esse videntur. non egebimus igitur, opinor, ratiocinationibus illis, quibus Urlichsius l. c. ea quae in Taciti codice periissent computare studuit. iam vero quoniam Taciti codicem anno 1508 e Corbeiensi monasterio in Italiam travectum esse constat, sequitur eandem originem esse codicis Pliniani. atque si credimus Ioanni Mariae Catanaeo, qui primus inter Italos hoc libro usus est et pluribus locis eius scripturas protulit in secunda Plinii editione, quae Mediolani a. 1518 facta est (nam in priore editione a. 1506 eum non habuit), tum etiam, cum Taciti codex inventus est, cum illo coniunctus fuit. nam quem Catanaeus pontificium codicem dicit, is a Mediceo, qui tum Leonis X pontificis erat, diversus non est. eum igitur 'cum libris quinque Cornelii Taciti nuper inventis coniunctum fuisse' scribit in epistula illi editioni praemissa, cuius partem quae huc pertinet infra exhibebo, et de eodem in commentario epist. I 2, 2 'quare' inquit 'sincerior lectio elicitur ab eo exemplari, in quo sunt illi tres libri Corn. Taciti nuper publicati, *nam vim tantorum verborum pauci, quos aequus*

amavit, assequi possunt'. copiam autem codicis a Philippo Beroaldo, quem primum Taciti libros e codice Mediceo edidisse constat, sibi factam esse scribit l. c. et in commentario in epist. V 9, 5. ceterum in iis quae de Tacitei codicis inventione tradita sunt numquam, quod sciam, Plinii mentio facta est. post Catanaeum codicem cum Aldina editione contulit Nicolaus Heinsius: cf. Burmann. syllog. epist. v. III p. 538 Heins. not. in Valer. Flacc. p. 316. huius collatione a Petro Burmanno descripta usus est Cortius. ipse librum excussi Florentiae a. 1845. in iis de quibus propter dissensum Cortii dubitatio orta erat Marcus Zuckerus Erlangensis denuo inspecto codice aut meam lectionem confirmavit aut errorem correxit.

Ad Mediceum codicem proxime accedit Vaticanus 3864 membranaceus forma quadrata eodem fere tempore vel paulo antiquiore, hoc est nono vel decimo saeculo scriptus. quamquam fuerunt qui eum octavo vel etiam undecimo saeculo tribuerent. continet una manu scripta haec, f. 1—74 Caesaris de bello Gallico libros octo (cf. Caes. ed. Frigell v. II 1): f. 74. 75 fragmentum Aethici (cf. Pertz de cosmogr. Ethici p. 32): f. 76—108 Plinii epistularum libros quattuor primos *C. PLINIUS SEPTICIO SUO SALUTEM — C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTULARUM FINIT LIBER IIII:* f. 109—133 Sallustii excerpta (cf. Iordan mus. rhen. noviss. v. XVIII a. 1863 p. 585). hoc libro et in Plinio et in Sallustio primus usus est Pomponius Laetus a. 1490. Plinii epistulas ipse excussi. sed eae in codice ita scriptae sunt, ut reliquos epistularum libros non casu periisse, sed omnino non scriptos fuisse appareat. nam post finem quarti libri in folio 108, quod est ultimum quinionis folium, pars paginae prioris quae supererat et posterior pagina a librario vacua relicta est. scriptura autem cum Mediceo codice tam accurate consentit, ut utrumque librum ex uno exemplari descriptum esse plane appareat. quod archetypum praeter alia vitia utriusque apographi communia tribus locis vetere membranarum defectu lacunas traxerat, quibus perierunt haec, p. 21, 16 *vero totum* — p. 25, 24 *dixisse cum ede*, p. 62, 25 *fuit obiit officia* — p. 64, 12 *pluribus credere potes*, p. 72, 2 *est vale*—p. 75, 15 *temere dixi diligenter*. et primo quidem loco duo folia, secundo unum, tertio iterum duo in vetere codice periisse videntur. quamquam ad veterem membranarum compagem ille defectus certis ratiocinationibus referri nequit. praeterea in initio illius archetypi inscriptio epistularum deerat, quo factum est ut et

in Vaticano et in Mediceo codice eodem loco nomen Plinii a librariis omitteretur.

Hac Medicei et Vaticani codicis cognatione iam certum efficitur iudicium de codice Pragensi, ex quo Franciscus Nicolaus Titze Lipsiae a. 1823 Plinii epistulas edidit eumque multis verbis in praefatione eius editionis descripsit. quarto decimo autem saeculo librum, in quo uno magno volumine Plinii naturalis historiae libri, Plinii Valeriani physica quae feruntur et octo epistularum libri comprehensi sint, in Bohemia scriptum esse dicit. is igitur tam constanter Medicei codicis scripturam sequitur, ut dubitari nequeat quin ex hoc ipso descriptus sit. nam cum in quattuor epistularum libris, in quibus praeter hunc Vaticanum veteris scripturae testem habemus, aliis locis is qui Mediceum, aliis is qui Vaticanum codicem scripsit a communi archetypo aberraverit, Pragensis codex exceptis levissimis quibusdam erroribus, qui nullo negotio coniectura corrigi poterant, omnia propria Medicei librarii vitia repetivit, quod fieri non potuisse apparet, si ex antiquiore codice originem duxisset. neque illud huic rei obstat, quod ex iis quae in lacunis Medicei codicis perierunt quaedam in Pragensi scripta sunt. nam eae quidem epistulae, quarum vel initia vel fines in illo propter archetypi defectum perierunt, I 16. 20. III 1. 3. 9, in hoc ex alio codicum genere, cuius plures etiam nunc supersunt libri, suppletae leguntur; eae autem quae totae lacunis haustae erant ne in hoc quidem scriptae sunt*). praeterea ex reliquis quoque

---

*) Quo certius de consensu Medicei codicis (**M**) et Pragensis (**P**) in iis etiam locis, in quibus Vaticanus veram scripturam servavit, constet, exempla eius generis adscribam, in quibus e primo libro omnia quae huc pertinent ponam, e reliquis graviora eligam. p. 6; 14 *non*] *enim* **MP**. 9, 26 ἀνένευσεν. *nam ego*] ANENEYYCENINAM. *Ego* **MP**. 11, 21 *ne molesta*] *N̄ molesta* **M** *ut non molesta* **P**. 12, 25 *casu*] *causa* **MP**. 14, 10 *dixit otiosum esse*] *dixit melius est otiosum esse* **MP**. 15, 7 *multum severitatis*] *multum seueritas* **M** *multa seueritas* **P**. 18, 2 *mortem doleo, doleo autem*] *mortem doleo autem* **MP**. 19, 2 *nemini defui. erant*] *memini defuerant* **M** *menū defuerāt* **P**. 26, 15 *frequenter egi* om. **MP**. 31, 8 *audire et si inulta*] *audire si inulta* **MP**. 32, 2 *nosse*] *nosce* **M** *noscere* **P**. 36, 12 *qui pepererat*] *quippe pererat* **M** *quippe perat* **P**. 44, 11 *Tuccius*] *ductius* **MP**. 47, 22 *istinc redire*] *istin credere* **M** *istinc credi* **P**. 51, 22 *tuerer*] *uerer* **M** *uererer* **P**. 68, 2 *poteras, inquit, has horas non perdere; nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non inpenderetur*] *poteras inquid horas non inpenderetur* **M** *poteras inquit horas non inpendere* **P** *poteras inquid non perdere perire enim arbitrabatur quia quid studiis non inpenderetur* cod. Vat. 70, 6 *transigebat*] *transiebat* **MP**. 70, 27 *nuper L. Piso, pater Pisonis illius*] *nuper L. pisonis illius* **MP**. 90, 24 *in summa avaritia sumptuosus, in summa infamia gloriosus*] *in summa infamia auaritia sumptuosus in summa infamia gloriosus* **MP**. 101, 12 *Caecilius Strabo aerario censuit inferendum*] *caeci-*

epistulis non nullae omissae, multae alio ordine positae, ex nono libro paucae receptae eaeque cum octavo libro coniunctae, in ipsis verbis autem multa pravis mutationibus corrupta vel neglegenter scripta sunt. quae cum ita sint, facile intellegitur nullam omnino huic codici auctoritatem tribuendam esse; neque eo usus sum, nisi quod semel VI 32, 1 coniecturam librarii commemoravi.

Ad eandem stirpem pertinebat codex is ex quo duae epistulae I 6 et VI 10 nono saeculo descriptae leguntur in codice Monacensi 14641, olim Ratisbonensi Emmeramo 641 f. 46 et 47 post Ambrosii et Gregorii epistulas et calendaria.

Secundi generis codicum unum testem nunc habemus codicem Florentinum, qui olim bibliothecae S. Marci 284 fuit, inde in Laurentianam bibliothecam translatus necdum, cum eum tractabam, in numeros relatus erat. is est membranaceus forma quadrata sub finem decimi saeculi, ut mihi visum est, scriptus. continet autem primum f. 1—40 Apuleii libros quattuor, de deo Socratis, dialogum Hermetis Trimegisti, de dogmate Platonis, de mundo, deinde a f. 41 Plinii epistularum libros quattuor primos cum sex primis libri quinti epistulis, omissa tamen quarti libri epistula vicesima sexta, unde efficitur numerus epistularum centum, *FREQUENTER HORTATUS ES — loco seruent. VALE.* recentiore manu quinto decimo saeculo in fine codicis adiecta est sexti libri epistula septima et pars octavae usque ad p. 133, 3 *natura curiosi.* singuli libri maiore spatio relicto et maioribus litteris in initio positis satis aperte distincti sunt, ipsa tamen inscriptio in solo secundo libro addita, in reliquis ei cui rubricarum cura mandata erat, ut videtur, relicta est. paginae sunt versuum tricenorum et quaternorum. in vetere scriptura alia, sed ea quoque antiqua manu quaedam correcta et graeca verba, quae ubique a vetere librario scripta erant, non nullis locis deleta et denuo scripta, plerumque etiam addita latina interpretatione in margine repetita sunt. genus autem scripturae et forma

---

lius strabo tu lauda marcellinum aerario censuit inferendum **MP**. epistulas autem quae in Mediceo codice lacunis mutilatae erant ex alio codice suppletas, deinde reliqua e Mediceo descripta esse certum indicium praebet prima lacuna epist. I 20, 7, ubi cum ex verbis *cum ederet omisisse* in Mediceo et Vaticano relicta essent haec, *retomisisse* (cf. p. 21, 16), in Pragensi perperam scriptum est *cum ederet retro misisse.* sufficient haec, credo, ad originem codicis demonstrandam, quem Pragensis editor ex nescio quo codice Visigothico quinto saeculo scripto et ex ipsa scilicet scriptoris editione ducto derivatum esse sibi persuaserat.

membranarum similia esse mihi visa sunt codicibus quibusdam qui e monasterio 'S. Nazarii in Laurissa' in bibliothecam Palatinam translati sunt. quare olim eum 'librum epistolarum Gaii Plinii', quem decimo saeculo Laurissae fuisse catalogus codicum Laurissensium ab Angelo Maio spicileg. Roman. v. V p. 190 et accuratius ab Augusto Wilmannsio mus. rhen. noviss. v. XXIII (a. 1868) p. 400 editus indicat, hunc ipsum Florentinum codicem esse suspicatus sum. ante me hunc codicem tum, cum in Marciana bibliotheca servabatur, Fridericus Lindenbrogius excusserat, cuius schedis Cortius usus est. nam schedae Lindenbrogianae ita cum Florentino codice consentiunt, ut non dubitem quin ex hoc ipso excerptae sint, praesertim cum Lindenbrogium Florentiae Marcianos codices tractasse constet.

Sed alius eiusdem stirpis codex Marciano aetate fere par paucis abhinc annis Florentiae in bibliotheca Riccardiana extabat. nam codex Riccardianus 488, qui nunc Plinii maioris libros naturalis historiae continet, olim post hos etiam Plinii minoris epistularum libros quattuor cum parte quinti continebat. ea quae nunc supersunt accurate descripsit Detlefsenus mus. rhen. noviss. v. XV (a. 1860) p. 276 sqq., qui codicem circa annum 1100 scriptum esse existimat; mihi ad decimum saeculum, quam aetatem alii libro tribuerant, haud improbabiliter referri posse videbatur. in eo igitur olim epistulas Plinii scriptas fuisse et Lamius in catalogo codicum manuscriptorum qui in bibliotheca Riccardiana Florentiae adservantur Liburni a. 1756 edito p. 324 indicavit, quamquam is minus accurate quattuor libros epistularum dixit, et post eum accuratius Rigolus, qui bibliothecarii munere ab a. 1815 usque ad a. 1845 in Riccardiana bibliotheca functus esse dicitur. is enim in schedis manu scriptis, quae nunc in illa bibliotheca servantur de codice scripsit haec, quae me rogante descripsit Theodorus Heyse, 'Plinii Secundi naturalis historia et epistolae Plinii iunioris. Cod. 488 (antiquitus M. II 11) incipit a verbis: *Illud est quod omnia opera tamquam novissima descripsere.* — Pag. [immo fol.] 174 epistulae Plinii iunioris occurrunt, ab ipso librario scriptae hoc titulo: *C. Plinii Secundi epistularum libri numero decem.* Verum est, quod in hoc Codice solum quatuor libri completi et initium quinti. In integumento Codicis ab illo, qui has litteras contulit, scripsit [l. scripta sunt] haec: 'A. I. Gorius contulit mense Aug. 1728'. Cod. membr. in fol. binis columnis exaratus. Io. Lamius in Catalogo Bibl. Riccard. p. 324 nota manuscripta adiunxit

'Codex hic scriptus est anno DCCCCLIIII, ut in Codice manu contemporanea adnotatum est, et librarii fuere Gulielmus Subdiaconus et Elias Subdiaconus.' Initio, medio et fine mutilus, sed praestantissimus. Constat foliis scriptis 191'. praeterea Ludovicus de Ian mihi narravit se, cum a. 1829 codicem tractaret, epistulas in extrema parte codicis scriptas vidisse. ipse cum anno 1845 de Plinii epistulis in Riccardiana bibliotheca quaererem, folia 173, in quibus naturalis historiae libri scripti erant, in codice relicta esse, sed in fine complures membranarum fasciculos excisos vidi, neque de epistulis quicquam indicatum inveni. Detlefseno autem auctore l. c. p. 280 anno 1832 ea pars codicis, in qua epistulae scriptae erant, una cum aliis codicibus ex Riccardiana bibliotheca furto abrepta esse dicitur. scripturas codicis olim a Gorio Florentino excerptas a Dorvillio acceperat Cortius, ex cuius editione quaecumque relata inveni in meam adnotationem recepi. continebat autem Riccardianus codex tum, cum Gorius eo utebatur, easdem epistulas quae in Marciano scriptae sunt (nam epistula IIII 26 in hoc quoque omissa erat); ultima tamen epistula in fine mutilata, de quo haec scribit Cortius in ep. V 6, 32, 'sed in verbo *pererrat* (p. 128, 26) deficit probus ille Riccardianus codex, reliquis iniuria temporum deperditis. itaque eius suffragio in posterum uti non licebit, nisi in titulis Epistolarum huius Lib. V. Hi enim, quia sub initium cuiusque libri perscribuntur, seruati sunt'. sed quoniam indices epistularum in initio librorum scripti, in quibus inscriptiones cum primis verbis unius cuiusque epistulae positae erant, sicut et hoc loco et aliis pluribus Cortius indicat, usque ad finem certe quinti libri perducti erant, veri simile est quinque libros integros olim in codice fuisse. immo si credimus inscriptioni, quam Rigolus in descriptione codicis posuit, *C. Plinii Secundi epistularum libri numero decem*, quamquam dubito num haec ita a vetere librario scripta sint, non solum quinque libri sed reliqui etiam cum ipso libro epistularum Plinii et Traiani scripti fuerunt. atqui scripturae codicis, de quibus Cortius rettulit, paucis exceptis cum Marciano codice plane consentiunt. ex quo parata sane coniectura est ut hunc ex ipso Riccardiano, si modo is aetate superior fuit, tum, cum integra erat sexta libri quinti epistula, descriptum esse eiusque defectum causam fuisse existimemus, cur reliqua in Marciano codice omitterentur. nam epistulam quoque IIII 26, quae in utroque libro omissa est, in Riccardiano non consilio reiectam, sed casu praeteritam esse

docet index libri, in quo epistula suo loco indicata est. quamquam, dum ipse codex repertus fuerit, certo iudicari nequit, utrum ex hoc Marcianus, an ex communi archetypo uterque liber descriptus sit.

Ex Florentino S. Marci codice descriptus est Bernensis 136 memb. fol. saec. XII, in quo post Gregorii homilias iidem libri Apuleii et Plinii epistulae l. I—V 6, deinde non nullae orationes Ciceronis scriptae sunt. praeterea alii centum epistularum libri complures extant. e quibus quos ipse vidi vel aliis indicantibus cognovi sunt hi, Parisini 8558 memb. fol. s. XIV, 8560 chart. fol. s. XV, 8607 chart. 4 a. 1454 scriptus, Vaticani 1777 fol. s. XV et 1778 memb. 4 s. XIV, Ottobonianus 3305, Laurentianus 47, 37 s. XV, Pistoriensis 139 chart. 8 s. XV. sed hi omnes cum Florentino codice ita consentiunt, ut ex hoc ipso descriptos esse partim certum partim probabile sit. certe nullus quicquam novi, quod ex illo peti non potuerit, adfert. eandem originem prae se ferunt *excerpta epistolarum plinii*, quae in tribus codicibus, Reginensi 1575 s. XIII, Vaticano 3087 s. XIV, Laurentiano Strozz. 75, scripta sunt, *Numquam te obsequii peniteat. humiles et sordidas curas aliis manda — acerba semper et immatura mors eorum qui immortale aliquid parant.* denique Vincentius Bellovacensis, qui in Speculo historiali l. X c. 67 Plinii 'epistolas ad diversos circiter centum se repperisse' scribit et 'de huius epistolis paucos flores excerpsit', simili codice usus est. nam haec quoque excerpta ut eo numero epistularum, quem in his codicibus scriptum esse dixi, continentur, ita genere scripturae eodem revocantur. quoniam igitur in his libris vel excerptis nihil repertum est quo post Florentinum facile carere non possimus, hoc uno et paucis illis quae e Riccardiano codice adlata sunt omnem huius generis codicum memoriam constare volui.

Restat magnus numerus codicum quinto decimo saeculo scriptorum, in quibus octavus epistularum liber omissus, quintus autem et nonus, qui in illis octavi loco positus est, vetere epistularum ordine perturbato ita dispositi feruntur, ut in quinto inde ab octava epistula reliquae sic se excipiant, 21. 15. 10—14. 16—20. 9; in nono autem sic, 1. 2. 6. 7. 9. 12. 17. 21. 24. 25. 30. 31. 32. 3. 4. 5. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 22. 23. 26. 27. 28. 29. 33—40: nam sexta decima noni libri epistula in his codicibus praetermissa est. hos igitur omnes ex uno eoque corruptissimo archetypo ductos esse communis omnium con-

sensus in plurimis et gravissimis vitiis docet, sive ipsum vetus exemplar ita corruptum sive ab imperito homine, cuius apographum librarii secuti sunt, descriptum erat. sed cum in quattuor primis libris et in parte quinti emendatior vel certe facilior ad intellegendum lectio e Florentino codice ducta et compluribus exemplaribus propagata ferretur, his exemplaribus ita usi sunt librarii, ut vel haec potius quam veterem octo librorum codicem exprimerent vel corruptam illius scripturam ex his corrigerent. velut in Oxoniensi codice, quo Cortius usus est, eo loco, in quo centum epistularum codices deficiunt, epist. V 7, 1 eadem manu, qua liber scriptus est, adnotatum legitur *hucusque exemplar fuit satis emendatum.* in codice autem Laurentiano 47, 34 primum eae epistulae quae in vetere Florentino sunt cum his ipsis, quas postea adiectas esse dixi, scriptae, deinde aliquanto recentiore manu reliquae additae sunt. et duo alii Laurentiani 47, 31 et 32, in quibus quintus liber cum quarto coniunctus est, ut septem fierent libri, priorem partem accurate e Florentino codice descriptam, posteriorem ordine epistularum subinde mutato (cf. Bandin. catal. cod. Laurent. v. II p. 419) ex octo librorum codice ductam exhibent. sed reliqui quoque huius generis libri fere omnes in ea parte quam dixi aut solam centum epistularum scripturam aut mixtam ex duobus veteribus exemplaribus praebent. unum habui codicem, qui in hac quoque parte accuratius quam reliqui scripturam veteris octo librorum exemplaris referre videtur, D r e s d e n s e m D 166, membranaceum forma quadrata quinto decimo saeculo in Italia scriptum, qui fuit olim Casparis Barthii. in eo enim pristina scriptura postea alia manu de codice centum epistularum correcta est, ita tamen ut quid olim scriptum fuerit ubique appareat. praeterea in primo libro quattuor epistulae 8, 12, 23, 24 suis locis omissae et in fine codicis post noni libri epistulam quadragesimam, quae propter unius epistulae defectum in eo est undequadragesima libri octavi, eadem tamen manu scriptae sunt. quod quamquam peculiari codicis Dresdensis errori tribui sane potest, tamen, cum illarum epistularum scriptura e Florentino codice ducta sit, a quo in reliquis satis diversa est pristina quidem codicis scriptura, haud scio an hic quoque defectus e vetere exemplari quod librarius expressit, repetendus sit. nam et illae epistulae in reliquis codicibus omnibus, de quibus quaesivi, iusto ordine collocatae sunt, et aliis locis compluribus, in quibus reliqui libri sectam Florentini codicis secuntur, unus Dresdensis diversam ab illis lectionem

e vetere octo librorum exemplari ductam exhibet *). ex quo sequitur quod dixi, primam codicis Dresdensis manum in priore parte epistularum rectius quam reliquos libros scripturam archetypi referre. nam in posteriore unus omnium fons scripturae fuit.

Reliquos huius generis codices enumerare et longum et inutile est. nam ut communem stirpem omnes certis indiciis prae se ferunt, ita quidquid inter se dissentiunt inde ortum est, quod alii veteris exemplaris vitia novis vitiis auxerunt, alii coniecturis Italorum vel adhibitis in priore parte codicibus centum epistularum correcti sunt **). itaque hoc unum dicam, antiquissimum omnium, de quorum quidem aetate certo constat, esse codicem archivii Casinatis 529 membranaceum anno 1429 ab Antonio Marii filio Florentino scriptum ***). nam is annus cum nomine librarii in fine codicis scriptus est ita, *C. Plinii Secundi epistolarum liber VIII. explicit. absolvi ego Antonius Marii filius Florentinus civis Florentiae XIIII Kl. Novembr. MCCCCXXVIIII⁰. valeas feliciter qui legis.* haud ita multo igitur ante illum annum vetus codex in quo octo epistularum libri scripti erant ad Italos videtur delatus esse. nam quod unum ex his codicibus, Lauren-

*) Gravissima huius generis exempla sunt ea in quibus Dresdensis codex (D) cum Mediceo (M) et Vaticano (V), reliqui vel omnes vel plurimi (C) cum Florentino codice (F) consentiunt. ex quibus intellegitur illud archetypum, quod in uno Dresdensi, antequam is quoque corrigeretur, expressum erat, cum primo genere codicum cognatum fuisse, apographa eius maximam partem ad secundum deflexa esse. huius modi exempla ex quarto libro collecta sunt haec, p. 90, 6 *nam continget hilares* **MVD** *nam hilares certum est* **FC**. 91, 5 *Arrio Antonino*] *Antonino* **MV** *Antonio* **D** *Adriano* **FC**. 92, 24 *quo sit excusatius quod librum ipsum non tamen ultra causae amplitudinem extendimus* om. **MVD**, add. **FC**. 93, 19 *eundem in exemplaria* **MVD** *eundem librum exemplaria* **FC**. 94, 3 *ut orator habeatur* **MVD** *ut plurimis orator habeatur* **FC**. 94, 11 *est enim tam ineptus, ut risum magis possit exprimere quam gemitum: credas non de puero scriptum, sed a puero* **FC** *est enim tam ineptus ut credas non de puero scriptum sed a puero* **MVD**. 98, 19 *neque enim minus apud nos honestas quam apud alios necessitas valet* om. **MVD**, add. **FC**

**) Ex hoc genere fuerunt duo codices, quibus Franciscus Modius in novantiquis lectionibus Grut. lamp. V p. 29 sqq. usus est, quos ille Rudolphi Agricolae manu scriptos et ex Erasmi Neustetteri bibliotheca sibi datos esse scribit l. c. p. 274 et 311, eorumque alterum etiam Sichardus in editione Basileensi a. 1542 usurpavit. nam si ea omnia quae Modius rettulit in illis scripta erant, libri non solum multis virorum doctorum coniecturis interpolati sed etiam ex antiquissimis editionibus correcti fuerunt. neque maiorem auctoritatem habent vel Palatinus codex in Gruteri editione a. 1611 adhibitus vel quicumque post hunc ab editoribus praeter eos de quibus supra dictum est usurpati sunt.

***) Et de numero codicis et de anno olim erravi, cum codicem numero 322 insignitum et anno 1428 scriptum esse dicerem. errorem codice denuo inspecto correxit Carolus Zangemeister. ceterum hunc quoque in priore parte scripturam centum epistularum sequi, sed in marginibus multa alia manu correcta esse ex iis quae Zangemeisterus excerpsit cognovi.

tianum 47, 34, de quo supra dictum est, quarto decimo saeculo tribuit Bandinius l. c. p. 421, id si ita se habet, non potest nisi de antiquiore codicis parte intellegi, idque ipsum documento est reliquas epistulas, quae recentiore manu additae sunt, tum in Italia nondum notas fuisse. nimirum, ut hoc nunc statim addam, ab aetate Sidonii Apollinaris, qui Plinium et imitatus est et saepius nominavit, usque ad nonum vel decimum saeculum, quo tempore antiquissimi codices scripti sunt, nulla memoria epistularum Plinii extat. atque ipsi codices tum scripti diu latuerunt. nam quicumque illa aetate Plinii mentionem fecerunt, non ipsi eius epistulas legerunt, sed Tertullianum, qui in apologetico c. 2 Plinii et Traiani epistulas de Christianis commemoravit vel Hieronymum, qui illum secutus erat in chronico a. 2124, auctores habuerunt. deinde per aliquod tempus non legebantur nisi centum epistulae. neque plures habuisse credo Colucium Salutatum, qui primus inter Italos Plinii mentionem fecit in epistula ad Cardinalem Patavinum data, quae in codice Gaddiano XC sup. 41 extat, his verbis, *habemus Senecae epistolas: num quid ipsemet tibi videtur suas sicut mihi de meis consiliis collegisse? quid referam Plinium Ausonium Simacum vel Enodium? apud quos suae congregationis vestigium nullatenus reperitur.* postea circa annum 1420, ut videtur, octo librorum codice invento ita auctus est numerus epistularum, ut per maximam quinti decimi saeculi partem ab Italis legebatur. sed sub finem eius saeculi et initio sequentis alii reperti sunt codices. quorum memoria quia ab editis exemplaribus petenda est, fieri non potest quin praeter ea quae de libris manu scriptis diximus iam antiquissimarum editionum rationes explicentur.

Primum igitur a. 1471 octo epistularum libri e codice aliquo eius generis quod tum vulgo ferebatur editi sunt typis, ut creditur, Valdarferi Veneti, cura autem Ludovici Carbonis. nam eius praemissa est epistula ad Borsium ducem Mutinae ac Regii, in qua ille Plinii epistulas sua opera emendatas correctasque se impressoribus misisse adfirmat. codicem autem quem habuit de exemplari centum epistularum correctum tam accurate expressit, ut libris manu scriptis huius ordinis prorsus similis sit editio. quare eam ad Dresdensem librum tamquam testem vulgaris scripturae adsumpsi. usus autem sum exemplari quod est in bibliotheca Monacensi.

Paucis annis post iterum editae sunt Plinii epistulae non addito loci et anni indicio; sed facta esse creditur editio ab

Ioanne Schurenero de Bopardia Romae a. 1474*). in hac primum pars octavi libri, qui in principe editione omissus erat, edita est: nam ea quae inter epistulas eius libri 8, 3 *atque etiam navium patiens* et 18, 11 *eadem qua emerat* leguntur non indicata lacuna omissa sunt. reliqui libri eodem ordine, quo antea editi erant, dispositi, ea quae accesserunt pro nono libro numerata et in fine collocata sunt. editionis rarissimae pauca superesse videntur exempla. de quibus cum diu frustra quaesivissem, tandem unum repertum est Florentiae in bibliotheca Laurentiana, cuius scripturas in meum usum excerpsit Rudolphus Schoellius. postea aliud cum notis manu scriptis Pomponii Laeti in Vaticana bibliotheca extare mihi indicavit Augustus Wilmannsius. tertium eiusdem opera item Romae in bibliotheca Casanatensi (G. III 40) inventum est. codicem autem ab iis qui nunc extant diversum ab editore adhibitum esse non solum octavi libri epistulae tum primum editae ostendunt, sed in reliquis etiam libris maxime post quinti libri epistulam sextam scripturae satis multae, quae cum in vulgaribus codicibus non inveniantur, sed postea Medicei codicis auctoritate confirmatae sint, non potuerunt nisi ex libro manu scripto, qui illi similis erat, peti**):

---

*) Quoniam ea quae de Schureneri editione in libris bibliographorum referri solent auctoritate nituntur Audiffredii catalog. historico-crit. Roman. edit. saec. XV p. 164, eius verba adscribam, 'Caii Plinii Secundi epistolarum libri IX. *in fine:* Cai . Plinii Secundi Nepotis | Epistolarum Liber explicit | Finis. Laus Deo. 1. 4. 7. IIIIo | Sedente Xysto. pon. max. | eius anno Tertio: Kl. | Iuniis. ROME: IN HOSPITIO | SANCTIS DE PIRETO: if: | Quinterniones XIIII. Cart. V. Papal: | (*in 4°*) Quatuor huius editionis exempla ad hanc diem vidi: primum in Bibliotheca Angelica, alterum in Bibliotheca Casanatensi, tertium Viterbii in Bibliotheca S. M. ad Gradus Ord. Praedicatorum, quartum nuperrime in Bibliotheca privata SS. D. N. D. PII PP. VI. Subscriptio, quae est ad calcem trium posteriorum exemplorum, neque annum, neque locum editionis ostendit, et terminatur voce DEO. In exemplo autem Bibliothecae Angelicae antiquissima manu, et, uti ex forma characteris apparet, libro ipsi coaeva, adiectae sunt quinque postremae lineae allatae subscriptionis, et fortasse etiam nota anni 1474; etsi haec diligenter considerata typis potius quam calamo efficta videatur. Utcunque tamen sit, ex hac annotatione liquet, anno 1474 librum iam exstitisse, et Romae fuisse excusum in domo *Sanctis de Pireto*. A quo vero, rogas, typographo? verisimillime a Io. Schurenero de Bopardia, qui sequenti anno impressit Epistolas Aeneae Silvii in Cardinalatu scriptas, quarum character nil differt a charactere harum Epistolarum. Editio signaturis, numeris, custodibus, et registro caret: paginarum lineae sunt 29, loci Graeci omissi omnes. Titulus ipsi praepositus sic habet: C. Plinii secundi Veronensis Oratoris clarissimi | et Consularis Epistolarum. Liber primus foe | liciter incipit'.

**) Ne quis ipsum Mediceum codicem in Romana editione adhibitum esse credat, primum lacuna octavi libri obstat, cuius nulla ratio in Mediceo libro est; deinde quod pauca etiam rectius in edito exemplari quam

cf. p. 138, 10. 140, 17. 141, 10; 12. 151, 25. 165, 31. 171, 5. 177, 19. 185, 16. 188, 29. 191, 19. 235, 11. 240, 15. 246, 10. 254, 14. nam in priore parte pauciora huius modi exempla inveniuntur; quamquam in his quoque sunt in quibus similis Romanae editionis et Medicei codicis consensus deprehendatur, p. 4, 1; 9. 12, 14. 13, 11. 21, 6. 56, 9. 65, 11. 84, 25. 102, 2. 122, 4. neque tamen ex ipso codice, e quo haec quae indicavi et alia eiusdem generis multa petita sunt, editio expressa est, sed vel princeps editio vel aliquis liber manu scriptus eius generis, qui e vetere codice subinde correctus et parte octavi libri auctus erat, fundamentum novae editionis fuit. nam et errores principis editionis plurimis locis, ubi dubitari nequit quin meliora praebuerit codex, repetita et quaedam ita exhibita sunt, ut eam scripturam quae vulgo ferebatur cum lectione codicis mixtam esse plane appareat: cf. p. 138, 8. 141, 11; 14. 142, 10. 157, 8. 174, 12. 189, 16. 201, 10. praeterea in aliis epistulis saepius, in aliis rarius adhibitus vel omnino neglectus vel in iis quae ex eo correcta sunt minus accurate expressus est codex, ut p. 207, 4. multa vero non codicis auctoritate, sed temeraria interpolatione novata sunt: cf. p. 26, 26. 33, 18. 49, 19. 130, 25. 142, 5. 143, 4; 17. 148, 27. 150, 18. 170, 6. 176, 7. 183, 19. 196, 30. denique is qui editioni praefuit summa neglegentia et imperitia munere functus et compendiis scripturae saepe in errorem inductus multa corrupit. quo factum est ut Plinii epistulae non nullis quidem locis boni codicis auxilio emendatae, plurimis tamen etiam magis quam antea corruptae exhiberentur.

Qui proximis annis post Plinii epistulas ediderunt melioribus codicibus usi non sunt, sed exemplaria ante impressa ita repetiverunt, ut quae in illis corrupta videbantur vel sua coniectura vel adhibitis octo librorum codicibus corrigerent. ex his unam commemorabo antiquissimam, Neapolitanam a. 1476 a Iuniano Maio factam, f. 1 *Iunianus Maius parthenopeus Hieronymo Carrafiae meo Salutem. C. Pli. secundum superioris nepotem iam pridem emendatiorem efficere cupiebam: demum ut id conficerem impulisti* sqq. f. 2 *DE PVBLICATIONE EPISTOLARVM* | *PLINII LIBER PRIMVS INCIPIT.* | *Aius plinius secundus septicio s.*

---

in codice leguntur, ut p. 210, 19. 237, 12. 254, 14, et quod in ultimis noni libri epistulis, quae in Mediceo libro scriptae non sunt, eius modi scripturae, quas e vetere codice petitas esse appareat, inveniuntur. denique tum Mediceus codex apud Italos notus non fuit.

frequenter hortatus es. in fine *Absolutum opus epistolarum. C. Plinii Iunioris Neapoli. Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto mense Iulii. Impressit Mathias Morauus uir singulari īgenio: et arte. Recognovit Iunianus maius parthenopeus rhetor publicus summa cura summaque diligentia.* huius quoque editionis pauca exempla nunc inveniuntur. ego duo extare novi, alterum Romae in bibliotheca Casanatensi, alterum Parisiis in publica bibliotheca. tertio olim usus est I. F. Grunerus act. societ. lat. Ienens. v. III p. 23, qui illud in bibliotheca Ienensi academica fuisse scribit; sed nunc ibi non invenitur. in hac igitur editione epistulae libri octavi ex Romana editione repetitae sunt. in reliquis editor partim Romanam partim principem editionem secutus est; non nulla vero etiam sua coniectura vel adhibito aliquo e vulgaribus octo librorum codicibus mutavit. nam nihil indicatum inveni, quod e meliore codice repetendum sit*).

Ceteri editores ante annum 1490 solos octo libros e principe editione, ut videtur, repetitos et identidem correctos exhibuerunt. sed eo anno quem dixi Pomponius Laetus novis subsidiis instructus emendatiorem editionem paravit, f. 1. *Vasino Gamberiae Innocentii Pont. Max. ministro a cubiculo Pomponius Laetus. Commoditatis causa ut certiores faceremus absentes epistolas inuentas esse credimus — Ex iis Caecili epistolas quam familiarissimas, a stilo communi, et usu non abhorrentis, et a nobis ut minime ignoras reuolutis, et conlatis uetustis exemplaribus emendatas, Ioanni Rhegiensi Bibliopolae efflagitanti ex tua presertim uoluntate imprimendas*

*) Editionis Neapolitanae scripturae non nullae indicatae sunt in excerptis Friderici Brummeri, quae Longolius editioni Cortianae praemisit. idem Brummerus duobus codicibus Parisinis usus est, quorum alter **B** multis locis cum Neapolitana editione consentit. de hoc a me interrogatus Leopoldus Delisle intercedente Mommseno respondit cum esse codicem Parisinum 8620 chartaceum sub finem quinti decimi saeculi scriptum, fuisse autem olim Ferdinandi regis Neapolitani et secretarii eius Antonelli Petrucci. continet autem libros I—VII et IX. is igitur a reliquis octo librorum codicibus dissentiens saepe eas scripturas quae in Romana et Neapolitana editione vel in una Neapolitana editae sunt praebet. vix tamen credo nos de vetere codice de quo quaerimus adhibita Neapolitana editione vel Parisino codice certiores fieri. interim in una epistula IX 39 utriusque libri discrepantiam adnotabo. **B** codex Parisinus. **N** editio Neapolitana. p. 265, 18 *Haruspicum* **B** *Haurispicum* **N** *monitu* om. **N** *aedes impediis cereris in melius* **B** 20 *septembris* **B** *magnus*] *indigena* **BN** 22 *in proximum* **N** *suffugium*] *suffragium* **B** 23 *religiose facturus* **N** 24 *aedem*] *eandem* **B**, om. **N** *extraxero* **B** *porticum* **B** 25 *aedi*] *et* **N** *etiam faciendum* (*faciundum* **B**) *ipsius dee signum* **BN** 266, 2 *quantum*] *quantus* **B** *nihil*] *uel* **N** *uideatur necesse esse repetendum* **B** *uideatur necesse istinc repetendum* **N** 3 *ut* om. **BN** 4 *possum circumdare* **BN** 6 *pratum*] *pluratum* **N** 7 *explicabunt* **B** *inuenies* **BN**

dedimus legentibus (ut speramus) profuturas f. 2 *C. CAECILI PLINI SECVNDI EPIST. LIB. PRIMVS.* in fine *Impressum Romae per Eucharium Silber alias Franck natione Alemannum: Anno domini . M . CCCC . LXXXX . post diem . XIIII. Calendarum Aprilis.* in quattuor primis libris Pomponius Laetus codicem Vaticanum 3864, sicut supra dictum est, adhibuit. nam quaecumque in hac parte emendavit ita cum illo codice consentiunt, ut dubitari nequeat quin ex eo petita sint. atque haec causa fuit, cur I. M. Heusingerus in 'emendationibus aliquot locorum in Plinii epistolis' Isenaci a. 1739 editis et a G. H. Schaefero in editione Gesneriana repetitis (cf. Schaef. praef. p. VII), cum quattuor libri longe emendatiores quam antea ferebantur a Pomponio Laeto editi essent, eius editioni plurimum auctoritatis tribueret. sed illud non vidit Heusingerus, hanc praestantiam, quae a Vaticano codice pendet, ultra quartum librum non pertinere. nam in sequentibus libris Pomponius Laetus priores editiones et maxime Schurenerianam, ex qua octavi libri epistulae repetitae sunt, secutus est. tametsi in his quoque paucis locis exhibitae sunt lectiones, quae neque ex impressis exemplaribus vel ex vulgaribus libris manu scriptis peti neque coniectura inveniri poterant. certa eius rei exempla sunt in noni libri epistula tricesima, in qua vera scriptura, cum antea erroribus et lacunis corrupta esset, in hac editione, quod sciam, primum prolata est p. 259, 11; 14; 22. eodem pertinent ex nono libro haec, p. 241, 14; 17. 248, 9. 255, 2. 261, 16. nam in prioribus libris et pauciora et minus certa huius modi exempla sunt; memorabilia tamen haec, p. 131, 23. 132, 7. 142, 10. 160, 3. 163, 11. 172, 13. 176, 14. 190, 4. 193, 1. 199, 11. 203, 18. quare nisi melior codex ex eo genere, quod nobis Dresdensis liber et princeps editio repraesentant, editori paratus fuit, id quod credi vix potest, crediderim eum Romanam Schureneri editionem (nam haec fundamentum novae editionis fuit) e codice, ex quo illa neglegentius expressa fuerat, quibusdam locis correctam habuisse, praesertim cum in octavo quoque libro pauca correxerit, quae coniectura corrigi vix poterant, p. 209, 9. 210, 14. 211, 29. 214, 20. 228, 17. sed praeter haec permulta haud dubie sine ulla librorum manu scriptorum fide mutavit. quare nulla auctoritas ei tribuenda est in iis quae paucis locis in propriis hominum nominibus novavit, p. 119, 8 *Gratilla* pro *Galla*; 122, 4 *C. Lentulum* pro *Lentulum;* 163, 10 *C. Homullus* pro *Homullus;* 186, 25 *Cornelio Fusco* pro *Fusco.*

Pomponii Laeti recensionem secuta est editio Philippi Beroaldi a. 1498, *C. Plinii Secundi Iunioris epistole per Philippum Beroaldum correcte.* in fine *C. Plinii Secundi Iunioris Epistolae Magna cura Impressae Bononiae per Benedictum Hectoris Bononiensem. Anno a natali Christi M . CCCCLXXXXVIII . XIV. Kalen. Nouembris.* hanc deinde expressit Ioannes Maria Catanaeus, qui primum a. 1506 novem epistularum libros cum epistulis Plinii et Traiani, quae quidem tum editae erant, et cum panegyrico edidit. in fine subscripta sunt haec, *Impressum Mediolani apud Alexandrum Minutianum anno salutis. M.D.VI. XV. Calendis Februarii | IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR. | C. Plinii Caecilii Secundi epistolarum libri nouem. Eiusdem Plinii libellus epistolarum ad Traianum cum rescriptis eiusdem principis. Eiusdem panagyricus Traiano Caesari dictus cum enarrationibus Ioannis Mariae Catanaei.* sed horum neuter manu scriptis libris usus est. quamquam Catanaeus in epistula praemissa ad Iafredum Carolum Mediolani a. 1505 data *nos autem*, inquit, *peculiares quaedam in hoc opere difficultates circumstetere. nam primum elaborandum fuit ut multa cum impressis uetusta exemplaria conferremus: quibus Plinium Caecilium supra caeteros scriptores deprauatum ex Hippolyto: si fieri posset: Virbium faceremus. tot errores: et in latinis et in graecis curandi fuerunt. — sed haec qualiacunque sunt studio nostro lucubrauimus sublatis innumeris erroribus praeter unum aut alterum: quos sine fide ueteris exemplaris uelle reponere: fuisset temerare: non emendare.*

Tandem a. 1508 Aldus Pius Manutius veterem codicem tum primum repertum nactus novam recensionem paravit. is enim primus octavum librum et integrum edidit et in suum locum revocavit, in nono libro turbatum antea epistularum ordinem restituit et omissam antea epistulam sextam decimam addidit, epistulas Plinii et Traiani, quarum pars antea edita erat, auxit, denique corruptam priorum exemplarium scripturam plurimis locis correxit. de his omnibus et in titulo editionis et in praefatione dixit, quae hic repetenda curavimus. f. 1 *C. PLINII SECVNDI NOVICOMENSIS epistolarum libri Decem, in quibus multae habentur epistolae non ante impressae. Tum Graeca correcta, et suis locis restituta, atque reiectis adulterinis, uera reposita. Item fragmentatae epistolae, integrae factae. In medio etiam epistolae libri octaui de Clitumno fonte non solum uertici calx additus, et calci uertex, sed decem quoque epistolae interpositae, ac ex Nono libro Octauus factus, et ex octauo Nonus, Idque beneficio*

exemplaris correctissimi, et mirae, ac potius uenerandae Vetustatis. Eiusdem Panegyricus Traiano Imp. dictus. Eiusdem de Viris illustribus in Re militari, et in administranda Rep. Suetonii Tranquilli de claris Grammaticis et Rhetorib. Iulii Obsequentis Prodigiorum liber. Epistolae decimi libri ad Traianum probantur esse Plinii in sequenti epistola. Inibi etiam liber de Viris illustribus, non Tranquilli, sed Plinii esse ostenditur. (f. 2)

ALDVS PIVS MANVTIVS ROMANVS ALOISIO MOCENICO EQVITI, ET SENATORI VENETO. S. P. D.

s Olebam superioribus Annis Aloisi Vir Clariss. cum aut T. Liuii Decades, quae non extare creduntur, aut Sallustii, aut Trogi historias, aut quemuis alium ex antiquis autoribus inuentum esse audiebam, nugas dicere, ac fabulas. Sed ex quo tu e Gallia, ubi pro Senatu tuo integerrime, accuratissimeque legatum agens, magnam tibi laudem, et gloriam peperisti, cum plurimis, quae inesse optimo Oratori oportet, tum eloquentia illa tua singulari, qua tibi ante et diuitias, et gratiam in hac Rep. excell. comparaueras, has Plinii epistolas in Italiam reportasti, in membrana scriptas, atque adeo diuersis a nostris characteribus, ut nisi quis diu assueuerit, non queat legere, coepi sperare mirum in modum, fore aetate nostra, ut plurimi ex bonis autoribus, quos non extare credimus, inveniantur. Est enim uolumen ipsum non solum correctissimum, sed etiam ita antiquum, ut putem scriptum Plinii temporibus. Quamobrem, si, ut uidetur, a Plinii aetate ad haec usque tempora hoc epistolarum uolumen seruatum est, fit, ut facile credam et T. Liuium, et alios, quos tum uetustate, tum hominum negligentia, tum ui aliqua, incursioneue exterarum gentium periisse credimus, alicubi, tanquam in impio conclusos carcere, squallidos delitere, speremque exituros in lucem, idque temporibus nostris, ac mea si diu uixero, praecipue opera, Christo IESU annuente, δοτῆρος ἐάων. *Nunc autem, quod possumus, hasce Secundi epistolas damus quam correctissimas, in quibus etiam multae sunt, quae antehac non habebantur. Sed tibi in primis habenda est plurima gratia Inclyte Aloisi, qui exemplar ipsum epistolarum reportasti in Italiam, mihique dedisti, ut excusum publicarem. Deinde Iucundo Veronensi Viro singulari ingenio ac bonarum literarum studiosissimo, quod et easdem Secundi epistolas ab eo ipso exemplari a se de-*

scriptas in Gallia diligenter, ut facit omnia, et sex alia uolumina epistolarum partim manu scripta, partim impressa quidem, sed cum antiquis collata exemplaribus, ad me ipse sua sponte, quae ipsius est erga studiosos omneis beneuolentia, adportauerit, idque biennio ante quam tu ipsum mihi exemplar publicandum tradidisses. Exeunt igitur hae Plinii epistolae in manus literatorum et tua, et Iucundi nostri in illos beneuolentia, emendatissimae. Sed quoniam epistolas decimi libri, quae scribuntur ad Traianum Imperatorem, sunt qui non esse Plinii putant, tum quia stylo, et elegantia diuersae ab aliis uidentur, tum etiam quia praeter doctorum consuetudinem, Domine dicat Plinius ad Traianum scribens, operae pretium fuerit et illas a Secundo scriptas fuisse ostendere. Non imus inficias scripsisse Plinium alias epistolas, ut ipse ait paulo accuratius, sed et has ad Traianum, siquis diligenter inspiciat, et doctas esse, et eleganteis fatebitur, nec a stylo Plinii alienas, id quod, cum ex omnibus id genus epistolis licet cognoscere, tum ex ea manifestius, quae de Dione quodam scribitur, qui suorum reliquias in religioso loco posuerat. Recitat enim ibi (f. 3) *quae in causa utrinque dicta fuerant se iudice, quemadmodum in aliis quibusdam facit epistolis cum de causis, quas ipse egerat, ad amicos scribit. Domine autem principibus dicere temporibus Plinii, iam receptum fuisse, illud etiam Martialis in epistola libri octaui ad Domitianum, ostendit. Omnes quidem libelli mei Domine. Item illud, Edictum domini, deique nostri. Esse autem Plinii epistolas ad Traianum, multis rationibus probari potest, sed his potissimum. Primum, quia in antiquissimo exemplari una cum aliis ut nos imprimendas curauimus, sub Plinii Secundi nomine scriptae sunt. Deinde, quia Plinii illud de Christianis ad Traianum, et rescriptum Traiani super ea re habetur in una ex eisdem epistolis ad Traianum, cuius rei Tertullianus, Eusebius, Paulus Orosius meminere.* deinde post longiorem disputationem de epistulis Plinii ad Traianum Plinio vindicandis et de reliquis partibus editionis in fine epistulae f. 5 scribit *idque fecimus sub tuo nomine Aloisi Mocenice Grauissimi, Senatus Veneti Decus, ut quia non solum Secundi epistolas ad nos sedulus e Gallia reportasti, sed publicandas etiam mihi dedisti, Tibi praecipue debeant, Te plurimum ament Studiosi omnes de hoc munere. Vale. Venetiis mense Nouembri. M. D. VIII.*

Codice quem a Iucundo Veronensi in Gallia repertum, deinde ad se adlatum scribit Aldus, antequam illius editio prodiret, usus erat Gulielmus Budaeus, qui in annotationibus in pandectas a. 1508 primum editis cum multa ex Plinii epistulis tum quae-

dam ex iis quae in prioribus exemplaribus non ferebantur attulit. de codice autem ex quo haec deprompsit scribit haec, f 32 ed. Ascens. a. 1516 *Verum haec epistola* (VIII 10) *et aliae non paucae in codicibus impressis non leguntur: nos integrum ferme Plinium habemus: primum apud Parisios repertum opera Iucundi sacerdotis: hominis antiquarii Architectique famigerati.* eundem librum brevius commemoravit f. 54 et f. 170: cf. p. 220, 13 et 212, 24. addo quae de eodem et de Mediceo codice Catanaeus in epistula ad Sadoletum secundae editioni Plinii a. 1518 praemissa scribit, *Miseram iampridem commentarios in eas Plinii Caecilii epistolas: quae forte tunc impressae circumferebantur. Caeterum cum postea Romam uenissem: ac cum Dominico Mamiliano uiro in libris antiquae lectionis perquirendis diligentissimo beniuolentiam contraxissem, descriptas mihi de uetustissimo codice germanico plures ad Traianum: et insuper quasdam eiusdem Plinii ad amicos epistolas legendas obtulit: quae de libro octauo exciderant: is autem peruerso tunc ordine nonus imprimebatur: ubi nos etiam tum coniectura fueramus assecuti ipsas interceptas fuisse: quapropter lectorem eo loco istud clare admonueramus. Itaque ne illae amplius tanquam corpus mancum oberrarent: et inuentas pariter interpretandas: et loco suo omnes imprimendas studuimus: additis praeterea et immutatis quibusdam in superioribus commentariis: quae necessaria: aut meliora uidebantur: in quo perficiendo adiutoribus usi sumus uiris doctissimis Thoma Phaedro: Baptista Pio, et Andrea Alciato: quibus eo magis debemus: quod in huiusmodi officio nobis alacriter et praesto affuere: quodque plerique alii praestantes doctrina uiri: quos suppliciter rogaueramus: operam suam aperte uel non praestiterunt: uel differendo subterfugerunt. Accessit ad curam nostram earundem epistolarum antiquissimi codicis Pontificii: qui cum libris quinque Cornelii Taciti nuper inuentis coniunctus fuerat: per Philippum Beroaldum Iuniorem elegantis doctrinae uirum inspiciendi facultas: quibus omnibus effectum est: ut in praesentia clariores et emendatiores quam unquam antea in lucem ueniant.* neque enim dubitari potest quin germanicum codicem Catanaeus dicat eum quem Budaeus et Aldus rectius in Gallia inventum esse dixerunt. nam hoc solo Plinii et Traiani epistulas servatas esse constat. sed nunc praeter pauca quae Budaeus ex illo codice rettulit omnis eius memoria ex Aldina editione petenda est. cuius quam incerta in ea re fides sit, vel inde perspicitur, quod Aldus praeter ipsum codicem et apographum a Iucundo Veronensi factum et sex alia exemplaria vel manu scripta vel cum libris manu

scriptis collata se habuisse ait. nam non solum multis locis priorum editionum lectionem repetivit, sed etiam in iis quae mutavit modo aliorum codicum scripturas secutus est, modo coniecturas vel suas vel Iucundi Veronensis, hominis ingeniosi, cuius opera saepius in veterum scriptorum exemplaribus corrigendis usus est, posuit.

Itaque ut de duobus codicibus, quorum alterum in Romana Schureneri editione, alterum in Aldina adhibitum esse dixi, quoad eius fieri posset, constaret, utriusque editionis lectionem integram exhibui. et quoniam ad Aldi fidem perspiciendam omnino necesse erat ut eorum quoque quae post principem et Romanam editionem mutata sunt ratio haberetur, horum testes habui Pomponii Laeti, Beroaldi, Catanaei editiones, propterea quod illis potissimum Aldum usum esse vidi.

De auctoritate quae uni cuique libro in constituenda lectione tribuenda est in duabus commentationibus de Plinii epistulis emendandis Erlangae a. 1865 et 1866 editis disputavi. cuius disputationis summam hoc loco complectar paucis exemplis, ubi opus videbitur ad rem demonstrandam, adscriptis. unum igitur codicem, qui omnes Plinii epistulas continebat, primis annis saeculi sexti decimi in Gallia repertum esse testis est Aldus. ad huius integritatem proxime accedebat is ex quo decimo saeculo antiquissimi codices qui nunc supersunt, Mediceus et Vaticanus, descripti sunt. eiusdem codicis apographum in octavo libro mutilatum habuisse videtur is qui Romanam editionem a. 1474 curavit. sed illud trium librorum archetypum ex codice non satis integro ductum erat: nam et in primo et tertio libro aliquot membranae perierant (ultimas enim noni libri epistulas, quae in Mediceo codice desunt, non propter defectum vetustissimi exemplaris omissas, sed neglegentia librarii non scriptas puto), et scriptura non nullis locis detrita erat. praeterea vel ex hoc ipso codice vel ex alio huic simili factum est apographum, in quo octavus liber omissus, in quinto et in nono libro vetus epistularum ordo perturbatus, in hoc etiam epistula sexta decima, in primo, ut videtur, quattuor epistulae 8, 12, 23, 24 omissae, denique multa a neglegenti librario valde depravata erant. id postea in Italiam travectum fons fuit, ex quo omnes octo librorum codices quorum ingens numerus quinto decimo saeculo scriptus est, derivati sunt. diversa origine fuit alius codex ante decimum saeculum constanti grammatici cuiusdam studio interpolatus, qui tum quattuor tantum libros cum sex epistulis libri

quinti continebat. ex hoc Florentinus codex et ante hunc, ut videtur, Riccardianus descriptus est; e Florentino deinde codices centum epistularum, quibus solis praeter illos quos modo dixi per maximam partem quinti decimi saeculi Itali utebantur, derivati sunt.

Ex his quattuor veteribus exemplaribus, e quibus eos libros quibus nunc utimur ductos esse dixi, si superesset illud quod primo loco posui, non dubito quin rationes criticae artis in Plinii epistulis multo et simpliciores et certiores futurae fuerint. nunc dubium esse non potest quin princeps locus debeatur Mediceo codici (**M**) et coniuncto cum eo in quattuor primis libris Vaticano (**V**). quamquam illi quoque praeter apertos errores, qui neminem fallere possunt, vetere interpolandi studio, quod omnes Plinii libros occupavit, gravissima vitia traxerunt. ad haec autem diiudicanda in priore parte epistularum duo parati sunt libri, Florentinus (**F**) et Dresdensis (**D**), ut pauca Riccardiani excerpta nunc omittam. nam impressa exemplaria, propterea quod a Florentino codice pendent, in hac parte aut nullam aut exiguam auctoritatem habent.

Iam vero ex iis quae de stirpe librorum dicta sunt sequitur in iis locis, in quibus cum Mediceo et Vaticano codice vel hoc deficiente cum uno Mediceo Dresdensis consentit contra Florentinum codicem, eum consensum plurimum habere auctoritatis. tum enim Florentini codicis scriptura plerumque interpolatori debetur. cuius generis innumera sunt exempla, p. 49, 20 *sequuntur auditores actoribus similes conducti et redempti, manceps conuenitur* **MVD** *sequuntur auditores auctoribus similes conuenitur a conductis et redemptis* **F**: 75, 29 *dari sibi diem edi crimina postulabat* **D** *dari sibi idem et edi crimina postulabat* **MV** *dari sibi diem ad diluenda crimina postulauit* **F**: 99, 13 *Corneliam uestalium maximam* **MVD** *corneliam maximillam uestalem* **F**: 102, 5 *sed prius accipe causas rogandi* **MVD** *sed prius accipe causas rogandi deinde ipsum quod peto* **F**: 106, 9 *ignosce, primum quod — non matura sed sera sunt, deinde quod rerum quas adsequi cupias praesumptio ipsa iucunda est* **MVD** *ignosce primum quia uotis suis amor plerumque praecurrit deinde quod — non matura sed sera sunt in summa quod uotis* sqq. **F**: vel leviora talia, p. 32, 15 *clarissimi ciuis, perinde felicis* **MVD** *clarissimi ciuis et perinde felicis* **F**: 40, 14 *digni sint modo* **MVD** *ut digni sint modo* **F**: 66, 16 *adstitit ei* **MVD** *adstitit enim ei* **F**: 83, 5 *ut non moriar* **MVD** *ne moriar* **F**: 107, 4 *magno cum labore, maiore cum fructu* **MVD** *magno cum labore sed maiore cum fructu* **F**. verum tamen propter

diversitatem originis fieri potuisse apparet ut in Florentino codice quaedam integra servarentur quae in ceteris vetere vitio corrupta erant. cuius rei documentum certissimum praebent supplementa lacunarum supra p. XV adnotata. deinde huc pertinent nomina eorum ad quos epistulae datae sunt. ubi cum olim duo nomina scripta essent, in Mediceo et Vaticano codice et paucis epistulis exceptis etiam in Dresdensi unum relictum, alterum in plurimis epistulis libri primi tertii quarti quinti ex Florentino et Riccardiano vel ex uno Riccardiano restitutum est: nam in secundo libro ne illi quidem defectum suppleverunt. sed praeterea paucissima eaque levia sunt vitia quae unius Florentini codicis ope sanantur, p. 49, 20 *nec inducuntur* **F** *nec ducuntur* **MVD** *nec inciduntur* **D**: 54, 4 *prospicit* **F** *possidet* **MVD**: 81, 1 *palma* **F** *palam* **MD** *palamq.* **V**: 115, 3 *occurrerit* **F** *occurrit* **D** *occurrat* **MV**: 128, 23 *longe longeque* **F** *longe lateque* **M** et Riccard. *longeque* **D**.

Contra ubi ad Florentini codicis scripturam Dresdensis accedit, horum auctoritate in corruptelae suspicionem inducuntur Mediceus et Vaticanus, sive neglegentia librarii sive interpolatio in causa fuit. et neglegentiae quidem gravissima exempla sunt lacunae Florentino et Dresdensi codice suppletae, p. 92, 7 *obligabis Calvisium nostrum* om. **MV**, add. **FD**: 107, 22 *sanctiorem* om. **MV**, add. **FD**: 108, 22 *uel in excusationem uel etiam commendationem meam dixero* **D** *uel in excusationem meam dixero* **MV** *contigerit mihi uel in excusationem uel etiam commendationem meam dicere* **F**: 110, 23 *angor optimorum maritorum* om. **MV**, add. **FD**: 114, 10 *super haec occupatissimus* om. **MV**, add. **FD**: ib. 19 *recitantem* om. **MV**, add. **FD**. interpolatae scripturae exempla sunt haec, p. 33, 17 *exemplar aeui prioris* **FD** *exemplar uitae prioris* **MV**: 39, 5 *quam consuetudinem sequeris? eadem omnibus pono* **FD** *quam consuetudinem sequeris respondi eadem omnibus pono* **MV**: 56, 7 *maris uicinitate corruptus* **FD** *maris uicinitate salsus* **MV**: 62, 11 *lotus accubat* **FD** *illic accubat* **MV**: 87, 3 *sub quo militauerat* **FD** *sub quo legatus* **MV**. saepe etiam cum lacunis coniunctae sunt interpolationes, p. 54, 22 *ante cryptoporticum xystus uiolis odoratus: teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quae ut tenet solem* **F** *ante cryptoporticus auget quae ut tenet* **D** *ante cryptoporticum area quae ut tenet* **MV**: 130, 8 *inductis fistulis strepunt riui* **F** *inducti strepunt riui* **D** *dulces strepunt riui* **M**. hinc explicandae sunt variae librorum

corruptelae p. 4, 3 sqq. elegi autem haec, ut appareret, quam diversa haec optimorum codicum interpolatio esset ab ea quae Florentinum codicem et Riccardianum occupavit. nam cum in illis continuo studio vetus scriptura immutata sit, in his interpolatio et certis locis continetur et ita comparata est, ut partim ex glossis olim ad verba scriptoris explicanda adscriptis partim ex incerta et lacunosa vetustissimi exemplaris scriptura, quam coniectura suppleverat librarius, nova lectio orta esse videatur. pauca tamen inveniuntur, in quibus vel contra has rationes Medicei et Vaticani codicis scripturam sequendam esse sententiae verborum vel leges sermonis, quae plus valent quam auctoritas librorum, persuadent. huc refero haec, in quibus Dresdensis codex vel communem cum Florentino interpolationem traxit vel casu corruptus est, p. 34, 7 *uolui* **MV** *uolo* **FD**: 57, 4 *loquebantur* **MV** *iocabantur* **FD**: 68, 6 *minutissime scriptos* **MV** *minutissimis scriptos* **FD**: 103, 8 *copia studiosorum* **MV** *copia studiorum* **FD**. minus certa sunt haec, p. 4, 1 *nihil umquam* **MV** *nihil ante* **FD**: 102, 2 *intermisero* **MV** *laxauero* **FD**: 122, 4 *Annaeum Senecam Lucanum et proxime Verginium* **M** *Annaeum Senecam et proxime Verginium* **FD**: 126, 18 *prominulam* **M** *pro modo longam* **FD**. rarius etiam idem accidit in Dresdensi codice, ut reliquis corruptis unus veram scripturam servaret, p. 3, 7 *curatius* **D** *accuratius* **F** *cura* (*curam* **M**) *maiore* **MV**: 4, 2 *zelo* **D** *stilo* **F** *libro* **M**, om. **V**: 58, 12 *ut aliud auditores aliud iudices exigant* **D** *ut aliud iudices exigant* **MVF**. in talibus autem, quae per se dubitationem habent, etiam antiquissimarum editionum lectio in alterutram partem aliquid auctoritatis adferre solet.

In posteriore parte epistularum cum praeter Mediceum codicem nulli sint libri manu scripti nisi recentes octo librorum codices, proximum ab illo locum sibi vindicat Aldina editio (**a**), si modo in ea non exemplorum ante editorum lectio repetita, sed diversa ab his et codice prolata est. quare summam auctoritatem habere debent ea quae utriusque libri consensu firmantur. et plurimi sunt loci, quorum scriptura cum antea et in scriptis et in impressis exemplaribus corruptissima ferretur, primum in Aldina editione emendata, postea Medicei codicis auctoritate confirmata est. dissentientibus autem illis sequitur ut recentes libri, ad quos iam edita exemplaria accedunt, quandoquidem ea in hac parte non poterant interpolatorum codicum ope corrigi, eandem auctoritatem de qua supra dictum est obtineant. nam ubi vel solus Dresdensis codex a Medicei partibus

stat vel cum his etiam princeps (p) et Romana (r) editio facit, ille consensus suspectam reddit Aldi fidem. ubi vero Aldina scriptura etiam in editis antea exemplaribus (ς) invenitur, eam ex his potius quam e libro manu scripto petitam esse certum est: p. 170, 6 *ut ne Robusti quidem. experiamur* (*experamur* **D**) *tamen* **MDp** *utinam ne Robusto idem experiamur. tamen* **r** *utinam ne in Robusto idem experiamur. tamen* **ςa**: 174, 17 *homo munificus et innoxie popularis* **MDpr** *homo munificus et innoxiae popularitatis* **ςa**: 176, 7 *cuius in sinu fit* (*fluit* **Dp**) *cum maxime portus* **MDp** *cuius in sinu amphitheatrum* **r** *cuius in sinu portus uelut amphitheatrum* **ςa**: 189, 2 *qui an omnino accusetur incertum est* **Mr** *quia nomino accusetur incertum* (*inertum* **D**) *est* **Dp** *qui quo nomine accusetur incertum est* **ςa**. plura etiam coniectura eius qui Aldinam editionem curavit non praeeuntibus aliis mutata sunt, quae maximam partem ad elocutionem et structuram verborum pertinent, in quo genere multa, quae minus usitate dicta esse videbantur, ab illo mutata sunt, ut p. 152, 3 *ut primum sibi aetas iudicare permisit* pro *ut primum sibi iudicare permisit*: 160, 1 *cunctatusque* pro *cunctatus*: 164, 28 *in siccis arenis detinebat* pro *siccis harenis detinebat*: 166, 7 *occurrebant* pro *occursabant*: ib. 14 *donec de auunculo nuntius ueniret* pro *donec de auunculo nuntius*: 169, 25 *iter fecisse* pro *iter peregisse*: 207, 16 *ut, siqua ex hoc inuidia erit, non tua tantum sit* pro *ut, siqua ex hoc inuidia, non tantum tua*. sed quamvis manifesta huius modi exemplis plurimis interpolatio editionis sit, sunt tamen in quibus haec sola veram scripturam exhibeat: unde apparet in codice quo editor usus est quaedam quae in reliquis omnibus depravata sunt incorrupta fuisse, p. 205, 13 *praeerat alae miliariae* **a** *praeerat alae militariae* **Dr** *praeerat alae militari* **Mp**: 235, 15 *nam quod de uiuente scriptum, de uiuente recitatum est, in defunctum quoque tamquam uiuentem adhuc editur* **a**, ubi *de uiuente recitatum* om. **MDpr**: 237, 17 *nisi esset generis eius; ut saepe incipere, saepe desinere uideatur* **a** *nisi esset generis eius ut saepe desinere uideatur* **MDpr**: 252, 6 *quibus aliter ignotus est* **a** *quibus alter ignotus est* **MDpr**. quamquam ea et pauca sunt et partim ita comparata, ut dubitari possit, utrum vera scriptura codici an coniecturae editoris debeatur.

Verum haec omnia, de quibus adhuc dictum est vix quemquam fallere possunt. magis ambigua sunt illa in quibus unus Mediceus codex a reliquorum lectione dissentit. nam cum multa ex principe editione ad eas quae proxime secutae sunt propagata

neque ab Aldo correcta sint, facile intellegitur horum consensu nihil nisi recentium librorum scripturam significari. quo fit ut in hac parte multo maior sit numerus eorum locorum, in quibus vera scriptura uni Mediceo libro debetur, quam in priore. cautione tamen opus esse in libro non solum vulgari librariorum neglegentia sed etiam interpolatione archetypi corrupto ex iis quae supra ea de re dicta sunt apparet. quare in huius modi locis sola rerum ratione et generibus vitiorum, quibus codicem corruptum esse constat, iudicandum est, quid ex antiquiore fonte derivatum, quid pravis mutationibus inductum sit. utriusque generis pauca exempla ponam, verae scripturae haec, p. 134, 4 *ne a meis uerbis recedam* **M** *ne a forensibus uerbis recedam* **Dpra**; 150, 5 *uereor omnia imaginor omnia* **M** *uereor omnia* **Dpra**; 151, 1 *reconciliarent ac recomponerent* **M** *reconciliarent componerentque* **Dpra**; 152, 22 *gratum est quod nos requiris, gratum quod his fomentis adquiescis* **M** *gratum quod his fomentis adquiescis* **Dpra**; 177, 20 *ingens utrimque aduocatio, praeterea densa circumstantium corona* **M** *ingens utrimque aduocatorum et numerosa (aduocatorum uniuersa* **r**) *subsellia praestantium corona* **Dpra**: interpolatae scripturae haec, p. 132, 18 *non pati occidere* **Dpra** *posteris tradere* **M**; 146, 18 *summa consecuturus, si uirtutes eius maturuissent* **Dpra** *maxima consecutus amabam uirtutes eius maturitatemque* **M**; 163, 2 *inter quos tu talis extiteris* **Dpra** *inter quos tu talis moreris* **M**; 168, 7 *Bruttiano iustissimum integritatis testimonium redditum* **Dpra** *Bruttiano praemium integritatis iustissimum redditum.* eodem referre non dubitavi notabilem discrepantiam p. 164, 5 sqq.

Denique in reliquis libris raro accidere potuit ut ea quae in Mediceo codice et Aldina editione corrupta essent integra servarent, quorum partim haud dubie coniectura inventa sunt, partim in levioribus quibusdam vitiis versantur, ut p. 169, 2 *productus* **Dr** *prouectus* **Mpa**: 182, 8 *acoribus* **D** *acrioribus* **Mpra**: 200, 3 *paratisque honoribus* **Dpr** *spiratisque honoribus* **M** *speratisque honoribus* **a**.

In octavo libro, in quo Mediceus codex et Aldina editio et in aliqua parte Romana soli testes scripturae relicti sunt, non minus suspensum inter Mediceam et Aldinam scripturam iudicium est. nam Romana editio praeter foedissima quidem editoris vitia cum Mediceo libro plerumque consentiens hanc solam fere utilitatem habet, quod ea collata certius de archetypo constat. quamvis autem haud dubie maior fides sit manu scripti

libri quam editi, multa tamen in illo quoque vitiose scripta sunt, quae e suo codice emendata exhibuit Aldus, in primis lacunae recte expletae, p. 210, 1; 26. 216, 9. 222, 26. 224, 24. 229, 8. 231, 15: praeterea alia et diversi generis vitia, in quibus non minus certa est Aldinae editionis lectio, p. 211, 16 *tam lata, quae denique tam poetica* **a** *tam lata* (*late* **M**) *denique tam poetica* **Mr**: 220, 13 *erat autem* **a** *erat ante* **M**: ib. 28 *suspecta uirtus* **a** *inspecta uirtus* **M**: 222, 32 *num ergo dubium est* **a** *num ergo durum est* **M**: 223 *qua ergo ratione potest* **a** *quae ratione potest* **M**: 225, 5 *Anio* **a** *ante* **M**: 229, 28 *seria iucundis anteferrem* **a** *seria iucundis simul ferrem* **Mr**: 230, 13 *quae causa recitandi fuit* **a** *quae causa retractandi fuit* **Mr**. aliis tamen exemplis satis multis non minus aperta deprehenditur Aldi vel potius Iucundi interpolatio, p. 213, 23 *nec expiata postea curia est* **M** *nec expiata postea ea iniuria est* **a**: 223, 19 *obtinui quidem quod postulabam. nihilo minus tamen quaero, an postulare debuerim. quem ad modum obtinui?* **M** *obtinui — an postulare debuerim an abstinere. quemadmodum abstinuit is* a et eodem fere modo Budaeus: 225, 4 *sistere cogit* **M** *retro cogit* **a**: 226, 3 *ut qui de patre auo proauo quasi de orbo querantur* **M** *qui de illo uti de patre auo proauo quasi orbi quaerantur*. tam ancipiti igitur auctoritate cum bona et genuina cum falsis et suppositis in Aldina editione mixta sint, facile apparet interdum dubitari posse, quae fides illius testimonio contra Mediceum codicem habenda sit: cf. p. 214, 13. 224, 8. 225, 10. 230, 5.

In ultimis libri noni epistulis, quae in Mediceo codice scriptae non sunt, cum libri manu scripti et princeps editio valde corrupti sint, multa in Romana editione, alia in Aldina, pauca etiam, ut supra dixi, a Pomponio Laeto primum recte edita sunt. unde apparet bonis codicibus illos editores usos fuisse. praecipua tamen auctoritas propter multa et gravia codicum et antiquissimarum editionum vitia tribuenda est Aldinae editioni. quamquam in hac quoque cavendum est ne interpolationem editoris pro genuina codicis lectione amplectamur.

Propter varias et impeditas condiciones librorum, quibus Plinii epistulae nobis traditae sunt, uberius, quam in plerisque scriptoribus huius modi quaestiones tractare par est, haec exponenda esse putavi. nam cum et manu scripti libri antiqua interpolatione corrupti sint et ab editis exemplaribus ex aliqua parte fundamentum scripturae petendum sit, ambigua et lubrica discrepantium scripturarum existimatio est, nisi certis legibus

regatur, multaque in ea re ab iis qui has epistulas ediderunt vel in iis emendandis operam collocaverunt peccata sunt. eadem fuit causa, cur in apparatu critico magna discrepantium scripturarum moles componenda esset, taedii illa quidem plena, sed ad confirmandum iudicium omnino necessaria. nam praeter codices multis librariorum erroribus depravatos non solum lectiones veterum editionum, in quibus manu scripti libri adhibiti erant, principis Romanae Aldinae, exhibendae fuerunt, sed ne impressa quidem ante Aldum exemplaria neglegi poterant. ex his princeps editio ut instar codicis est, ita prae libris manu scriptis eius ordinis illam utilitatem habet, quod eius lectione indicata intellegitur, quem ad modum primum editae sint epistulae: nam ab hac reliquae editiones pendent. Romana editione, quamvis ea scripturam codicis eamque a Mediceo non multo diversam cum foedis mendis mixtam exhibeat, vel propterea careri non potuit, quod multa ex ea ad reliquas editiones propagata sunt. in hac tamen quaedam, in quibus levissimi editoris errores patebant, praeterii, et poterant etiam plura praeteriri. ex editionibus Pomponii Laeti, Beroaldi, Catanaei ea quae ad fidem Aldinae editionis constituendam pertinebant adscripta sunt: nam omnia indicari opus non fuit. itaque ubi tres editiones quas dixi cum principe et Romana, e quibus expressae sunt, et in octavo libro cum sola Romana consentiunt, illum consensum ipso silentio constare volui. neque in iis quae vel in principe vel in Romana editione levibus et apertis vitiis corrupta, in altera recte et sic ut ipse edidi exhibita sunt, si tres editiones emendatam lectionem secuntur, id ita esse indicatum est. sin communia utriusque exemplaris et in octavo libro unius Romani vitia in illis sic, ut verba a me exhibita sunt, correcta erant, illud addito asterisco (**pr***) indicavi. ceterum quoniam in istis editionibus communi signo ς usus sum, ubi illae inter se dissentiunt, eam tenui rationem, ut plerumque Pomponii Laeti scripturam ponerem eaque quae postea Beroaldus vel Catanaeus mutaverunt, nisi quidem eorum coniecturae longius propagatae erant, neglegerem vel nominibus adscriptis indicarem. ergo si duarum editionum **p** et **r** vel in octavo libro unius **r** discrepantia adnotata est, cum hac consentiunt ς; si unius **p** vel unius **r** discrepantia adnotata est, cum ea quae emendatam et in textu exhibitam lectionem praebet consentiunt; si illarum scripturis additus est asteriscus (**pr***), eam scripturam quae in textu exhibita est praebent: ea quae ipsarum editionum propria sunt nota ς indicat. ita enim satis constare puto, quid prioribus

editoribus Aldus debuerit, quid ipse vel codicis auctoritate vel coniectura usus receperit. quamquam autem omnis fere editorum exemplarium usus posteriore parte epistularum continetur, tamen, cum ne in priore quidem sine incommodo praetermitti possent, eundem modum per omnem editionem tenui.

E codicum quoque scripturis multas omitti potuisse scio, si id ageretur ut levia et aperta vitia a gravioribus et dubiis discernerentur. sed quoniam eligendi arbitrium a ratione instituti mei alienum et mihi certe in opere peragendo minus commodum erat, integram lectionis discrepantiam exhibere malui vel studui potius exhibere. nam vel acerrimo studio adhibito quam difficile sit adfirmare nihil praetermissum esse, norunt quicumque libros manu scriptos tractaverunt. in orthographia autem vocabulorum Florentini et Dresdensis codicis scriptura, quae nullam auctoritatem habet, paucis locis exceptis non indicata est; de Mediceo et Vaticano codice curavi ut in hoc quoque genere constaret, quandoquidem et accurate scriptos esse libros cognovi neque inutile esse censeo eius aetatis morem novisse. nam ex remota antiquitate repetere quidquid insolentiore modo in bonis codicibus scriptum est vel dum menda librariorum tollere studemus, eorum orthographiam quasi ab erroribus tutam tenere et in veterum scriptorum libros inducere pravi iudicii est. nimirum quid in hoc genere sibi permiserint librarii alioqui in communi archetypo describendo haud neglegentes, collato inter se Mediceo et Vaticano codice plane perspicitur. itaque in ea parte editionis, in qua Mediceo codice uti licebat, minora quidem illa, in quibus neque certus neque constans veterum scriptorum usus erat, velut adsimilationem praepositionum modo expressam modo omissam, et de quibus nondum satis constat ad fidem optimi libri exegi, praesertim cum aliter vix repraesentari eius scriptura posset. in iis autem quae infimae aetatis librariis deberi probabile est veterem et certis testimoniis munitam rationem sequi quam barbariem noni vel decimi saeculi propagare malui.

Epistulae Plinii ad Traianum et Traiani ad Plinium uno codice manu scripto, quem circa annum 1500 in Gallia repertum esse, sed postea periisse supra dictum est, memoriae proditae sunt. sed ex eo codice partem epistularum eam, quae in hac editione est ab epistula una et quadragesima usque ad finem libri, primus edidit Hieronymus Avantius a. 1502, f. 1 *C. Plinii Iunioris ad Traianum Epistole. 46. nuper reperte cum eiusdem responsis. Cum priuilegio.*

f. 2 *Colendo uirorum principi Bernardo Bembo Clarissimo equiti praestantissimo Doctori et optato Veronae praetori Hieronymus auantius Veronensis foelicitatem. Petri Leandri industria ex Gallia Plinii iunioris ad Traianum epistolas licet mancas deprauatasque habuimus: quas pro uirili mea castigatas impressorum beneficio emittendàs censuimus: studiosorum quidem utilitati et Plinii dignitati sed tuo inprimis desiderio consulentes. Has enim ames necesse est: cum secundi epistolas sic affingas: ut emuleris: quin unus uideris eorum sensibus satis facere posse: qui a Ciceronis (ut ita dicam) profluuio et ab huius Plinii breuitate aeque abhorreant. Marinus enim sanutus integerrimus Veronae quaestor et eiusdem commodorum appetentissimus: idemque praestantibus uiris omnibus sed tibi inprimis plurimum addictus mihi nuper ostendit tuam ad Dantem nostrum cultissimum poetam epistolam doctam (Iuppiter) et bene eruditam. Ita probe uiuam uir clarissime: ut in eo stilo nil aptius nil elegantius nil magis decorum obtulit aetas nostra. Iam exactum Aurelii Pisaurensis iudicium uideo proboque: qui cum probitate Traianum: humanante* [l. *humanitate*] *Titum: amore patrio Regulum te referre enunciarit: tum ingenuis omnibus artibus te adeo pollere contendit: ut in questione relinquatur: quonam scripti genere maxime praestes. Quare litteris et litteratis est gratulandum. quando hoc tempore minime desint viri principes: qui et philosophentur: et philosophorum consuetudine oblectentur. Sed comprimis Veronenses nostros beatissimos* | (f. 2*) *censeo. Quid enim per deum immortalem ultra sperare debeant ciues nostri doctrinarum amantissimi: te praetorem nacti optimum doctissimum et doctorum hominum studiosissimum? Cuius comitatem dexteritatem prudentiam iustitiam et religionem non modo ferrarienses Rauennatesque cognouerunt ac uenerati sunt. Verum liberalitatem pietatem et reliquas in te insignes uirtutes cum optimus quisque colat: tum maxime admirantur decantantque studiosorum ingenia: quos indies amas subleuas erigis foues et unice amplexaris: quantum debent tibi Dantis Florentini uatis manes? Cum unus Rauennae iacentem putremque illius tumulum marmoreo et conspicuo monumento erexeris ac mirifice decoraueris. Accedit amplissimae gloriae tuae Petri filii Sapientia: qui paternis uestigiis incedens: iam omnibus studiis ornatissimus: antiquorum imprimis uatum maiestatem undecunque repraesentans: recentioribus longe praestat. Hinc praetor lectissime et ab uniuersa ciuitate nostra multis uotis exoptatissime optimo deo gratias habemus. Eundemque supplices imploramus: ut sanctissimo Venetorum Senatui eueniant bene optata. Cuius sa-*

pienti consilio te praeside consultissimo spectatissimoque frui licebit. Ego deinde tantas tamque praeclaras patris ac filii dotes perspiciens suspiciensque utrique me mancipiolum addico indignum quidem: uerumtamen obsequentissimum fidissimum et singulari mea in Bembam domum obseruantia non aspernabilem. Demum ut ad secundum redeam: Cum uacabit: uel ut uacet: legas: uelim huius Epistolia. Catulli uerbum occurrit: non ut eum obiter molliam iam cantatissimum. Vale . Doctrinarum decus. in fine editionis f. 19 *Epistolae Plinii Iunioris nouiter repertae Summaque diligentia Impresse per Ioannem de Tridino alias Tacuinum anno Incarnationis domini. M . CCCCCII. die uero undecimo mensis Mai et cum priuilegio.*

Exemplum editionis rarissimae quod est in bibliotheca Monacensi Carolus Halmius consueta et multis probata liberalitate mihi utendum concessit. Plinii epistulis numeri continui, quibus ordo epistularum significatur, cum brevibus rerum quae tractantur indicibus adscripti; Traiani epistulae spatiis relictis et maioribus litteris initialibus ab iis secretae; nomina autem Plinii et Traiani in inscriptionibus epistularum omissa sunt. prima igitur epistula 41 hanc habet inscriptionem, *De lacu Nicomedensium Epistola XXVII*, ultima 121 hanc, *De diplomatibus LXXIII.* sed in epistula 58, cum secundum ordinem institutum inscribi debuisset numerus XXXVI, ille numerus cum solita argumenti indicatione errore editoris omissus et proximae Domitiani epistulae additus est. inde efficitur numerus epistularum, quae quidem inscriptionibus et continuis numeris significatae sunt, quadraginta sex, qui in prima pagina indicatus est. apographum autem quo editor usus est, quamquam initio mutilatum erat, tamen ex integro codice descriptum fuisse docet numerus XXVII primae epistulae adscriptus. nam epistulae Plinii, quae postea in initio libri ex eodem codice additae sunt, praeter epistulam XVII B, quae cum ea quae praecedit coniuncta legebatur, sunt numero viginti sex.

Paucis mensibus post easdem epistulas, quae ab Avantio editae erant, iterum edidit Philippus Beroaldus, qui postquam a. 1498 novem epistularum libros ediderat, a. 1502 et has et orationem Plinii eadem prorsus forma expressas adiecit, *Epistolae Plinii ad Traianum cum Panegyrico. Ex castigatione Philippi Beroaldi. PHILIPPUS BEROALDUS AD LECTOREM. Hae sunt Epistolae aliquot, quae nuperrime in lucem prodierunt, a Plinio Secundo ad Traianum Imperatorem et a Traiano ad Pli-*

nium scriptae in breuitate Laconica, quae in epistolico charactere haud parum habet concinnitudinis. Has proxime recognoui emaculatasque una cum Panegyrico imprimendos dedi Benedicto impressori bibliopolaeque elegantissimo. Quicquid id est, Lector, boni consule. in fine *Bononiae apud Benedictum Hectoris die XXIV. Ianuarii M. D. II.* *) secuta est deinde a. 1506 editio Catanaei, qui in epistula ad Ambrosium Maynum ei parti editionis quae huc pertinet praemissa de opera sua scribit haec, *Fatear tamen necesse est primum nobis in animo fuisse has intactas relinquere: et quia uno tantum exemplari praeter impressa nec illo admodum uetusto adiuti fuimus: et ne iccirco ansam maledicis obiurgandi daremus. Sed cum altius consyderauissemus nullam non quamlibet oblatrandi occasionem quamuis iniquam detractores aucupaturos: et puritatem latini sermonis in hoc opusculo intueremur: ex eiusque lectione multarum rerum commodum multos consecuturos: quibusque priorum stilus pressior: et emunctior non placuisset: posse hoc solutiore: uel faciliore detineri: adhibuimus eam: quam potuimus diligentiam: et emendando: et interpretando spreta inuidorum maliuolentia.* utraque autem editio ex Avantii exemplo ita expressa est, ut quaecumque mutata sunt coniecturis editorum tribuenda sint. nam quod Catanaeus manu scripto exemplari se adiutum esse adfirmat, fieri sane potuit ut apographum earundem schedarum, quibus Avantius usus erat, cum coniecturis quibusdam manu scriptis haberet; neque tamen quicquam ex meliore aliquo codicis apographo in editionem recepit, sed multa temere mutavit, pauca recte emendavit, quorum nihil est, quod facili coniectura inveniri non potuerit.

Novam editionem duobus annis post Catanaeum paravit Aldus, qui primus et epistulas antea omissas edidit et totum librum tamquam decimum cum novem epistularum libris coniunxit. de hac editione dictum est supra p. XXI. sed quamquam Aldus non solum apographum codicis a Iucundo Veronensi factum sed etiam ipsum codicem se habuisse scribit, tamen ne huic quidem in iis epistulis quae antea editae erant maior fides habenda est quam Beroaldo vel Catanaeo, siquidem illas non ex novo apographo vel ex ipso codice de-

*) Falso olim creditum est Beroaldi editionem priorem esse quam Avantianam, propterea quod illa mense Ianuario, haec Maio eiusdem anni facta esse dicitur. errorem ex vetere annorum ratione, in qua a Kalendis Martiis menses computabantur, ortum aperuit Orellius hist. crit. epist. Plin. et Trai. p. 3.

nuo expressit, sed Avantii editionem partim ex Beroaldi et Catanaei exemplaribus partim novis coniecturis correctam repetivit. nam ea quae aliter in Aldina editione atque in illis exhibentur ita comparata sunt omnia, ut coniectura potius inventa quam e codice profecta esse existimanda sint. et plurima quidem in pravis et temerariis interpolationibus versantur, paucis locis leviora quaedam priorum editionum vitia probabiliter correcta sunt. quare ut in iis epistulis quae ab Avantio editae erant vix quicquam novi quod e codice petitum sit accesit, ita facile intellegitur in iis quarum omnis memoria ab Aldina editione petenda est multo minus accurate, quam ab Avantio factum erat, codicem expressum esse.

Denique ex iis qui post Aldum has epistulas ediderunt nemo novo codicis apographo usus est, sed Aldinam editionem omnes secuti sunt. unus Catanaeus in editione secunda a. 1518 descriptas de vetustissimo codice germanico plures ad Traianum epistulas se habuisse dixit; intellegit autem codicem in Gallia repertum: cf. p. XXIV. sed ne huic quidem adfirmationi plus tribuendum est, quam iis quae in priore editione scripserat. nam sicut in illa principem editionem expresserat, ita in hac Aldinam coniecturis vel suis vel doctorum virorum, quorum nomina l. c. appellavit, hic illic mutatam repetivit neque quicquam novi e codice protulit.

Pleraque ex his quae dixi I. C. Orellius in historia critica epistolarum Plinii et Traiani usque ad a. MDLII Turici a. 1833 edita accurate exposuit. quamquam is antiquissimis editionibus praeter Avantianam et Aldinam atque ipsi Aldinae maiorem quam par est auctoritatem tribuit. nam illud hac disputatione comprobare volui, omnem veteris scripturae memoriam in duabus editionibus quas dixi positam esse, in iis autem epistulis quas Avantius edidit huic uni fidem deberi, in iis quas postea Aldus adiecit illius editionem quamvis interpolatione editoris a codicis integritate deflexam sequendam esse. itaque utriusque editionis integram scripturam exhibui omissis quidem iis quae ad orthographiam spectant, in qua suum scribendi morem, non codicis scripturam editores secuti sunt. et quoniam posterior epistularum pars, sicut dixi, in Aldina editione ex principe expressa est, in discrepantia indicanda hac usus sum ratione, ut, ubi ambae editiones inter se consentirent, Aldinae editionis scriptura non indicaretur, sed una **A** littera, quam Avantianae notam esse volui, ille consensus indicaretur; ubi dissentirent, Aldinae scripturae **a** litte-

ram apponerem. praeterea siquid ex iis quae ab Aldo mutata sunt a Beroaldo vel Catanaeo inventum erat, ut intellegeretur, quid ille a prioribus editoribus accepisset, quid ipse novasset, horum quoque nomina adscripta sunt. ceterum et haec et quae praeterea e veteribus editionibus adnotata sunt coniecturae loco habenda esse apparet.

Ordinem epistularum restitui eum qui in antiquissimis editionibus fuit. nam hunc et in codice manu scripto fuisse probabile est, et temporum rationibus defendi nuper demonstravit Mommsenus Herm. v. III (a. 1869) p. 53. pravo autem invento primus, quod sciam, Henricus Stephanus a. 1581 veterem ordinem ita mutavit, ut eas epistulas, quibus rescriptae ab imperatore epistulae additae sunt, a reliqua parte segregaret et addita nova inscriptione epistularum Plinii et Traiani mutuarum in finem reiceret. quod exemplum deinde plurimi editores imitati sunt; non nulli etiam in utraque parte pauca mutaverunt. praeterea in ea re veterem rationem revocavi, quod, cum inde ab Aldi editione hae epistulae decimo libro comprehensae cum reliquis novem libris coniunctae essent, utramque collectionem per se posui. nam olim cum novem libris non coniunctum fuisse hunc testimonio constat Sidonii Apollinaris epist. IX 1. neque id codicis auctoritate, sed suo invento Aldum ita instituisse credo.

Ex orationibus Plinii una aetatem tulit, quam anno 100, cum consulatum iniret, in senatu, ut principi gratias ageret, habuit, postea a se retractatam, ut scribit epist. III 13 et 18, edidit. ea enim olim cum aliis orationibus eiusdem quidem argumenti, sed multo inferioris aetatis communi panegyricorum nomine comprehensa et in principio eius collectionis posita una cum illis propagata est. quis autem primus orationes collegerit vel quo tempore id factum sit, non constat. nam omnis illorum panegyricorum qui dicuntur memoria uno codice continetur, qui circa annum 1432 Maguntiae fuit, paucis annis post, ut videtur, studiis Italorum divulgatus est. hunc tum, cum Maguntiae erat, vidit Ioannes Aurispa, qui in epistula ad Iacobinum Thomasi Thebalduci Florentinum Basileae eo anno quem dixi, ut videtur, data de itinere per Germaniam facto scribens Maguntiae illos orationes se legisse narrat his verbis, *pero che io ho trovato in una bibliotheca a magunza un codice in luquale si e un panegyrico di plinio a traiano dalu quale non lesse mai piu suave cosa. et in co-*

*dem codice sunt panegyrici aliorum autorum ad diversos caesares**). neque ante Aurispae aetatem vel Plinii orationem vel reliquos panegyricos a quoquam apud Italos commemorari inveni. codices autem qui nunc extant numero plurimi, sed omnes quinto decimo saeculo scripti, praeter paucas schedas rescriptas in Plinii oratione ex antiquo codice relictas, de quibus postea dicetur, ita inter se consentiunt, ut omnes ex uno exemplari tum primum invento descriptos esse appareat. quare nisi quis alium codicem Maguntino similem olim superfuisse credet, vel hunc vel apographum eius in Italiam travectum omnesque libros qui postea ibi scripti sunt ex eo originem duxisse probabile est.

In plurimis igitur codicibus Plinii oratio una cum reliquis panegyricis scripta est, sicut in vetere exemplari hae orationes repertae erant; in paucis etiam cum octo epistularum libris eodem fere tempore inventis coniuncta est. collatos autem cum editis exemplaribus partim mea partim amicorum opera habui hos, quorum index infra scriptus est. codex Vaticanus 3461 membr. fol. in prima scriptura multa vel superscriptis litteris vel varia lectione in marginibus adnotata recentiore manu correcta sunt. de aetate autem codicis erravit Fridericus Duebner mus. Rhen. noviss. v. III (a. 1845) p. 154, cum eum nescio quo auctore decimo saeculo scriptum esse diceret. non minus enim quam reliqui libri omnes quinto decimo saeculo scriptus est. quamquam paulo antiquior quam ceteri qui in Vaticana bibliotheca sunt visus est Henrico Brunnio et Augusto Wilmannsio, qui mea causa librum inspexerunt. idem olim iudicavit is qui eius apographum fecerat in usum Schwarzii: cf. Plin. pan. ed. Schwarz p. 731. codex Wolfenbuttelanus Gud. 45 chart. fol. hoc ante me Arntzenius et Schwarzius usi sunt. codex Vindobonensis 48 olim Salisburgensis 1. c membr. fol. Florentiae a. 1468 scriptus: cf. Endlicher catal. cod. philol. latin. bibl. Palat. Vindob. p. 136. annus quem dixi post octo epistularum libros, qui panegyricum praecedunt, indicatus est hac subscriptione, *transcript. Florentiae. III^o. idus ian. anno sa-*

*) Aurispae epistulam ab Augusto Wilmannsio in archivio Florentino inventam et mecum communicatam alio loco edam. nunc de tempore quo scripta est hoc addo. subscriptus est epistulae dies 4 Augusti non addito anno. sed anno 1432 epistulam scriptam esse inde maxime comprobatur, quod Aurispa se expectare scribit adventum Cardinalis S. Crucis, qui tum primum cum legatis Eugenii IV pontificis ad concilium Basileense, cui postea per aliquod tempus praefuit, profectus esse videtur.

lutis nostrae MDCCCCLXVIII. Paulo . II⁰. Romae. pont. max. codex eleganter et accurate scriptus, qua arte tunc Florentini librarii utebantur, et picturis ornatus est. post primam scripturam pauca correcta sunt, e quibus quaedam eiusdem librarii manum referre videntur, quaedam alia manu scripta sunt. alium codicem Salisburgensem ab hoc diversum, nunc ipsum quoque Vindobonensem apud Endlicherum l. c. p. 137, habuit Schwarzius. codex Monacensis 309 chart. 4: cf. catalog. cod. lat. bibl. reg. Monac. I 1 p. 56. in hoc quoque pauca postea correcta sunt, nec certo ubique apparet, quid ab eodem librario correctum, quid postea additum sit. usus est eo Gronovius obs. IV 16. codex Caroliruhensis olim Durlacensis 36 membr. 4. fuit olim Schwarzii; postea ad Moerlium Norimbergensem eum delatum esse scribit Iaegerus in praefatione suae editionis panegyricorum. hi libri omnes cum reliquis panegyricis coniunctam habent Plinii orationem. codex Augustanus bibliothecae publicae 118 chart. fol. a. 1466 scriptus. continet Francisci Aretini scripta, deinde Plinii epistularum libros octo, panegyricum, librum de viris illustribus, qui tum vulgo Plinii nomine inscriptus ferebatur. in fine codicis annus quem dixi subscriptus est, *laus deo omnipotenti 1466.* codex Mediolanensis bibliothecae Braydensis A. D. XIV 40. 4, olim 'Monachorum congregationis sanctae Iustinae de padua'. continet panegyricum Plinii. apographum eius tum, cum Patavii erat, factum habuit Schwarzius. Vaticanum codicem me rogante excussit Wilmannsius. Caroliruhensem bis collatum habui a Francisco Eyssenhardt et ab Alfredo Holder, qui cum audivissent me novam editionem parare, liberaliter schedas suas ad me miserunt. reliquos partim domi habebam, dum editio paratur, partim scripturam olim excerpseram.

Sed neque in his libris quos dixi neque in aliis, quos ante me editores usurpaverunt, ea fide veteris exemplaris scriptura expressa est, ut ad eam investigandam unus aliquis certum ducem se praebeat. nam cum pro more illius aetatis, quae in corrigendis libris manu scriptis temerariam plerumque operam collocabat, statim post inventum , ut videtur, archetypum multa in vetere lectione mutata essent, per omnia apographa una cum plurimis librariorum erroribus etiam coniecturae doctorum hominum propagatae sunt. accuratius tamen quam reliquos scriptum inveni Vaticanum codicem; quamquam ne is quidem omni Italorum interpolatione vacat. hunc Wolfenbuttelanus ita sequitur,

ut eum ex Vaticano descriptum esse Schwarzius dixerit. sed cum liber quamvis neglegentissime scriptus paucis tamen locis veram scripturam in Vaticano corruptam, quae quidem coniectura restitui non poterat, servaverit integram, qualis in aliis quoque libris invenitur, non hunc ex illo ductum, sed eundem codicem potius ab altero librario diligenter, ab altero neglegenter exscriptum esse dicemus. simili societate inter se conexi sunt duo libri Vindobonensis et Monacensis, quorum is est etiam in levissimis quibusdam erroribus consensus, ut ex eodem exemplo utrumque expressum esse plane appareat. quod exemplum ipsum quoque non ita graviter interpolatorum studio corruptum, a Vaticano tamen codice pro communi quidem omnium librorum origine satis diversum fuit et multa quae in illo corrupta erant recte scripta habuit. eandem fere scripturam, multis illam quidem interpolationibus depravatam, refert Mediolanensis codex. Augustanus autem et Caroliruhensis inter utramque lectionem incerti modo hanc modo illam secuntur, sed praeterea multa et diversi generis vitia traxerunt, quorum alia utriusque communia sunt, alia unius cuiusque propria. itaque duobus exemplis olim vetus archetypum descriptum est, quorum alterum nobis Vaticanus codex repraesentat, alterum, quod olim Florentiae fuisse subscriptio Vindobonensis libri docet, et huius et Monacensis lectio refert. reliqui utpote inscitia et ignavia librariorum vel temeritate interpolatorum depravati minorem fidem habent.

Haec sufficere credo ut et de iis codicibus quos ipse habui et de iis quos alii usurparunt recte iudicetur. nam in certas classes distribuere libros quinto decimo saeculo ex uno archetypo descriptos neque tam propter diversitatem stirpis, quae nulla fere est, quam propter librariorum et interpolatorum menda in aliis frequentius, in aliis rarius admissa inter se dissentientes inane plerumque et parum fructuosum negotium est. primus autem Franciscus Puteolanus usus codice aliquo interpolato et Mediolanensi maxime simili orationem Plinii edidit una cum reliquis panegyricis adiecto Taciti libro de vita Agricolae et fragmento Petronii sine loci et anni indicio Mediolani, ut videtur, a. 1482. hanc editionem secuti sunt Beroaldus Catanaeus Aldus, qui proximis annis cum epistulis Plinii coniunctam orationem ediderunt et multa coniectura, non manu scriptorum librorum auctoritate mutaverunt. ne Ioannes Cuspinianus quidem, cuius opera correcti panegyrici editi sunt Viennae a. 1513, meliores codices, quam quibus nunc utimur, habuit; neque fal-

lere nos debent quae Georgius Cuspinianus, qui illam editionem curavit, de patrui studiis scripsit in epistula praemissa, *et quanquam iam ingens moliatur opus, de Consulibus ac Caesaribus Romanis, usque ad nostra saecula, quod ad finem iam pene deduxit, non intermittit tamen succisiuis horis, si quid interdum ocii nactus fuerit, quin deprauata emendet, ac mutilata restituat. Quod nuper in his Panegyricis ita diligenter, ita accurate praestitit, ut iam merito illi suos autores agnoscant. Nam praeter hoc, quod multa erant perperam in his elegantissimis orationibus inuersa ac corrupta, integras etiam chartas ille noster parens repperit, in uetustissimis suis exemplaribus, ac restituit.* nam cum compluribus locis lacunae, quae in libris manu scriptis et ante editis esse videbantur, in Cuspiniani editione expletae sint, ea omnia quae ab illo addita erant ex integris istis chartis recepta esse temere creditum est et nunc etiam a plerisque creditur. igitur ut rectius de his iudicetur, adscribam exempla, in quibus ea quae Cuspinianus addidit uncis inclusa exhibui, p. 320, 16 *cogitemus, [quam sit indignum,] si maius principibus praestemus obsequium.* 336, 20 *manet imperatori quae prior oris humanitas, [dextrae verecundia:] incedebas pedibus.* 344, 5 *vidimus delatorum agmen inductum* pro *vidimus delatorum iudicium*, ubi *inductum* pro *iudicium* in non nullis codicibus legitur. 350, 1 *ut si nihil rapuissent, [nihil detinuissent,] defuerint omnia.* 354, 12 *mali — nec timent nec timentur: [vitiorum poenitentiam expectas:] mederis erroribus.* 360, 5 *et dolores nostros et gaudia proferamus: [laetemur his quibus fruimur,] ingemiscamus illis quae patiebamur.* 362, 7 *nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime necesse est. [praeterea ut quisque factus est princeps exemplo,* (immo *princeps, extemplo*) *fama eius, incertum bona an mala, caeterum aeterna est.] non ergo perpetua principi fama, quae invitum manet, sed bona concupiscenda est.* 365, 20 *cum principem [quam simillimum esse privato, consulem] quam dissimillimum deceat.* 373, 17 *certus es te bene rem publicam [et ex utilitate animi] regere.* 374, 31 *cuius haec [intentio] est, ut nobiles et conservet et efficiat.* quaedam sane ex his supplementis ita comparata sunt, ut boni codicis auctoritate restituta esse credere possimus. nam et lacuna corruptam esse scripturam apparet, et probabilis sententia a Cuspiniano restituta est. accedit quod leviora quoque vitia non nulla primus Cuspinianus recte correxit, ut p. 321, 6 *aemuletur* pro *aemulemur,* 323, 6 *nutatione* pro *mutatione,* 344, 6 *non iter* pro *nouiter,* 345, 14 *perquam magna* pro *per quem magna,* 351, 6 *probabitur* pro *probiter*

359, 14 *per Capitolinum iter* pro *per Capitolium iter*, 384, 16 *usurpabant autem ita ut* pro *usurpabant autem ut*. verum ut ne ex his quidem quicquam est quod ille coniectura adsequi non potuerit, ita bonis quoque et per se minime suspectis supplementis fidem antiquitatis detrahit multo maior numerus reliquorum, de quibus dubitari nequit quin ab ipso editore inventa sint. deinde, quod summum in hac quaestione est, siquis vel unum aliquid ex iis quae Cuspinianus addidit ex libro manu scripto petitum neque ab interpolatore inventum esse credit, eum librum ab iis qui nunc supersunt prorsus diversa origine fuisse necesse est. qualem librum si Cuspinianus habuisset, multo plura profecto, quae certe non praetermisisset, eius ope emendare poterat. neque enim fieri potuit ut paucis locis pleniorem scripturam ex antiquo fonte ductam liber servaret, in aliis plurimis cum de reliquis vitiis tum de lacunis cum ceteris consentiret. quare certum est libro manu scripto, quem sane primus post principem editionem Cuspinianus adhibuit, non plus tribuendum esse, quam iis quibus nunc utimur, eaque quae ab illo mutata sunt non maiorem auctoritatem habere quam reliquorum editorum inventa. postea autem, nisi qui me fugerunt, manu scriptis libris usi sunt hi, Sichardus a. 1542, Livineius a. 1599, Gruterus a. 1607 et 1611, Gronovius obs. IV 16, Arntzenius a. 1738 et prae ceteris C. G. Schwarzius a. 1746. editionem Parisinam a. 1834 a Burnoufio factam, cui trium codicum Parisinorum discrepantia addita est, non vidi neque quaerendum de illis codicibus a reliquorum origine et condicione haud diversis putavi.

Itaque ex iis libris quorum mihi copia facta est tres, qui accuratius quam reliqui veterem scripturam referunt, Vaticanum Vindobonensem Monacensem, elegi, quorum integram discrepantiam exhiberem. Vaticani codicis scripturae (A) ea quae postea adscripta sunt (A²) addidi, quamquam eorum nulla auctoritas est: nam partim coniectura correctoris inventa, partim ex aliis apographis petita sunt. deinde Wolfenbuttelani codicis scripturam (a), si memorabilis videbatur discrepantia, maxime siquid rectius in illo quam in Vaticano scriptum erat, adieci; praeterea autem illius rationem non habui. Vindobonensem et Monacensem, ut communis archetypi scriptura exprimeretur, ubi consentiunt una nota B complexus sum; ubi dissentiunt, Vindobonensis libri scripturae b, Monacensis β apposui. his addidi Augustanum (c) et Caroliruhensem (d), non quo aliis praesta-

rent, sed quod mihi tum, cum orationem Plinii epistulis addere constitui, parati erant. sed quia inutile erat integram scripturam librorum corruptorum et interpolatorum proponere, tum, cum libri quos in constituenda lectione secutus sum dissentiunt, vel siquid praeterea memoria dignum esse videbatur, illorum ratio habita est. quare in iis quidem locis, in quibus propria quaedam unius reliquorum vitia adnotanda fuerunt, illos quoque cum textu quem exhibui consentire plerumque non adnotavi, sed ipso silentio intellegi volui; in reliquis ea tantum quae in adnotatione adscripta sunt sic legi in illis constat. his praesidiis autem iam satis munitam esse veteris scripturae cognitionem puto. nam ubi tres libri, quorum integra scriptura exhibita est, vel duo potius **A** et **B** inter se consentiunt, archetypi scripturam certo deprehendimus; ubi dissentiunt, illi testimonio quod auctoritate reliquorum confirmatur maiorem fidem deberi consentaneum est. quamquam fatendum est dubitationi haud raro locum relictum esse, maxime in levioribus illis, in quibus neque rerum rationibus neque legibus sermonis iudicium regitur, velut in collocatione verborum, in qua saepe ea est librorum discrepantia, ut quid in vetere codice scriptum fuerit omnino dici nequeat. praeterea pauca e codicibus olim ab editoribus usurpatis et ex Mediolanensi codice et ex antiquissimis editionibus, in primis Puteolani (ς), adnotavi. in quibus omnibus vix quicquam invenitur, quod accuratius in illis quam in iis libris quos ipse secutus sum ex archetypo servatum sit, sed siquid recte scriptum est, coniecturae Italorum debetur.

Longius etiam persequi veteris scripturae memoriam paucis locis licuit beneficio trium schedarum rescriptarum (**R**), quas in codice Bobiensi, qui nunc est Ambrosianus ord. sup. E 147, una cum Frontonis et Symmachi et aliorum veterum scriptorum fragmentis Angelus Maius invenit earumque scripturas ab Arntzenii editione discrepantes edidit in Symmachi editione Mediolanensi a. 1815. Maii editionem cum fragmentis Frontonis repetiit Niebuhrius Berolini a. 1816, qui quae de codice Bobiensi variis locis a Maio dicta erant composuit praef. p. 34. de ea parte quae ad Frontonem pertinet nuper disputavit Naberus in prolegomenis novae editioni epistularum Frontonis praemissis. mihi accuratiorem notitiam eius partis quae ex Plinii oratione relicta est paravit industria et liberalitas Pauli Kruegeri, qui rogante Mommseno codicem accuratissime cum mea editione contulit et schedas suas liberalissime mecum communicavit.

hoc auctore usus discrepantiam scripturae adscripsi; pauca, quae in codice non satis certo apparebant, inclinatis litteris expressa sunt. de ipso codice autem repetam quae in commentatione his diebus in universitate Halensi edita 'de schedis Ambrosianis rescriptis panegyrici Plinii' disputavi. quattuor igitur membranarum folia vel duo foliorum paria, quae nunc in Ambrosiano codice numerantur p. 21. 22.‿27. 28 et p. 361. 362.‿367. 368, ex vetere Plinii codice relicta sunt. sed ex his foliis unum p. 367. 368, quamquam id quoque ad eundem codicem pertinere apparet, vetere scriptura vacat. in reliquis tribus scripta sunt haec, f. 361. 362 *uterque optimus* p. 324, 13—326, 2 *tumultus fuisset:* f. 27. 28 *uerecundiae collegarum* p. 382, 8—383, 15 *principis atque:* f. 21. 22 *amicos parere* p. 388, 6—389, 11 *et ille qui*. in summis marginibus inscriptio orationis eadem manu scripta est ita, p. 361. 21. 27 *plini secundi*, p. 362 *p̄anegyricūs*, p. 22. 28 *panegyricum*. quartum autem folium, propterea quod nihil in eo scriptum erat, non potuit nisi in principio codicis vel certe, si ante Plinii orationem alia scripta fuerunt, in principio orationis poni. praeterea de pristina membranarum compage nihil constat nisi hoc, inter bina folia utriusque paris quod relictum est quaterna folia, hoc est iterum bina foliorum paria, periisse. nam ab initio orationis usque ad eum locum, a quo primum folium incipit, praeter inscriptionem orationis in hac editione numerantur versus fere centum et quinquaginta. inter secundum autem et tertium folium desunt versus centum et undetriginta. atqui in singulis schedarum paginis in prima parte orationis fere undeviceni versus huius editionis scripti sunt, in postrema seni deni. ergo utroque loco ad ea quae desunt scribenda octonis paginis opus fuit. scripturam autem codicis ex eo genere quod semiunciale vulgo dicitur ad octavum vel septimum saeculum referendum esse existimavit Kruegerus. non recte, ut videtur, Maius, cum acta concilii Chalcedonensis, quae in chartis palimpsestis scripta sunt, septimo aut octavo saeculo tribuisset praef. Symm. p. XIII, antiquam scripturam 'medio saeculo sexto seriorem esse non posse' adfirmaverat. ceterum Plinii fragmenta 'coaeva plane et ab eodem quo Symmachum amanuense scripta' esse dicit Maius. in uno codice igitur Plinii panegyricus et Symmachi orationes scriptae fuisse videntur. Symmachi autem eloquentiam olim propter simile dicendi genus cum eloquentia Plinii comparatam esse docet Macrobius sat. VI 7.

Codicem igitur, cuius paucae membranae quas dixi relictae

sunt, ab eo in quo olim cum undecim panegyricis Plinii oratio scripta erat satis diversum fuisse vel ex his quae nunc supersunt intellegi potest. nam et vitia quaedam scripturae ex vetere panegyricorum codice ad omnia apographa propagata in Ambrosianis schedis non inveniuntur, et alia, quae recte scripta fuerunt in illo, propriis Ambrosianarum schedarum vitiis corrupta sunt. de utroque genere in commentatione supra indicata dictum est; nunc exempla maxime memorabilia in conspectu posuisse sufficiat, in quibus Ambrosianarum schedarum scripturam (**R**) cum ea quae codicum consensu firmatur (**C**) composui. melioris igitur scripturae in recentibus codicibus communi vitio corruptae exempla sunt haec, p. 325, 12 *imperatoris exordium* **R** *imperatoris exortum* **C**: 382, 11 *donec te saep...* (l. *saepius*) *consulem uideant* **R** *donec te consulem uideant* **C**: 383, 6 *praecibus* **R** *praesidiis* **C**: 383, 11 *non tu locupletando fisco operatus sedes* **R** *non locupletando fisco sedes* **C**: 388, 7 *reliquas uirtutes* **R** *alias uirtutes* **C**: ib. 8 *nec umquam tibi persuadeatur* **R** *nec umquam persuadeatur* **C**: 389, 1 *prosecutus es enim nec temperasti tibi quo minus exeunti in litore amplexus, in litore osculum ferres. stetit Caesar in illa amiciae specula stetit praecatusque est abeunti prona maria* **R** *prosecutus enim nec te imperasti tibi quo minus exeunti in litore amplexus osculum ferres. stetit Caesar in illa amicitiae specula precatusque maria* **C**. ex iis autem quae in Ambrosiano codice corrupta, in reliquis integra sunt maxime commemoranda sunt exempla interpolationis, ut leviora omittam, haec, p. 324, 23 *quem diis simillimum inueneris* **C** *quem dignissimum inueneris* **R**: 382, 14 *quorum potes ipse uotorum compotes facias* **C** *hos quibus potes ip..uotorum copotes facias* **R**: ib. 24 *incognitam quandam proximaque maiorem praesumo laetitiam quis enim tam modicello* (l. *imbecillo*) *ingenio, qui non tanto meliorem consulem speret* **C** *incognitam quondam proximamque maiorum praesumo laetitiam quis enim ex tam docili ingenio non — speret* **R**.

Ad auctoritatem codicum quibus nunc utimur, si quando inter se dissentiunt, accuratius definiendam diversa ab illis Ambrosiani libri recensio vix quicquam confert. sed ea quae, quia pariter in illis omnibus leguntur, in communi eorum archetypo sic scripta fuisse necesse est multis et gravibus vitiis laborare collatis Ambrosianis schedis docemur. quamquam eos qui non auctoritate librorum qui forte relicti sunt, sed ratione et iudicio prava a sanis discernere didicerunt non egere huius modi documento puto, ut

valde corruptum fuisse codicem cuius apographa habemus intellegant. deinde vero, quoniam ipsae Ambrosianae schedae cum aliis vitiis tum interpolatione depravatae sunt, neutram recensionem satis integram, sed multa iam antiquo tempore in Plinii oratione mutata esse apparet. in tam incerta igitur lectionis fide cum latus coniecturae campus apertus est, tum ad ipsam Plinii scripturam restituendam non satis firma parata sunt praesidia.

Postremo de inscriptione orationis monendum est panegyrici nomen, quod certe a Plinio scriptum non erat, praeter duos codices, quorum memoria relicta est, inveniri etiam apud Sidonium Apollinarem epist. VIII 10. Plinius autem, si modo tum, cum orationem edebat, argumentum uno verbo indicare volebat, non poterat dicere nisi gratiarum actionem. nam et pro more illius aetatis orationes quas consules in honorem principis habere consueverant ita dictas esse constat, et ipse Plinius de sua oratione hac significatione usus est saepius, pan. c. 1. 2. 3. 90, epist. III 13, 1; 18, 1; eodemque nomine in panegyricorum collectione inscriptae sunt Eumenii et Mamertini orationes. quare et olim Theodorus Marcilius in Suet. Vespas. c. 2 et nuper Dierauerus apud Büdingerum Untersuch. z. röm. Kaisergesch. v. I p. 188 Plinii orationi hanc ipsam inscriptionem restitui voluerunt. retinui tamen panegyrici nomen, non quia usu traditum erat, sed quia illa aetate, ultra quam certa ratione producere emendationem non licet, ita inscriptam fuisse orationem constat.

Halis Saxonum mense Octobri a. 1869.

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBRI NOVEM

M codex Mediceus bibliothecae Laurentianae 47, 36 lib. I—VIIII 26, 8
V codex Vaticanus 3864 lib. I—IIII
F codex Florentinus olim bibliothecae S. Marci 284 lib. I—V 6
D codex Dresdensis D 166 lib. I—VII. VIIII
Riccard. scripturae codicis Riccardiani ex editione Cortii repetitae lib. I—V
p editio princeps a. 1471 lib. I—VII. VIIII
r editio Romana I. Schureneri c. a. 1474 lib. I—VIIII
harum scripturis ubi additus est asteriscus (pr*), errores editorum in exemplaribus ante Aldum expressis correcti sunt
a editio Aldina a. 1508 lib. I—VIIII
ς exempla ante Aldum expressa, ex quibus adhibita sunt haec,
editio Pomponii Laeti Romae a. 1490
editio Philippi Beroaldi Bononiae a. 1498
editio I. M. Catanaei Mediolani a. 1506

Ex ς pauca adscripta sunt. librorum **MVFDpra** scriptura integra exhibita est ita,

I—IIII **MVFDpra**
I 8. 12. 23. 24 om. **D**
I 16, 1—20, 7 et III 1, 12—3, 5 om **MV**.
V 1—6 **MFDpra**
V 7—VII **MDpra**
VIII **Mra**
8, 3—18, 10 om. **r**
VIIII 1—26, 8 **MDpra**
VIIII 26, 8—40 **Dpra**

C. PLINI CAECILI SECUNDI
EPISTULARUM
LIBER PRIMUS.
(a. 97)

I.

C. PLINIUS SEPTICIO SUO S.

Frequenter hortatus es ut epistulas, siquas paulo curatius 1
scripsissem, colligerem publicaremque. collegi non servato temporis ordine (neque enim historiam conponebam), sed ut quaeque
in manus venerat. superest ut nec te consilii nec me paeniteat 2
obsequii. ita enim fiet ut eas quae adhuc neglectae iacent requiram, et siquas addidero, non supprimam. vale.

II.

C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

Quia tardiorem adventum tuum prospicio, librum quem 1
prioribus epistulis promiseram exhibeo. hunc rogo ex consue-

EPISTULAR̄ LIB̄. I | GAI PLINI SEPTICIO SUO SALUTEM **M** C PLINIUS SEPTICIO SUO SALUTEM **V** FREQVENTER HORTATVS ES PLINIVS. S̄. | SC̄DO SVO SALVTE **F** OPUS EPISTOLARUM. C. PLINII SECUNDI NOVOCOMENSIS ORATO|RIS CLARISSIMI. AD SEPTITIUM. C. | PLINIUS SECUNDUS NOVOCOMĒSIS SEPTITIO SUO SALUTEM DIC. **D** Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris facundissimi epistolarum Liber Primus incipit. C. Plinius Secundus Secundo suo. S. pl. dicit **p** C. Plinii secundi Veronensis Oratoris clarissimi et Consularis Epistolarum Liber primus foeliciter incipit. C. Pli. Secundus Secundo Sal' **r** C. CAECILI PLINI SECVNDI EPIST. LIB. PRIMVS. C. Plin. Septicio. S. **ς** PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. C. PLINIVS SECVNDVS SEPTITIO SVO SALVTEM **a**

I 7 epistolas quas **F** curatius **D** accuratius **Fpr** *Catanaeus* **a** cura (curam **M**) maiore **MVς**: *cf. IX 13, 10* 8 scribsissem **V** 10 uenerat **r** te] e **D**, *om.* **V** 11 neglectae] nec lecte **F**

II 14 ARRIANO **Vςa** ARIANO **M** ADRIANO **Fr** ARRINIO **Dp**

tudine tua et legas et emendes, eo magis, quod nihil umquam
2 peraeque eodem ζήλῳ scripsisse videor. temptavi enim imitari
Demosthenen semper tuum, Calvum nuper meum, dumtaxat figuris
orationis: nam vim tantorum virorum 'pauci quos aequus amavit'
3 adsequi possunt. nec materia ipsa huic, vereor ne inprobe dicam,
aemulationi repugnavit: erat enim prope tota in contentione
dicendi. quod me longae desidiae indormientem excitavit, si modo
4 is sum ego qui excitari possim. non tamen omnino Marci nostri
ληκύθους fugimus, quotiens paulum itinere decedere non intem-
pestivis amoenitatibus admonebamur: acres enim esse, non tristes
5 volebamus. nec est quod putes me sub hac exceptione veniam
postulare. nam quo magis intendam limam tuam, confitebor et
ipsum me et contubernales ab editione non abhorrere, si modo
6 tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. est enim
plane aliquid edendum, atque utinam hoc potissimum quod para-
tum est! (audis desidiae votum?) edendum autem ex pluribus
causis, maxime quod libelli quos emisimus dicuntur in manibus
esse, quamvis iam gratiam novitatis exuerint; nisi tamen auri-
bus nostris bibliopolae blandiuntur. sed sane blandiantur, dum
per hoc mendacium nobis studia nostra commendent. vale.

---

1 et legas et relegas et emendes a   umquam peraeque MVς nu-
quam precipue r ante peraeque FDpa   2 ζήλῳ a zelo Dp stilo F stillo r libro
M, *om. in lacuna, sed in marg. adscripto* stillo V   scribsisse M   enim *om.* r
3 demosthenem (demostenen D) semper tuum caluum nuper meum dum-
taxat figuris (figuris dumtaxat Fp) orationis FDpra demostenen semper
tuum nuper meum dumtaxat figuris multis (orōis *pro* multis *recenti manu in
litura* V orationis ς) MVς   4 nam uim tantorum uirorum Dpra nam uim
s. materiam
tantam uerborum MVς Tantorum uirorum (*om.* nam vim) F   pauci quos
aequus amauit qui possunt MV pauci quos aequus amauit Iupiter assequi
possunt p pauci quos aequos (aequas ra) adsequi possunt Dra pauci equi-
tius adsequi possunt *lacuna in* F *post* pauci *relicta* F *Riccard.* qui possunt
Pomponius Laetus qui possum *Beroaldus: Verg. Aen. VI 129*   5 materiam
MV   ne] nec r   6 aemulatione MV   8 ego *om.* Dr   qui] ut MVς
possum r   Marci nostri (τὰς *add.* ς) ληκύθους fugimus Fςa Marci
ληκύθους fugimus D M. nostri (Marci nostri r) fugimus *lacuna ante* fugimus
relicta pr marcino ibi (marcinos V) fugiamus MV: *cf. Cic. ad Att. I 14, 3*
9 quotiens paulum itinere decedere non intempestiuis amoenitatibus
admonebamur (submonebamur ς) FDpςa ut etiam (ut iam r) paulum ite-
nere cedendo intempestiuis amoenitatibus submouemur MVr ut etiam pau-
lum de itinere, cedendo non intempestivis amoenitatibus, submovemur
coniecit Cortius   10 acres enim non tristes esse uolebamus Fpr* acrius
enim non tristius uolebam D   12 nam MVDςa non F immo p ita r
incendam p   confiteor r: confitebor Te ipsum et contubernales ab aedi-
tione abhorreo F   13 modo tu FDpςa modo non MV uero tu r   14
nostro] non D   15 aliquid plane MVς   16 est *om.* r   audias MV
17 misimus D   19 bybliopolae M   blandiuntur sed sane blandiantur
(blandiuntur M) dum MVςa blandiuntur sed (sit r) sane dum Fpr blan-
diuntur dum D   20 nobis *om.* r   commendantur D

III.

C. PLINIUS CANINIO RUFO SUO S.

Quid agit Comum, tuae meaeque deliciae? quid suburbanum 1
amoenissimum? quid illa porticus verna semper? quid platanon opacissimus? quid euripus viridis et gemmeus? quid subiectus et serviens lacus? quid illa mollis et tamen solida gestatio? quid balineum illud, quod plurimus sol implet et circumit? quid triclinia illa popularia, illa paucorum? quid cubicula diurna nocturna? possident te et per vices partiuntur? an, ut solebas, intentione rei 2
familiaris obeundae crebris excursionibus avocaris? si te possident, felix beatusque es; si minus, unus ex multis. quin tu (tempus 3
est enim) humiles et sordidas curas aliis mandas et ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris? hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies: in his vigilia, in his etiam somnus reponatur. effinge aliquid et exclude, 4
quod sit perpetuo tuum. nam reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur, hoc numquam tuum desinet esse, si semel coeperit. scio quem animum, quod hor- 5
ter ingenium. tu modo enitere ut tibi ipse sis tanti, quanti videberis aliis, si tibi fueris. vale.

IIII.

C. PLINIUS POMPEIAE CELERINAE SOCRUI S.

Quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsu- 1
lano, in Perusino tuo! in Narniensi vero etiam balineum. ex

III 2 RUFO *om.* **MV** 3 agit *om.* **r** comum tuum meae·que **D** communi tuae meaeque **pr*** diliciae **M** 4 amoenissimum uel quid **p** platanon **MVFς** platanum **D** platanus **pr** πλατανών **a** 5 opacissima **r** eurippus **F** subiectus seruiens **F** 6 tamen] tanti **p**, *om.* **D** gestatio] uectatio **D** 7 sol plurimus **rς** quid triclinia — cubicula **MVDς** quid triclinia illa uel popularia uel illa paucorum quid cubicula **p** quid triclinia illa popinę quid eurippus quid cubicula **F** quid triclinia (triclina **r**) illa popularia illa paucorum quid popinae (poppin **r**) quid cubicula (cubilia illa **r**) **ra** 8 diurna nocturnaque **Dpra** possident ne te **a**: possident — partiuntur *om.* **D** 10 si te possident **MVr** si possident **Fpςa**: te possident — enim *om.* **D** 11 sin minus **a** tempus est enim **MVrςa** tempus enim **F** ipse **p** 12 curas et aliis **r** 14 hoc otium *om.* **D** uigiliae **Dpr*** 15 aliquid] alind **p** et *om.* **r** exclude **MVD** excude **pςa** excute **Fr** 16 poste alium **MV** 17 sorcientur **V** sortiuntur **D** numquam tuum desinet esse si semel coeperit **FDa** numquam desinet esse si semel coeperit tuum **MVς** numquam tuum desinet (tuum nunquam desinat **r**) esse si semel esse coeperit **pr** 18 hortor **r** orationis, *sed in marg. al. man.* horter **F** 19 enitere] conice **D** coniice **p** ut tibi ipsi *G. H. Schaeferus* 20 si ipse fueris **r**
IIII. 22 POMPEIAE CELERINAE **FDpra** CELERINAE **MV** 23 in otriculano **pr*** in arniensi **p** carsulano **M** carşulano **V** cursulano **D** carsolano **Fp** carseolano **rςa** 24 in Arniensi uero balineum etiam **p**

epistulis meis (nam iam tuis opus non est) una illa brevis et
2 vetus sufficit: non mehercule tam mea sunt quae mea sunt,
quam quae tua. hoc tamen differunt, quod sollicitius et inten-
3 tius tui me quam mei excipiunt. idem fortasse eveniet tibi, si-
quando in nostra deverteris. quod velim facias; primum ut
perinde nostris rebus ac nos tuis perfruaris, deinde ut mei ex-
pergiscantur aliquando, qui me secure ac prope neglegenter
4 expectant. nam mitium dominorum apud servos ipsa consuetu-
dine metus exolescit; novitatibus excitantur probarique dominis
per alios magis quam per ipsos laborant. vale.

V. (a. 97)

C. PLINIUS VOCONIO ROMANO SUO S.

1 Vidistine quemquam M. Regulo timidiorem humiliorem post
Domitiani mortem? sub quo non minora flagitia commiserat
quam sub Nerone, sed tectiora. coepit vereri ne sibi irascerer;
2 nec fallebatur, irascebar. Rustici Aruleni periculum foverat,
exultaverat morte, adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo
Rusticum insectatur atque etiam Stoicorum simiam appellat;
3 adicit Vitelliana cicatrice stigmosum. agnoscis eloquentiam Re-
guli. lacerat Herennium Senecionem, tam intemperanter qui-
dem, ut dixerit ei Mettius Carus 'quid tibi cum meis mortuis?
numquid ego Crasso aut Camerino molestus sum?' quos ille sub
4 Nerone accusaverat. haec me Regulus dolenter tulisse credebat,
ideoque etiam, cum recitaret librum, non adhibuerat. praeterea
reminiscebatur, quam capitaliter ipsum me apud centumviros
5 lacessisset. aderam Arrionillae, Timonis uxori, rogatu Aruleni
Rustici; Regulus contra. nitebamur nos in parte causae sen-

---

2 suffecit D 3 quamque tua M quaq. tua V 4 accipiunt r eueniet et (etiam pr) tibi Dpr* 5 diuerteris Fpr deueneris D facias quam primum Dp 6 nos *om.* D 8 mitium] .iti. *corr.* uitio D 9 metus *in lacuna unius fere versus om.* r 10 per se ipsos pra

V 12 VOCONIO ROMANO Fpra Romano MVD 13 quamquam marco regulo F dimidiorem M humilioremque rς 14 non] enim M fragitia M comiserat V 15 tectior coepit D tectior accepit V F16 Rus rustici V 19 cicatrice sticmosum M cicatrices ticmo (*corr.* tigmo) sum V cicatrices tigmos tum F 20 senetionem M 21 metius carus Dς metius canis p meius canusius r cum eis Fp 22 ego crasso MVDς ego aut crasso Fpra 23 dolenter Regulus p 24 ideoque FDpra eoque MV 25 me ipsum Fp apud (aput M) C. uiros MV 26 lacessisit MV arrionillae MVa arrionilo F arionillae Dς arionule r aurionilae p 27 sententiam & .me. timodesti V

tentia Metti Modesti, optimi viri: is tunc in exilio erat, a Do-
mitiano relegatus. ecce tibi Regulus 'quaero' inquit, 'Secunde,
quid de Modesto sentias'. vides quod periculum, si respondis-
sem 'bene', quod flagitium, si 'male'. non possum dicere aliud
tunc mihi quam deos adfuisse. 'respondebo' inquam, 'si de hoc
centumviri iudicaturi sunt'. rursus ille 'quaero quid de Modesto
sentias'. iterum ego 'solebant testes in reos, non in damnatos 6
interrogari'. tertio ille 'non iam quid de Modesto, sed quid de
pietate Modesti sentias quaero.' 'quaeris' inquam 'quid sentiam: 7
at ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum
est'. conticuit: me laus et gratulatio secuta est, quod nec famam
meam aliquo responso, utili fortasse, inhonesto tamen, laeseram
nec me laqueis tam insidiosae interrogationis involveram. nunc 8
ergo conscientia exterritus adprehendit Caecilium Celerem, mox
Fabium Iustum, rogat ut me sibi reconcilient. nec contentus,
pervenit ad Spurinnam: huic suppliciter, ut est cum timet abiec-
tissimus, 'rogo mane videas Plinium domi, sed plane mane
(neque enim diutius ferre sollicitudinem possum), et quoquo modo
efficias ne mihi irascatur'. evigilaveram: nuntius a Spurinna: 9
'venio ad te'. 'immo ego ad te'. coimus in porticum Liviae,
cum alter ad alterum tenderemus. exponit Reguli mandata, addit
preces suas, ut decebat optimum virum pro dissimillimo, parce.
cui ego 'dispicies ipse, quid renuntiandum Regulo putes: te 10

---

1 metti **Fa** meti **M** mecti **D** uecti p Metii rς   Modesti] domestici **D**   tunc] tum r   erat a domitiano relegatus (relegatus **V**) **MV**ςa erat " relegatus " a domiciano **F** erat relegatus a domitiano pr a domitiano erat relegatus **D**   2 inquid **MF**   secundo p   5 tunc] tum **F**pr*   respondebo (respondeo r) inquam si **MVD**r respondebo (respondebam p) inquam quid sentiam si **F**pςa   6 centumviri] C. V. **MV**   rursus ille *om.* **V**   7 sentiam **D**   iterum — de Modesto *in marg. adscripta habet* **M**   soleant **D**   9 sententias *corr.* sentias **M**   quaero *om.* **FD**pra, *add.* **MV**ς   sententiam *corr.* sentiam **M**   10 ego interrogare quidem fas non puto r   quidem est fas **D**   11 gratulatio] exultatio **D**   12 utilli **V**   inhoneste **V**   14 consentia **D**   caelium celerem **MV**   15 fabium iustum rogat **MVF**ςa rogat iustum fabium p fabium rusticum rogat r fabium rusticum iustum rogat **D**   16 uenit pr*   simpliciter **V** subtiliter **D**   timet] sim et **D**   17 rogo inquit (inquid **F**) mane **F**pr   plenium **V**   18 nec enim **F**p   diutius ferre sollicitudinem pa diutius perferre sollicitudinem **F** diutius sollicitudinem ferre **MV**ς ferre diutius sollicitudinem **D**r   19 a] ait **F**pr   20 uenio ad te Spurina p   in porticum **FD**p *Catanaeus* a in porticu **MV**rς: *cf. V 1, 9*   21 mandate caddit **V**   22 parce **MVD**ςa parce inquiens **F**pr   23 cui] cur p   despicies **MV**   quid renuntiandum regulo putes (putas **F**) **MVF**ςa quid regulo renuntiandum (nuntiandum **D**) putes **D**r quid Regulo putes renunciandum p

decipi a me non oportet. expecto Mauricum' (nondum ab exilio
venerat): 'ideo nihil alterutram in partem respondere tibi pos-
sum, facturus quidquid ille decreverit: illum enim esse huius
11 consilii ducem, me comitem decet'. paucos post dies ipse me
Regulus convenit in praetoris officio: illuc persecutus secretum
petit: ait timere se ne animo meo penitus haereret quod in
centumvirali iudicio aliquando dixisset, cum responderet mihi et
Satrio Rufo, 'Satrius Rufus, cui non est cum Cicerone aemulatio,
12 et qui contentus est eloquentia saeculi nostri'. respondi nunc
me intellegere maligne dictum, quia ipse confiteretur; ceterum
potuisse honorificum existimari. 'est enim' inquam 'mihi cum
Cicerone aemulatio, nec sum contentus eloquentia saeculi nostri:
13 nam stultissimum credo ad imitandum non optima quaeque pro-
ponere. sed tu, qui huius iudicii meministi, cur illius oblitus es,
in quo me interrogasti, quid de Metti Modesti pietate sentirem?'
expalluit notabiliter, quamvis palleat semper, et haesitabundus
'interrogavi, non ut tibi nocerem, sed ut Modesto.' vide homi-
nis crudelitatem, qui se non dissimulet exuli nocere voluisse.
14 subiunxit egregiam causam: 'scripsit' inquit 'in epistula quadam,
quae apud Domitianum recitata est, 'Regulus omnium bipedum
15 nequissimus''; quod quidem Modestus verissime scripserat. hic
fere nobis sermonis terminus. neque enim volui progredi longius,
ut mihi omnia libera servarem, dum Mauricus venit. nec me
praeterit esse Regulum δυσκαθαίρετον: est enim locuples factiosus,
curatur a multis, timetur a pluribus, quod plerumque fortius
16 amore est. potest tamen fieri ut haec concussa labantur. nam

---

1 maricum F: '*membranae Riccardianae hic* Mauricium, *at infra* Maricus'
enim
nondum ab MVD *Riccard.* a Nondum ab F nondum enim ab pr 2 in alterutram partem r 3 quicquid VF 5 praetoris] pretonis M pictoris r illuc persecutus MVFςa illuc me persecutus D illuc me persecutum p, *om.* r 6 inhaereret r 7 iudicio] officio r 8 satiro rufo satirus rufus D cui est cum Cicerone aemulatio et qui contentus non est *Beroaldus. inde* et cui est cum Cicerone aemulatio et qui contentus non est *coniecit Casaubonus* 11 potuisse] puto esse D puto p existimari
enim
MVDpra existimare F *Riccard.* est enim mihi inquam cum M est mihi in-
i
quam cum V 12 nostro M, *om.* D 15 mitti *corr.* metti V mettii a mectii p metii rς Modesti] domestici D 16 et *om.* Fa haesitabundus inquit (inquid F) interrogaui Fpr 17 tibi noceret r sed modesto F 18 credulitatem D dissimulet nocere homini exuli uoluisse pr* 19 scribsit MV inquit epistolam quādam Dpr 21 quidem *om.* r uerissime scripserat (scribserat MV) MVFςa scripserat uerissime Dpr 23 maricus F 24 δυσκαθαίρετον a ΔΥCΚΑΘΕΡΕΤΟΝ MV αὐκαθαίρετον D καθαιρετον ακαταcθατον *Pomponius Laetus* ακαθαιρετον *Beroaldus* ακαταπαλαιcτον *Catanaeus*, *om.* F *et in lacuna* pr factio si curatur r 25 amore fortius Fpr* 26 concissa F

gratia malorum tam infida est quam ipsi. verum ut idem saepius dicam, expecto Mauricum. vir est gravis, prudens, multis experimentis eruditus, et qui futura possit ex praeteritis providere. mihi et temptandi aliquid et quiescendi illo auctore ratio constabit. haec tibi scripsi, quia aequum erat te pro amore mutuo 17
non solum omnia mea facta dictaque verum etiam consilia cognoscere. vale.

VI.

C. PLINIUS CORNELIO TACITO SUO S.

Ridebis, et licet rideas. ego ille quem nosti apros tres et 1
quidem pulcherrimos cepi. ipse? inquis. ipse; non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete discederem. ad retia sedebam: erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stilus et pugillares: meditabar aliquid enotabamque, ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. non est quod contemnas hoc stu- 2
dendi genus: mirum est ut animus agitatione motuque corporis excitetur. iam undique silvae et solitudo ipsumque illud silentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. proinde cum venabere, licebit auctore me ut panarium et lagun- 3
culam sic etiam pugillares feras: experieris non Dianam magis montibus quam Minervam inerrare. vale.

VII.

C. PLINIUS OCTAVIO RUFO SUO S.

Vide in quo me fastigio collocaris, cum mihi idem pote- 1
statis idemque regni dederis, quod Homerus Iovi optimo maximo,

τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευcεν.

---

2 dicam saepius **MV**ς expecto — prudens *om.* **D** maricum **F** prudens grauis **r** 3 prenidere **r**ς 4 ratio] non **r** 5 scribsi **M** quem equum **r** qui mecum **MV** 6 dicta factaque **D** 7 vale *om.* **F**

VI *adscripta est discrepantia codicis Monacensis Emmer. 641* 9 CORNELIO TACITO **FD** *Monac.* **pra** TACITO **MV** 10 ego plinius ille **Fpr*a** 11 excepi **r** tamen] tum **p** 13 erat in proxunia *Riccard.* erant in proximo **Dpa** non uenabulum non lancea **p*** uenabulum non lancea **r*** stilus ac pugillares *Monac.* 14 aliqua adnotabamque **r** aliqua enotabamque ς aliquid enotabam **D** 16 agitatione **MVD** *Monac.* ς a cogitatione **F** *Riccard.* **pa** cogitatione **r** hac agitatione *Sichardus* 17 ipsum illud **MV** *Monac.* 19 deinde **r** 20 pugilares **M** et experieris *Monac.* magis Dianam **pr*** 21 inerrore **V**

VII 23 OCTAVIO RUFO **FDpra** OCTAVIO **MV** 24 collocaneris **F** mihi quidem **F** *Riccard.* idem mihi **r**ς 25 Iovi — ἀνένευcεν *in lacuna om.* **D** 26 τῷ — ἀνένευcεν *in lacuna om.* **pr**, *add.* **MV**ς**a** *et in litura al. man.* **F**: *Hom. Il.* Π 250 ЄΔѠKENOΠΑΤΗΡ · ЄΤЄΡΟΝΔЄ ΑΝЄΝЄΥCЄΝ **V** ΑΝЄΝЄΥΥCЄΝΙΝΑΜ ego **M**

2 nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo pos-
sum. etenim sicut fas est mihi, praesertim te exigente, excusare
Baeticis contra unum hominem advocationem, ita nec fidei
nostrae nec constantiae, quam diligis, convenit adesse contra
provinciam, quam tot officiis, tot laboribus, tot etiam periculis
3 meis aliquando devinxerim. tenebo ergo hoc temperamentum,
ut ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, in quo
non solum studio tuo verum etiam iudicio satisfaciam. neque
enim tanto opere mihi considerandum est, quid vir optimus in
4 praesentia velis, quam quid semper sis probaturus. me circa
idus Octobris spero Romae futurum eademque haec praesentem
quoque tua meaque fide Gallo confirmaturum; cui tamen iam nunc
licet spondeas de animo meo ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε.
5 cur enim non usquequaque Homericis versibus agam tecum?
quatenus tu me tuis agere non pateris, quorum tanta cupiditate
ardeo, ut videar mihi hac sola mercede posse corrumpi ut vel
6 contra Baeticos adsim. paene praeterii quod minime praeter-
eundum fuit, accepisse me caryotas optimas, quae nunc cum
ficis et boletis certandum habent. vale.

VIII.

C. PLINIUS POMPEIO SATURNINO SUO S.

1 Peropportune mihi redditae sunt litterae tuae, quibus flagi-
tabas ut tibi aliquid ex scriptis meis mitterem, cum ego id
ipsum destinassem. addidisti ergo calcaria sponte currenti, pa-

---

1 ac re respondere **D** tuo uoto r 2 sicut tibi fas r 4 nostrae *om.* **D** 5 periculis etiam pr* 7 alterum **F** *Riccardianus 'a prima manu'* pr* 9 tantopere **MVFpra** quid vir] quidum **D** in praesentiam **D**

10 sis *om.* **M** 11 octobres **MD** praesentem (praesente **Fp**) quoque tua meaque fide (Q. *add.* r) gallo **FDpra** presentem causa tua atque (tua .A. q. **V**) gallo **MV** praesentem causa tua Aquilio Gallo *Pomponius Laetus* praesente Aquilio Gallo *Catanaeus* praesentem tuo Aquilio *vel* praesentem tuo Gallo *coniecit Cortius* praesentem tuo meoque Gallo *Gesnerus* praesentem quoque tuo Gallo *G. H. Schaeferus* 12 cui] cū **D** nunc iam **Fpa**

13 ἦ — νεῦσε **MVa** ἦ καὶ κυανέῃσιν (ἦ ἐκκυανέῃσιν **D**) ἐπ' ὀφρῦσι νεῦσε Κρονίων (χρονίων **D**) **D**ς *et in litura al. man.* **F**, *in lacuna om.* pr: *Hom. Il.* Α *528* 14 cur enim *om.* p 15 quatinus **F** tu me tuis] tu uis **F** *Riccard.* 16 adeo **V** uideam r sola hac **D** corrumpi posse p 18 accipisse **MV** cariotas **MV**ς careotas **F** *Riccard.* ra careopas **D** careoptas p cum *om.* **MV** 19 boletis certandum habent **MVra** boletis certam̄ n̄dū habent **F** boletis certamen habent pς boletis certam̄ nūdū (*om.* habent) *in litura al. man.* **D**

VIII *epistulae 8, 12, 23, 24 in* **D** *suo loco omissae et in fine codicis post IX, 40 collocatae sunt. quarum scriptura, quoniam ex* **F** *ducta est, discrepantia non est adscripta* 21 POMPEIO SATURNINO **Fpra** SATURNINO **MV**

22 peroportune **VF** tue littere r 23 scribtis **MV** 24 distinassem **MV**

riterque et tibi veniam recusandi laboris et mihi exigendi ve-
recundiam sustulisti. nam nec me timide uti decet eo quod 2
oblatum est nec te gravari quod depoposcisti. non est tamen
quod ab homine desidioso aliquid novi operis expectes. petitu-
rus sum enim ut rursus vaces sermoni, quem apud municipes
meos habui bibliothecam dedicaturus. memini quidem te iam 3
quaedam adnotasse, sed generaliter: ideo nunc rogo ut non tan-
tum universitati eius adtendas, verum etiam particulas qua soles
lima persequaris. erit enim et post emendationem liberum nobis
vel publicare vel continere. quin immo fortasse hanc ipsam 4
cunctationem nostram in alterutram sententiam emendationis
ratio deducet, quae aut indignum editione, dum saepius retractat,
inveniet, aut dignum, dum id ipsum experitur, efficiet. quam- 5
quam huius cunctationis meae causae non tam in scriptis quam
in ipso materiae genere consistunt. est enim paulo quasi glorio-
sius et elatius: onerabit hoc modestiam nostram, etiamsi stilus
ipse pressus demissusque fuerit, propterea quod cogimur cum de
munificentia parentum nostrorum tum de nostra disputare. an- 6
ceps hic et lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenoci-
natur. etenim si alienae quoque laudes parum aequis auribus
accipi solent, quam difficile est obtinere ne molesta videatur
oratio de se aut de suis disserentis? nam cum ipsi honestati
tum aliquanto magis gloriae eius praedicationique invidemus
atque ea demum recte facta minus detorquemus et carpimus,
quae in obscuritate et silentio reponuntur. qua ex causa saepe 7
ipse mecum, nobisne tantum, quidquid est istud, conposuisse an
et aliis debeamus? ut nobis, admonet illud, quod pleraque quae
sunt agendae rei necessaria eadem peracta nec utilitatem parem
nec gratiam retinent. ac ne longius exempla repetamus, quid 8
utilius fuit quam munificentiae rationem etiam stilo prosequi?
per hoc enim adsequebamur, primum ut honestis cogitationibus
immoraremur, deinde ut pulchritudinem illarum longiore tractatu

3 deposcisti r 5 aput V 6 bybliothecam MV iam te pr* 7 adnotasse MV notasse Fpra: *cf. III 13, 5* 8 quas soles Vp 9 linea r 12 reducet p 13 dum et ipsum r experietur M 15 quasi *om.* p 16 et elatius MFr *Catanaeus* a et latius Vς et clarius p hoc] haec pr* 17 fuerat pressus demissusque a dimissusque *Riccard.* dimisusque V 19 et *om.* r illi *om.* r lenocinatur MVF *Riccard.* a lenocinetur pr 20 alienas r 21 optinere MVF ne moleste r N̄ molesta M 22 cum] est r 23 aliquando p 24 demum ea r 26 quicquid (quidquid *corr.* quicquid M) est istud MVFς quicquid est illud pr quicquid illud est a 27 ammonet F illud (istud a) quoque quod pςa 29 ac ne M *Beroaldus* a at ne r aut ne Fp: aut ne longius *al. man. detrita vetere scriptura* V 32 dehinc r tractu p

perspideremus, postremo ut subitae largitionis comitem paenitentiam caveremus. nascebatur ex his exercitatio quaedam contem-
9 nendae pecuniae. nam cum omnes homines ad custodiam eius natura restrinxerit, nos contra multum ac diu pensitatus amor liberalitatis communibus avaritiae vinculis eximebat, tantoque laudabilior munificentia nostra fore videbatur, quod ad illam non
10 impetu quodam, sed consilio trahebamur. accedebat his causis, quod non ludos aut gladiatores, sed annuos sumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur. oculorum porro et aurium voluptates adeo non egent commendatione, ut non tam incitari debeant
11 oratione quam reprimi: ut vero aliquis libenter educationis taedium laboremque suscipiat, non praemiis modo verum etiam ex-
12 quisitis adhortationibus inpetrandum est. nam si medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus adloquiis prosecuntur, quanto magis decuit publice consulentem utilissimum munus, sed non perinde populare, comitate orationis inducere? praesertim cum enitendum haberemus ut quod parentibus dabatur et orbis probaretur, honoremque paucorum ceteri patienter et expectarent
13 et mererentur. sed ut tunc communibus magis commodis quam privatae iactantiae studebamus, cum intentionem effectumque muneris nostri vellemus intellegi, ita nunc in ratione edendi veremur ne forte non aliorum utilitatibus, sed propriae laudi
14 servisse videamur. praeterea meminimus, quanto maiore animo honestatis fructus in conscientia quam in fama reponatur. sequi enim gloria, non adpeti debet, nec si casu aliquo non sequatur,
15 idcirco quod gloriam meruit minus pulchrum est. ii vero qui benefacta sua verbis adornant non ideo praedicare, quia fecerint, sed ut praedicarent fecisse creduntur. sic, quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat recensente vanescit. ho-

1 uideremus r 2 ex iis F 4 pensitatur F pensitatum p 5 tantique laudabilior p tantoque laudatior r ς 9 ingeniorum r 10 adeo *om.* r 13 imperandum r 14 uoluptate carentes MVrςa uoluptati parentes F *Riccard.* p blanditoribus F blanditioribus p 16 non perinde MVς perinde non F *Riccard.* pra 17 ut quomodo parentibus dabātur et urbis procrearetur honorem r dabatur MVς datur Fpa 18 properetur honorumque Fp patienter et expectarent MVς patienter expectarent F *Riccard.* pra 19 mererentur MFa mirerentur V mirarentur *corrector codicis Vaticani et Beroaldus* incitarentur pr imitarentur *Pomponius Laetus* communibus] omnibus r 20 priuati F affectumque *Iacobus Bononiensis Grut. lamp. I p. 692* 21 uolebamus pr* 24 fructus honestatis pr* 25 nec si casu aliquo (aliqua a) Vςa nec si causa aliquo M ne si casu aliquo Fpr sequetur r 26 gloriam meruit M *Catanaeus* gloriameruit Vς gloriam non meruit Fpra pulchrum sit si uero r hii uero F 27 praedicare] praedicarem V praedicarent M 28 credantur r sic] si a 29 *gesserit* pr recessente MV consulente *Mommsenus*

mines enim, cum rem destruere non possunt, iactationem eius
incessunt. ita, si silenda feceris, factum ipsum, si laudanda
non sileas, ipse culparis. me vero peculiaris quaedam inpedit 16
ratio. etenim hunc ipsum sermonem non apud populum, sed
apud decuriones habui, nec in propatulo, sed in curia. vereor 17
ergo ut sit satis congruens, cum in dicendo adsentationem vulgi
adclamationemque defugerim, nunc eadem illa editione sectari,
cumque plebem ipsam, cui consulebatur, limine curiae parietibusque discreverim, ne quam in speciem ambitionis inciderem, nunc
eos etiam ad quos ex munere nostro nihil pertinet praeter
exemplum velut obvia adsentatione conquirere. habes cunctatio- 18
nis meae causas; obsequar tamen consilio tuo, cuius mihi auctoritas pro ratione sufficiet. vale.

VIIII.

C. PLINIUS MINUCIO FUNDANO SUO S.

Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet 1
aut constare videatur, pluribus iunctisque non constet. nam 2
siquem interroges 'hodie quid egisti?', respondeat 'officio togae
virilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi, ille me ad
signandum testamentum, ille in advocationem, ille in consilium
rogavit'. haec quo die feceris necessaria, eadem, si cotidie fecisse 3
te reputes, inania videntur, multo magis, cum secesseris. tunc
enim subit recordatio 'quot dies quam frigidis rebus absumpsi!'
quod evenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid 4
aut scribo aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus sustinetur. nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse paeni- 5
teat: nemo apud me quemquam sinistris sermonibus carpit, ne-

---

2 si laudanda non sileas ipse culparis **MV**ς si laudanda quod non sileas ipse culparis (culpatur **F**p) **F**pra 4 aput populum **V** ad populum p 5 decoriones **V** 6 ut sit **MVF** *Riccard.* ςa ne sit pr *Catanaeus* uolgi **F** 10 ex munere Nihil *addito in marg.* nostro **V** 11 uelud **F** assentatione rς adsen(ta)tione **V** adsentione **M** ostentatione **F** *Riccard.* pa 12 tamen in consilio **V** autoritas **V** 13 pro satione **F** sufficiet **MV**ς sufficit **F** *Riccard.* pra

VIIII 15 MINUTIO FUNDANO **F** *Riccard.* pra FUNDANO **MVD** 16 constet] constat **V** 17 iunctisque **F** *Riccard.* a cunctisque **D**pr cunctaque **MV** 20 ille ad iuuocationem **D** 21 rogavit] uocauit pr* haec quo die **MVF**ςa ita haec quo die p ita et quo die **D** hoc quoque die r 21 te fecisse r: te *om. et in marg. post* cotidie *add.* **D** 23 qui dies **V** quo(t) dies **M** adsumpsi **MV** assumpsi r 25 uacuo p 27 nemo apud me quemquam (quamquam r) **MVD**pr nemo me apud quemquam **F** *Riccard.* a

minem ipse reprehendo, nisi tamen me, cum parum commode
scribo; nulla spe, nullo timore sollicitor, nullis rumoribus in-
6 quietor: mecum tantum et cum libellis loquor. o rectam since-
ramque vitam, o dulce otium honestumque ac paene omni ne-
gotio pulchrius! o mare, o litus, verum secretumque μουσεῖον,
7 quam multa invenitis, quam multa dictatis! proinde tu quoque
strepitum istum inanemque discursum et multum ineptos labores,
ut primum fuerit occasio, relinque teque studiis vel otio trade.
8 satius est enim, ut Atilius noster eruditissime simul et facetis-
sime dixit, otiosum esse quam nihil agere. vale.

X.

C. PLINIUS ATTIO CLEMENTI SUO S.

1 Siquando urbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maxime
2 floret. multa claraque exempla sunt; sufficeret unum, Euphra-
tes philosophus. hunc ego in Syria, cum adulescentulus milita-
rem, penitus et domi inspexi amarique ab eo laboravi, etsi non
erat laborandum. est enim obvius et expositus plenusque hu-
3 manitate, quam praecipit. atque utinam sic ipse quam spem
tunc ille de me concepit impleverim, ut ille multum virtutibus
suis addidit! aut ego nunc illas magis miror, quia magis intel-
4 lego. quamquam ne nunc quidem satis intellego. ut enim de
pictore scalptore fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens
5 non potest perspicere sapientem. quantum tamen mihi cernere
datur, multa in Euphrate sic eminent et elucent, ut mediocriter

---

1 nisi tamen mecum **MVDp** nisi tamen cum **F** *Riccard.* nisi unum me cum **r**ϛ**a** 2 nullius rumoribus **V** nullis timoribus **r** nullius rumoribus ϛ 3 cum libellis meis loquor **V** o rectam **Fr**ϛ**a** rectam **MV** o regiam **D** o regina **p** 4 o dulce **FDpra** dulce **MV** atque pene **pr** 5 verum *om.* **D** μουσεῖον *Beroaldus* **a** *et in litura al. man.* **F** musion **D** MOYCEΩTHPON **M** MOYCEΩTHN **V**, *in lacuna om.* **pr** 6 inuenit **r** 7 multos ineptos **Dr** 8 trade] tarde **p** 9 atilius **D**ϛ atillius **MV** attilius **Fpra** facitissime dixit melius est otiosum esse **M**

X 12 ATTIO **Fa** Atrio **pr** Arrio ϛ, *om.* **MVD**: *cf. IV* 2 13 nostra nō liberalibus **D** 14 sufficeret unum **MVFD** *Riccard.* **p** suffecerit unum **ra** suffecerit nobis unum ϛ 18 praecepit **D** ipse quam spem tunc ille de me **D** *Riccard.* **a** ipse quam spem tunc et de me **MV** ipse spem quam tunc ille de me **Fpr** spem ipse quam tunc ille de me ϛ 20 aut ego **MVD** *Riccard.* ϛ**a** at ego **Fpr** nunc illas magis miror **MV**ϛ nunc illas miror **Fa** illas nunc miror **pr**: magis miror quia magis *om.* **D** 21 ne hunc *corr.* ne nunc **V** 22 scalptore **MVF** *Riccard.* ϛ**a** sculptore **Dpr** ita nisi sapiens **VF**ϛ**a** nisi ita sapiens **M** ita nisi sit sapiens **Dpr** 23 quantum tamen datur mihi in Euphrate cernere multa sic ϛ tamen mihi cernere datur **MV** tamen mihi datur cernere **Dpr** mihi tamen cernere datur **Fa** 24 multa *om.* **r** et] ut **r** educent **p**

quoque doctos advertant et adficiant. disputat subtiliter graviter
ornate, frequenter etiam Platonicam illam sublimitatem et lati-
tudinem effingit. sermo est copiosus et varius, dulcis in primis,
et qui repugnantes quoque ducat inpellat. ad hoc proceritas 6
corporis, decora facies, demissus capillus, ingens et cana barba;
quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum vene-
rationis adquirunt. nullus horror in cultu, nulla tristitia, mul- 7
tum severitatis: reverearis occursum, non reformides. vitae san-
ctitas summa, comitas par: insectatur vitia, non homines, nec
castigat errantes, sed emendat. sequaris monentem attentus et
pendens et persuaderi tibi, etiam cum persuaserit, cupias. iam 8
vero liberi tres, duo mares, quos diligentissime instituit. socer
Pompeius Iulianus, cum cetera vita tum vel hoc uno magnus
et clarus, quod ipse provinciae princeps inter altissimas con-
diciones generum non honoribus principem, sed sapientia elegit.
quamquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet? an 9
ut magis angar, quod non licet? nam distringor officio ut maximo
sic molestissimo: sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio
tabulas, scribo plurimas, sed inlitteratissimas litteras. soleo non 10
numquam (nam id ipsum quando contingit!) de his occupatio-
nibus apud Euphraten queri. ille me consolatur, adfirmat etiam
esse hanc philosophiae et quidem pulcherrimam partem, agere
negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere et exercere
iustitiam, quaeque ipsi doceant in usu habere. mihi tamen hoc 11
unum non persuadet, satius esse ista facere quam cum illo dies
totos audiendo discendoque consumere. quo magis te, cui vacat,
hortor, cum in urbem proxime veneris (venias autem ob hoc
maturius), illi te expoliendum limandumque permittas. neque 12

---

1 euertant **F** *Riccard.* 2 ornate et (ac **r**ς) frequenter etiam **Dpr** subtilitatem **r** 4 repugnantis **F** *Riccard.* ducat inpellat **MVa** dicat impellat **F** *Riccard.* ducat et impellat **Dpr** ad haec **pr** ad **D** 6 inana **p** putentur] uidentur **r** 7 honor **D** in uultu **r**ς multum seueritas **M** 8 reuearis **F** occursum] ac cursum **p** scantitas **M** 9 comitas par **MV**ς**a** comitas parum **D** par comitas **Fpr** uitta **MV** 10 attentius **D** 11 pedens (N) **V** prudens **F** persuaderi **MVD**ς persuadere **F** *Riccard.* **pra** persuaderit *corr.* persuaserit **F** 12 duo] duos **r** 13 Pompei Iulianus **p** Iulianus Pompeius **r** vel *om.* **p** 14 princeps hunc inter **MV**ς conditiones **MV** 16 quanquam **V** an — licet *om.* **D** 20 quandoque *corr.* quando *Riccard.* quandoque *Catanaeus* contigit **Dr** 21 euphraten **MVFD** *Riccard.* Euphratem **pra** queror **F** *Riccard.* **p** me *om.* **D** 22 hanc esse philosophiae et quidem **r** esse et hanc philosophiae quidem **D** quidem] quid **p** 23 promere] pro ratione **r** 24 hoc unum non persuadet hoc **r** 27 ab (o) hoc **V** 28 expoliendum **FDpra** extollendum **MV** *Pomponius Laetus* excolendum *Beroaldus* colendum *Catanaeus*

enim ego, ut multi, invideo aliis bono quo ipse careo, sed contra sensum quendam voluptatemque percipio, si ea quae mihi denegantur amicis video superesse. vale.

XI.

C. PLINIUS FABIO IUSTO SUO S.

1 Olim mihi nullas epistulas mittis. nihil est, inquis, quod
scribam. at hoc ipsum scribe, nihil esse quod scribas, vel solum
illud unde incipere priores solebant, 'si vales, bene est; ego
valeo:' hoc mihi sufficit; est enim maximum. ludere me putas?
2 serio peto. fac sciam quid agas, quod sine sollicitudine summa
nescire non possum. vale.

XII.

C. PLINIUS CALESTRIO TIRONI SUO S.

1 Iacturam gravissimam feci, si iactura dicenda est tanti viri
amissio: decessit Corellius Rufus, et quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat. est enim luctuosissimum genus mortis
2 quae non ex natura nec fatalis videtur. nam utcumque in illis
qui morbo finiuntur magnum ex ipsa necessitate solacium est,
in iis vero quos arcessita mors aufert hic insanabilis dolor est,
3 quod creduntur potuisse diu vivere. Corellium quidem summa
ratio, quae sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium
compulit, quamquam plurimas vivendi causas habentem, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem,
praeterea filiam uxorem nepotem sorores, interque tot pignora
4 veros amicos. sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, ut haec tanta pretia vivendi mortis rationibus vincerentur.
tertio et tricensimo anno, ut ipsum audiebam, pedum dolore

---

1 ego *om.* p bono MV bonum FDpra co .... *corr. al. man.* contra F 2 uoluptatumque M denegentur r

XI 5 FABIO IUSTO F *Riccard.* pra IUSTO MVD 6 mihi nullas MVFD *Riccard.* rς nullas mihi pa 7 scribam] scribas p at hoc Mpra ad (t) hoc V aut hoc D at F 8 priores incipere Fpr 9 enim] mihi r

XII *ex D non adscripta est discrepantia scripturae: cf. supra ep. 8* 13 CALESTRIO TIRONI Fpra TIRONI M TYRONI V 14 feci MVςa fero Fpr feroci *Riccard.* tanta (i) V 15 et equidem p 17 nefalis (ta) V nec facilis M 18 magna r ex ipsa] in ipsa p solatium MVF 19 in his F *Riccard.* p arcessita M accersita VFpra 20 potuisse diu MVςa posse diu Fp diu posse r 22 quanquam V 23 optimam conscientiam optimam famam Fra optimam famam optimam conscientiam *Catanaeus* optimam famam MVς optimam conscientiam p 24 postea r sororesque inter r sorores praeterque *Mommsenus* pignera *Riccard.* 25 ualitudine VF conflictabantur r 26 uiuendi precia r 27 ut ipsum praedicantem audiebam *Sichardus*

correptus est. patrius hic illi: nam plerumque morbi quoque per
successiones quasdam, ut alia, traduntur. hunc abstinentia 5
sanctitate, quoad viridis aetas, vicit et fregit; novissime cum
senectute ingravescentem viribus animi sustinebat, cum quidem 6
incredibilis cruciatus et indignissima tormenta pateretur. iam
enim dolor non pedibus solis, ut prius, insidebat, sed omnia
membra pervagabatur. veni ad eum Domitiani temporibus in
suburbano iacentem. servi e cubiculo recesserunt: habebat hoc 7
moris, quotiens intrasset fidelior amicus; quin etiam uxor, quam-
quam omnis secreti capacissima, digrediebatur. circumtulit ocu- 8
los et 'cur' inquit 'me putas hos tantos dolores tam diu susti-
nere? ut scilicet isti latroni vel uno die supersim'. dedisses
huic animo par corpus, fecisset quod optabat. adfuit tamen
deus voto, cuius ille compos, ut iam securus liberque moriturus,
multa illa vitae, sed minora retinacula abrupit. increverat vale- 9
tudo, quam temperantia mitigare temptavit, perseverantem con-
stantia fugit. iam dies alter tertius quartus: abstinebat cibo.
misit ad me uxor eius Hispulla communem amicum C. Geminium
cum tristissimo nuntio, destinasse Corellium mori nec aut suis
aut filiae precibus flecti, solum superesse me, a quo revocari
posset ad vitam. cucurri: perveneram in proximum, cum mihi 10
ab eadem Hispulla Iulius Atticus nuntiat nihil iam ne me qui-
dem inpetraturum, tam obstinate magis ac magis induruisse.
dixerat sane medico admoventi cibum κέκρικα, quae vox quan-
tum admirationis in animo meo tantum desiderii reliquit. cogito
quo amico, quo viro caream. implevit quidem annum septimum 11
et sexagensimum, quae aetas etiam robustissimis satis longa
est: scio. evasit perpetuam valetudinem: scio. decessit super-
stitibus suis, florente re publica, quae illi omnibus suis carior

1 per .. ssiones *corr. al. man.* per successiones **V** 3 quoad **Vςa** quod ad *corr.* quoad **M** quod **Fp** qui quod **r** cum senectute **MVFςa** eum senectute *Riccard.* **p** cum in senectute **r** 5 incredibiles **F** 6 dolor non pedibus solum **ς** dolores non solum pedibus solis **r** 7 peruagabantur **r** 8 habebat hoc **MV** *Riccard.* habebat enim hoc **Fp** *Catanaeus* habebant enim hoc **rς** habebatis hoc **a** 9 quin *om.* **MV** quanquam **V** 10 omni **p** digradiebatur **M** 11 tandiu **F** 12 uno uel **r** 14 ut *om.* **r** 15 abripit **V** ualitudo **VF** 16 mitigare consueuit tentauit **p** perseueranteam **M** 17 fregit *Mommsenus* diem alterum tercium quartum **r** 18 C. geminium **Fpra** C. germanum **V** G. germanium **M**: *fortasse* C. Geminum 19 suos *corr.* suis **M** 20 flecti **Fpra** inflecti **MVς** 21 possit **r** 22 Actius **r** 23 imperaturum **Fpr*** magis atque magis **r** magis **p** 24 ΚΕΚΡΙΚΛ **MV** *Riccard.* **ςa** κέκμηκα *Berouldus et in litura al. man.* **F**, *in lacuna om.* **pr** 25 desideri **V** 26 quo uiro quo amico **r** 28 ualitudinem **VF** 29 omnibus carior **MVς**

12 erat: et hoc scio. ego tamen tamquam et iuvenis et firmissimi mortem doleo, doleo autem (licet me inbecillum putes) meo nomine. amisi enim, amisi vitae meae testem rectorem magistrum: in summa dicam quod recenti dolore contubernali meo
13 Calvisio dixi, 'vereor ne neglegentius vivam'. proinde adhibe solacia mihi, non haec 'senex erat, infirmus erat' (haec enim novi), sed nova aliqua, sed magna, quae audierim numquam, legerim numquam. nam quae audivi, quae legi, sponte succurrunt, sed tanto dolore superantur. vale.

XIII.

C. PLINIUS SOSIO SENECIONI SUO S.

1 Magnum proventum poetarum annus hic attulit: toto mense Aprili nullus fere dies, quo non recitaret aliquis. iuvat me quod vigent studia, proferunt se ingenia hominum et ostentant, tamet-
2 si ad audiendum pigre coitur. plerique in stationibus sedent tempusque audiendi fabulis conterunt ac subinde sibi nuntiari iubent, an iam recitator intraverit, an dixerit praefationem, an ex magna parte evolverit librum: tunc demum ac tunc quoque lente cunctanterque veniunt; nec tamen permanent, sed ante finem recedunt, alii dissimulanter et furtim, alii simpliciter et
3 libere. at hercule memoria parentum Claudium Caesarem ferunt, cum in palatio spatiaretur audissetque clamorem, causam requisisse, cumque dictum esset recitare Nonianum, subitum recitanti
4 inopinatumque venisse. nunc otiosissimus quisque multo ante rogatus et identidem admonitus aut non venit aut, si venit, queritur se
5 diem, quia non perdiderit, perdidisse. sed tanto magis laudandi probandique sunt quos a scribendi recitandique studio haec

---

1 scio tamen tanquam et iuuenis et firmissimi mortem **MV** scio ego tamen tanquam et (et *om.* **Fpr**) iuuenis et fortissimi (sanctissimi **r**) morte **Fpra** scio ego tamen tanquam iuuenis et firmissimi mortem ς   2 doleo *semel scriptum habet* **M**   3 amisi posteriore loco *om.* **MVr**ς   meae uitae **p**   4 quod] quidem **p**   5 uereorne ne neglegentius **MV**   6 solatia **MF**   8 audivi] audii *Riccard.*   legi] ligi *corr.* legi **V** elegi **M**

XIII 11 SOSIO SENECIONI **Fpra** SOSIO **MV** SOSSIO **D**   SUO *om.* **MV**   13 iuuat quod cum uigent **r**   15 pi.gre **V**   16 audiendi **MFra**, *corr. al. man.* audiendis **V** audiendis **Dp**   ac *om.* **p**   annuntiari iubent hic iam **r**   17 iubent *om.* **D**   recitator] recitat quia **D**   an iam dixerit **Dr**   18 tum demum **Fra**   a^c^tunc **V** ac tum **r**   19 permanent usque ad finem sed ante finem **r**   20 simpliciter alii **p**   21 ad **M**, *corr.* at **V**   22 requisisset **a**   23 recitationi inopimatumque **D**   24 quisque] quis **D** quisquam **r**   25 et identidem admonitus *om.* **MV**   au^t^si **V**   26 quia] quam **r**: quia non perdidit *Gierigius*   27 a *om.* **D**   recitandistudio **V** retractandique studio **r**

auditorum vel desidia vel superbia non retardat. equidem prope
nemini defui. erant sane plerique amici: neque enim est fere
quisquam qui studia, ut non simul et nos amet. his ex causis 6
longius, quam destinaveram, tempus in urbe consumpsi. possum
iam repetere secessum et scribere aliquid quod non recitem, ne
videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor. nam ut in ceteris rebus ita in audiendi officio perit gratia,
si reposcatur. vale.

XIIII.

C. PLINIUS IUNIO MAURICO SUO S.

Petis ut fratris tui filiae prospiciam maritum; quod merito 1
mihi potissimum iniungis. scis enim quanto opere summum illum
virum suspexerim dilexerimque, quibus ille adulescentiam meam
exhortationibus foverit, quibus etiam laudibus ut laudandus videreret effecerit. nihil est quod a te mandari mihi aut maius aut 2
gratius, nihil quod honestius a me suscipi possit, quam ut eligam iuvenem, ex quo nasci nepotes Aruleno Rustico deceat.
qui quidem diu quaerendus fuisset, nisi paratus et quasi pro- 3
visus esset Minicius Acilianus, qui me ut iuvenis iuvenem (est
enim minor pauculis annis) familiarissime diligit, reveretur ut
senem. nam ita formari a me et institui cupit, ut ego a
vobis solebam. patria est ei Brixia ex illla nostra Italia, quae 4
multum adhuc verecundiae, frugalitatis atque etiam rusticitatis
antiquae retinet ac servat. pater Minicius Macrinus, equestris 5

---

1 auditorum (auditores **r**) uel desidia **MVDrς** auditorum desidia **F** *Riccard.* **pa** non tardat **D** prope nemini (memini **D**) defui erant **VDpra** prope memini defuerant **M** propero Nimis defui erant **F** 3 qui studia ut (uti **D**, *om.* **r**) non simul et nos amet **MVD** *Riccard.* **rςa** quinos (quin nos **p**) amet ut studia non simulet **Fp** his *om.* **D** 4 distinaueram **MV** 5 iam] etenim **r** repetere] recedere **D** non recitetur **p** ne *om.* **D** 6 fui adfui non aditor fuisse **D** 7 ita audiendi **r** 8 reponatur **D**

XIIII 10 IUNIO MAURICO **Fa** Iunio Marico **p** Limico Marcio **r** MAURICO **MVD** 12 quantopere **MVFpra** 13 meam exhortationibus me fouerit **p** 14 etiam] et **pr** laudibus laudandns affecerit **D** ut] et **p** 15 est quidem quod a te mihi mandari **p** aut satius nihil quod honestius **D** aut satius nihil quod honestius aut gratius **r** 16 quod *om.* **V** 17 aruleno (auruleno **Fa** arulino **D**) rustico **MVFDpς** Rustico Autoleno **r** 18 qui] et **D** praeuisus **r** 19 minicius **M** municius **Vς** minutius **Dra** Milicius **F** *Riccard.* Militius **p** acilianus **MVrςa** atilianus **D** aemilianus acelianus **F** aemilianus acclinas **p** iuuenem] inuenit **r** 20 diligit et reueretur **p** 21 nam ita a me institui **D** formari a me **MVF** *Riccard.* **p** informari a me **rς** a me formari **a** 22 ex] et **M** 23 uerecundiae multum fragalitatis **r** atque etiam rusticitatis *om.* **Fpa** 24 minicius **M** minutius **Dra** minustius **p** municius **Vς** nimius **F** Macrinus *om.* **D**

ordinis princeps, quia nihil altius voluit: adlectus enim a divo
Vespasiano inter praetorios honestam quietem huic nostrae am-
6 bitioni dicam an dignitati constantissime praetulit. habet aviam
maternam Serranam Proculam e municipio Patavino. nosti loci
mores: Serrana tamen Patavinis quoque severitatis exemplum
est. contigit et avunculus ei P. Acilius, gravitate prudentia fide
prope singulari. in summa nihil erit in domo tota, quod non
7 tibi tamquam in tua placeat. Aciliano vero ipsi plurimum vigoris
industriae, quamquam in maxima verecundia. quaesturam tribu-
natum praeturam honestissime percucurrit ac iam pro se tibi
8 necessitatem ambiendi remisit. est illi facies liberalis multo
sanguine, multo rubore suffusa, est ingenua totius corporis
pulchritudo et quidam senatorius decor. quae ego nequaquam
arbitror neglegenda: debet enim hoc castitati puellarum quasi
9 praemium dari. nescio an adiciam esse patri eius amplas facul-
tates. nam cum imaginor vos, quibus quaerimus generum, si-
lendum de facultatibus puto: cum publicos mores atque etiam
leges civitatis intueor, quae vel in primis census hominum
spectandos arbitrantur, ne id quidem praetereundum videtur.
et sane de posteris et his pluribus cogitanti hic quoque in con-
10 dicionibus deligendis ponendus est calculus. tu fortasse me putes
indulsisse amori meo supraque ista, quam res patitur, sustu-
lisse. at ego fide mea spondeo futurum ut omnia longe ampliora,
quam a me praedicantur, invenias. diligo quidem adulescentem
ardentissime, sicut meretur; sed hoc ipsum amantis est, non
onerare eum laudibus. vale.

XV.

C. PLINIUS SEPTICIO CLARO SUO S.

1 Heus tu promittis ad cenam nec venis! dicitur ius: ad assem
2 inpendium reddes, nec id modicum. paratae erant lactucae sin-

1 antiquius *corr.* altius *Riccard.* enim *om.* Da 4 sarranam V procul a me municipio Fpa pataino M patauio VFa nosti] honesti p 5 sarrana V patauis D 6 auonculus *Riccard.* auunculis D 8 Atiliano r 9 industriam D quanquam V quaestura MV 10 percurrit r at iam r acia D 11 est etiam illi p est sibi D 12 robore M, *corr.* rubore V ingenuia V 13 et quidem p quam — negligendam r 15 esse *om.* Fp 16 imaginosum os D imaginor res r 18 ciuitatis leges p 19 arbitratur r uideretur r 20 hic] his D conditionibus MV 21 diligendis V me putas p putas me rs 22 indulxisse F 23 ad ego M ut *om.* F *Riccard.* 24 inuenio D 26 honerare MD onorare V honorare r laudibus *om.* r vale *om.* D
XV 28 SEPTICIO (SEPTITIO pa Soptitio r) CLARO Fpra SEPTITIO MV SEPTIO D 29 Heus] Reus p *fortasse* dicetur. 30 parati r

gulae, cochleae ternae, ova bina, alica cum mulso et nive (nam hanc quoque computabis, immo hanc in primis, quae periit in ferculo), olivae, betacei, cucurbitae, bulbi, alia mille non minus lauta. audisses comoedos vel lectorem vel lyristen vel, quae mea liberalitas, omnes. at tu apud nescio quem ostrea, vulvas, echi- 3
nos, Gaditanas maluisti. dabis poenas, non dico quas. dure fecisti: invidisti, nescio an tibi, certe mihi, sed tamen et tibi. quantum nos lusissemus, risissemus, studuissemus! potes appa- 4
ratius cenare apud multos, nusquam hilarius simplicius incautius. in summa experire, et nisi postea te aliis potius excusaveris, mihi semper excusa. vale.

XVI.

C. PLINIUS ERUCIO SUO S.

Amabam Pompeium Saturninum, hunc dico nostrum, lau- 1
dabamque eius ingenium, etiam antequam scirem quam varium, quam flexibile, quam multiplex esset; nunc vero totum me tenet, habet, possidet. audivi causas agentem acriter et ardenter nec 2
minus polite et ornate, sive meditata sive subita proferret. adsunt aptae crebraeque sententiae, gravis et decora constructio, sonantia verba et antiqua. omnia haec mire placent, cum impetu quodam et flumine pervehuntur, placent, si retractentur. senties 3
quod ego, cum orationes eius in manus sumpseris, quas facile cuilibet veterum, quorum est aemulus, comparabis. idem tamen 4
in historia magis satisfaciet vel brevitate vel luce vel suavitate vel splendore etiam et sublimitate narrandi. nam in contionibus

1 cocleae **F** halica **MVF** nive] uino **p** nam haec quoque **F** *Riccard.* **p** 2 periit **MVς** perit **FDpr** *Catanaeus* **a** 3 fericulo **D** oliuae betacei **MVς** oliuae baetaci **D** oliuo laebeta **F** oliuae lebeta **p** oliuulae baeticae **a** oliue bethe **r** oliuae bethycae *Catanaeus* alia non minus mile lauta audisse **D** 4 comoedos **M** comoedū, *sed* ū *in litura al. man.* **V** comoedes **D** comedum **F** comoedum **pra** 5 omnis **F** ad **M**, *corr.* at **V** ^{s}echinos **V** erchinos **r** 6 gaditanas *corr.* — nos *Riccard.* caditanas **D** gaditanos **Fpa** gaditana **MVrς** 7 certe an mihi **D** 8 nos lusissemus] uoluissemus **D** risisemus **M** studuissemus *om.* **F** *Riccard.* **p** 9 numquam **Fp** cautius **D** 10 te *om.* **D** 11 semper excuses **D** vale *om.* **D**

XVI 13 ERUCIO **MVFςa** Erutio **pr** EURUCIO **D** Euritio *Catanaeus* 16 flebile **D** nunc retomisisse idem pro cluentio *(p. 25, 24) omissis iis quae interposita sunt* **MV**: 'deficiunt hic due carte' *recentiore manu adscriptum est in marg.* **V** me *om.* **r** 17 possidet **F** *Riccard.* **pa** possidetque **Drς** audii **F** audi **D** quasdam causas **Drς** nec] non **D** 18 subita] sublata **p** 19 aptae **Fpra** acutae **Dς** 21 peruehuntur **FD** *Riccard.* **p** proueuntur **r** praeuehuntur **a** praeteruehuntur *Heusingerus* 23 est *om.* **r** 24 in historia tibi magis **Dς** vel suavitate *om.* **D** 25 etiam et sublimitate **Frς** etiam uel sublimitate **D** etiam sublimitate **pa**

idem qui in orationibus est, pressior tamen et circumscriptior
5 et adductior. praeterea facit versus, quales Catullus aut Calvus,
re vera quales Catullus aut Calvus. quantum illis leporis, dulce-
dinis, amaritudinis, amoris! inserit sane, sed data opera, molli-
bus levibusque duriusculos quosdam, et hoc quasi Catullus aut
6 Calvus. legit mihi nuper epistulas; uxoris esse dicebat: Plautum
vel Terentium metro solutum legi credidi. quae sive uxoris sunt,
ut adfirmat, sive ipsius, ut negat, pari gloria dignus qui aut
illa componat aut uxorem, quam virginem accepit, tam do-
7 ctam politamque reddiderit. est ergo mecum per diem totum:
eundem antequam scribam, eundem cum scripsi, eundem
etiam cum remittor, non tamquam eundem lego. quod te quo-
8 que ut facias et hortor et moneo. neque enim debet operibus
eius obesse quod vivit. an si inter eos quos numquam vidimus
floruisset, non solum libros eius verum etiam imagines conqui-
reremus; eiusdem nunc honor praesentis et gratia quasi satietate
9 languescit? at hoc pravum malignumque est, non admirari ho-
minem admiratione dignissimum, quia videre, adloqui, audire,
complecti, nec laudare tantum verum etiam amare contigit. vale.

XVII.

C. PLINIUS CORNELIO TITIANO SUO S.

1 Est adhuc curae hominibus fides et officium, sunt qui de-
functorum quoque amicos agant. Titinius Capito ab imperatore

---

1 idem qui in orationibus est *Riccard.* p idem qui in orationibus suis est F eadem quae in orationibus uis est Drϛa tamen Dpra tantum F *Riccard.* circumspectior r 2 praeterea] postea r uersus quales catullus aut caluus reuera quales catullus aut caluus D uersus quales (aut *add.* p) catullus (catulus *corr.* catullus F) aut caluus (*om.* revera — Calvus) Fpa uersus quales Catullus meus aut Caluus (aut Bibaculus *Pomponius Laetus)* rϛ: *cf. II 17, 20 III 9, 37* 3 ille lepores dulcedines amaritudines amores D 4 mollibus leuibusque duriusculos D (?) mollibus lenibusque duriusculos *Gesnerus* mollius leuiusque duriusculos (durius colos Fr) Fpra molliusculos leuiusculosque duriusculos *Catanaeus* 6 Calvus] Bibaculus *Pomponius Laetus* epistolas uxoris Da epistolas quas uxoris F *Riccard.* pr 8 ipsius negat D dignus qui Drϛa dignus est qui Fp 10 ergo] enim p 11 eundem scripsi (*om.* cum) D 12 etiam cum remittor Dϛa et cum remittor r etiam cum remitto Fp 14 an si Dra at si Fpϛ 15 etiam *om.* r conquireremus Fpa conquiremus r requireremus Dϛ 16 et gratia FDϛa et egra r et gloria p 17 languescet *vulgo* ad hoc D et hoc Fp p̄uum *ut videtur, corr. al. man.* p[a]uum F paruum D est *om.* rϛ 18 adloqui audire *om.* F *Riccard.* pa, *add.* Drϛ 19 tantum] tamen r contigit FD contingit pra

XVII 21 CORNELIO TITIANO a *Riccardianus, 'qui tamen in indice nominum, ad quos epistolae scriptae, libro I praefixo* Cornelio *solummodo agnoscit'*, CORNELIO ZITIANO F Cornelio Cithiano p ICCIANO Drϛ Ticiano *Catanaeus* 22 adhoc D hominibus curae p 23 Titinnius rϛ

nostro impetravit ut sibi liceret statuam L. Silani in foro ponere.
pulchrum et magna laude dignum amicitia principis in hoc uti, 2
quantumque gratia valeas aliorum honoribus experiri. est omnino
Capitoni in usu claros viros colere. mirum est qua religione, 3
quo studio imagines Brutorum, Cassiorum, Catonum domi, ubi
potest, habeat. idem clarissimi cuiusque vitam egregiis carmini-
bus exornat. scias ipsum plurimis virtutibus abundare, qui alie- 4
nas sic amat. redditus est L. Silano debitus honor, cuius inmor-
talitati Capito prospexit pariter et suae. neque enim magis
decorum et insigne est statuam in foro populi Romani habere
quam ponere. vale.

XVIII.

C. PLINIUS SUETONIO TRANQUILLO SUO S.

Scribis te perterritum somnio vereri ne quid adversi in 1
actione patiaris, rogas ut dilationem petam et pauculos dies,
certe proximum, excusem. difficile est, sed experiar: καὶ γάρ
τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. refert tamen, eventura soleas an con- 2
traria somniare. mihi reputanti somnium meum, istud quod times
tu egregiam actionem portendere videtur. susceperam causam 3
Iuni Pastoris, cum mihi quiescenti visa est socrus mea advoluta
genibus ne agerem obsecrare. et eram acturus adulescentulus
adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos
civitatis atque etiam Caesaris amicos; quae singula excutere
mentem mihi post tam triste somnium poterant. egi tamen 4
λογισάμενος illud

εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

nam mihi patria, et siquid carius patria, fides videbatur. pro-

---

1 nostro *om.* **D** sillani **F** Sillani **rς** Syllani **pa** 2 hoc] haec **F** 3 honoribus est experriri omnino **D** 4 claros uiros **Drς** claros **Fpa** 5 Cassiorum] cassionum **F** 6 potest] post **D** idem] item **D** 7 pluribus **pr*** alienis **D** 8 L *om.* **D** Sillano **rς** Syllano **p** Sylano **a** 9 pariter suae **D**

XVIII 13 SUETONIO TRANQUILLO **Frςa** TRANQUILIO **D** Septitio Claro **p** 14 ne aliquid **r** 15 paucos **Dς** 16 καὶ γάρ (ΚΑΙΚΑΡ **F**) — ἐστιν **FD** *Beroaldus* **a** et enim somnium ex Ioue est **r** *Pomponius Laetus*, *in lacuna om.* **p**: *Hom. Il.* Α 63 17 an] aut **r** 19 tu] tuam **D** 20 iunii **FD** *Riccard.* **pa** limii **r** Iulii *Catanaeus* cum] qua **D** 23 excutere mihi mentem mihi **p** mihi excutere mentem **rς** 24 tā n triste **F** iam triste **r** 25 λογισάμενος **FD** *Catanaeus* **a** animo reputans **r**, *in lacuna om.* **p** 26 εἷς (ei εἷς **D**) οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι (ἀμύνασθαι **Fa**) περὶ πάτρης **Dςa** *et in litura al. man.* **F** unum somnium optimum pugnare pro patria **r**, *in lacuna om.* **p**: *Hom. Il.* Μ 243 27 nam mihi patria et si quid carius patria fides **pr** nam mihi et siquid carius patria fides **Fa** nam mihi patria fides **D**

spere cessit, atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa
5 ianuam famae patefecit. proinde dispice, an tu quoque sub hoc exemplo somnium istud in bonum vertas: aut si tutius putas illud cautissimi cuiusque praeceptum, 'quod dubites ne feceris';
6 id ipsum rescribe. ego aliquam stropham inveniam agamque causam tuam, ut istam agere tu, cum voles, possis. est enim sane alia ratio tua, alia mea fuit. nam iudicium centumvirale differri nullo modo, istud aegre quidem, sed tamen potest. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS ROMATIO FIRMO SUO S.

1 Municeps tu meus et condiscipulus et ab ineunte aetate contubernalis, pater tuus et matri et avunculo meo, mihi etiam, quantum aetatis diversitas passa est, familiaris; magnae et gra-
2 ves causae, cur suscipere augere dignitatem tuam debeam. esse autem tibi centum milium censum satis indicat, quod apud nos decurio es. igitur ut te non decurione solum verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equestres facultates
3 trecenta milia nummum. te memorem huius muneris amicitiae nostrae diuturnitas spondet: ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem, nisi scirem sponte facturum, ut dignitate
4 a me data quam modestissime, ut a me data, utare. nam sollicitius custodiendus est honor, in quo etiam beneficium amici tuendum est. vale.

XX.

C. PLINIUS CORNELIO TACITO SUO S.

1 Frequens mihi disputatio est cum quodam docto homine et perito; cui nihil aeque in causis agendis ut brevitas placet.

---

1 atque adeo Drς atque ideo Fpa illam ianuam Dr 2 discede r 3 aut] an p 4 dubitas *Sichardus* 5 id] at D rescribere D aliquam ego rς 6 ut ipsam Dpra ut ista F *Riccard.* agere cum tu uoles a 8 istuc Fa aegere D

XVIIII 10 ROMATIO FIRMO F *Riccard.* a Romano Firmo p ROMACIO D Romano rς 11 condiscipulus ab D 13 aduersitas D familiares D 14 causae cur] etiam cum r 15 centum milium censum Fp *Beroaldus* a censum milium centum Dς centum milium censum tricentum milium censeam r 17 equestres] equitis Dς 19 ammoneo quod ammouere F

20 scirem sponte te facturum *Riccard.* te scirem sponte facturum *vulgo* dignitate — utare Fa dignitate a me data quam modestissime (modestissima r) utare Drς dignitate a me data utare p 23 tuendum est ualde uale D

XX 25 CORNELIO *om.* Dς, *add.* Fpra 27 aeque nihil p

quam ego custodiendam esse confiteor, si causa permittat: alio- 2
qui praevaricatio est transire dicenda, praevaricatio etiam cursim
et breviter attingere quae sunt inculcanda, infigenda, repetenda.
nam plerisque longiore tractatu vis quaedam et pondus accedit, 3
utque corpori ferrum, sic oratio animo non ictu magis quam
mora imprimitur. hic ille mecum auctoritatibus agit ac mihi ex 4
graecis orationes Lysiae ostentat, ex nostris Gracchorum Catonisque, quorum sane plurimae sunt circumcisae et breves: ego Lysiae Demosthenen, Aeschinen, Hyperiden multosque praeterea, Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, Caelium, in primis M. Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse quae maxima. et hercule ut aliae bonae res ita bonus liber melior est
quisque, quo maior. vides ut statuas, signa, picturas, hominum 5
denique multorumque animalium formas, arborum etiam, si modo sint decorae, nihil magis quam amplitudo commendet. idem orationibus evenit; quin etiam voluminibus ipsis auctoritatem
quandam et pulchritudinem adicit magnitudo. haec ille multaque 6
alia, quae a me in eandem sententiam solent dici, ut est in disputando inconprehensibilis et lubricus, ita eludit, ut contendat hos ipsos, quorum orationibus nitar, pauciora dixisse, quam ediderint. ego contra puto: testes sunt multae multorum orationes 7
et Ciceronis pro Murena, pro Vareno, in quibus brevis et nuda quasi subscriptio quorundam criminum solis titulis indicatur: ex
his apparet illum permulta dixisse, cum ederet, omisisse. idem 8
pro Cluentio ait se totam causam vetere instituto solum perorasse et pro C. Cornelio quadriduo egisse; ne dubitare possimus quae per plures dies, ut necesse erat, latius dixerit postea recisa ac repurgata in unum librum, grandem quidem, unum

---

1 permittat **Fp** *Catanaeus* **a** permittit **Dr**ς alioqui n **Fpra** alioquim **D** 2 etiam] est **r** 3 etiam breuiter **r** sunt inculcanda **D**ς sint inculcanda **Fpa** sunt iudicanda **r** infingenda **D** 4 tractu **D** 5 utque] ut quod **p** ictu] situ **D** 7 orationis **r** orationibus **D** Cathonumque **r** 8 sane] in se **D** 9 demostenen **FD** *Riccard.* **r** demosthenem **p**ς**a** aeschinen **FD** *Riccard.* **ra** aeschinem **p**ς hyperidem **Dpa** hypericlem *corr.* — en **F** periclem **r**ς praeterea] postea **r** 10 caelium in primis **F** *Riccard.* **pa** caelium et inprimis **Dr**ς 12 aliae non bonae res **D** melior est (meliorem **D**) quisque **D** *Riccard.* **a** quisque (quisquam **r**) melior est **Fpr** 13 picturas hominum denique pictorum multorum animalium **D** picturas hominum deorumque, animalium *Mommsenus* 14 si sint modo **r** 15 quam multitudo **D** 16 etiam] et **p** 18 in eadem **D** 20 hos omnes ipsos **r** rationibus **D** 22 pro murena et pro uareno **p** quasi nuda **p** 24 permulta quae dixisset, cum *Mommsenus* omisse **D** 25 pro cluentio **D**: *Cic. p. Cluent. 70, 199* ueteri **Fpr*** 26 pro C. cornelio **MVD**ς pro cornelio **Fpa** 28 recisa ac repurgata **MVDp**ς recisa ac purgata **Fa** incisa aut purgata **r**

9 tamen, coartasse. at aliud est actio bona, aliud oratio. scio
non nullis ita videri. sed ego, forsitan fallar, persuasum habeo
posse fieri ut sit actio bona quae non sit bona oratio, non posse
non bonam actionem esse quae sit bona oratio. est enim oratio
10 actionis exemplar et quasi ἀρχέτυπον. ideo in optima quaque
mille figuras extemporales invenimus, in iis etiam quas tantum
editas scimus, ut in Verrem, 'artificem quem? quemnam? recte
admones: Polyclitum esse dicebant'. sequitur ergo ut actio sit
absolutissima quae maxime orationis similitudinem expresserit,
si modo iustum et debitum tempus accipiat: quod si negetur,
11 nulla oratoris, maxima iudicis culpa est. adsunt huic opinioni
meae leges, quae longissima tempora largiuntur nec brevitatem
dicentibus, sed copiam, hoc est diligentiam, suadent; quam prae-
12 stare nisi in angustissimis causis non potest brevitas. adiciam
quod me docuit usus, magister egregius. frequenter egi, fre-
quenter iudicavi, frequenter in consilio fui: aliud alios movet,
ac plerumque parvae res maximas trahunt. varia sunt hominum
iudicia, variae voluntates: inde qui eandem causam simul au-
dierunt, saepe diversum, interdum idem, sed ex diversis animi
13 motibus sentiunt. praeterea suae quisque inventioni favet et quasi
fortissimum amplectitur, cum ab alio dictum est quod ipse prae-
vidit. omnibus ergo dandum est aliquid quod teneant, quod
14 agnoscant. dixit aliquando mihi Regulus, cum simul adessemus,
'tu omnia quae sunt in causa putas exequenda, ego iugulum
statim video, hunc premo': premit sane quod elegit, sed in
15 eligendo frequenter errat. respondi posse fieri ut genu esset
aut talus, ubi ille iugulum putaret: 'at ego' inquam, 'qui iugu-

---

1 ad M, *corr.* at V 2 fallar MV *Riccard.* a fallor FDpr 3 non posse non bonam MVϛa non posse autem non bonam (bona r) Fpr non posse bonam D 4 quae sit bona oratio MVF *Riccard.* ϛa quae non sit bona oratio Dp quae si una oratio est r 5 exemplum D ΑΡΧΑΙΤΥΠΟΝ FD *Riccard.*, *om.* r *et in lacuna* p 6 in is F in his Dpra 7 in Verrem] inuenirem V in ueterem r enumeraret D: *Cic. in Verr. act. sec. IV 3, 5* artificem quem quemnam MV artificem .... quemnam *Riccard.* artificem quem nam FDpϛa artificem non r 8 polycletum pra policletum F 9 maximae MV expressit rϛ 10 accipiat MVDϛa accipiet F *Riccard.* acceperit pr negent r 11 orationis Fa 13 hoc est] hec etiam r 14 nisi ut in D 15 quod *om.* D frequenter egi *om.* M 16 mouit D monet r 17 ac] ut pr* maximas trahunt MV Drϛ maxime trahunt p maxime trahuntur F *Riccard.* a inditia hominum D 18 ueriae V uanae D 19 motibus animi r 21 fortissimam Dr amplectitur MVDϛ complectitur Fpra 22 quod teneant aliquid p 23 mihi *om.* D 25 eligit FDra 26 genu esset aut talus MVDϛa genuisset aut sibi aut aliis Fp genu esset aut tibia aut talus r *Beroaldus* 27 ille *om.* F *Riccard.* pra, *add.* MVD ad M, *corr.* at V

lum perspicere non possum, omnia pertempto, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ, utque in cultura agri non vineas 16
tantum verum etiam arbusta, nec arbusta tantum verum etiam campos curo et exerceo, utque in ipsis campis non far aut siliginem solam sed hordeum, fabam ceteraque legumina sero, sic in actione plura quasi semina latius spargo, ut quae provenerint colligam. neque enim minus inperspicua, incerta, fallacia sunt 17
iudicum ingenia quam tempestatum terrarumque. nec me praeterit summum oratorem Periclen sic a comico Eupolide laudari,

πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖςι χείλεςιν.
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

verum huic ipsi Pericli nec illa πειθώ nec illud ἐκήλει brevitate 18
vel velocitate vel utraque (differunt enim) sine facultate summa contigisset. nam delectare persuadere copiam dicendi spatiumque desiderat; relinquere vero aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit. adde quae de eodem 19
Pericle comicus alter,

ἤςτραπτ', ἐβρόντα, ςυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

non enim amputata oratio et abscisa, sed lata et magnifica et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet.

---

1 prospicere pr 2 πάντα denique ϛa panta denique D tam denique F denique ΠΑΝΤΑ MV: πάντα, *sicut reliqua graeca, in lacuna om.* pr λίθον κινῶ ϛa *et in litura al. man.* F ΛΙΘΟΝ ΚΕΙΝΩ MV *Riccard.* λάον κινῶ D in agri cultura a non uineas tantum uerum etiam campos MV non iunias uerum etiam campos r 6 latius semina MVϛ 7 non enim r inperspicua et incerta Fp in prospicua et certa r fallatiaque D 8 indicium M iudicium r ingenio V 9 periclen MVD Periclem pra hypericlen F laudari Eupolide r 10 προς τουτο πειθω τις επεκαθητο τοις χειλεςι ουτως εκηλει και μονος των ρητορων το κεντρον. κατελειπε τοις ακροωμενοις ϛ ΠΡΟCΛΕΓΕ (— ΤΕ M) ΛΥΤΟΥΤΩ (ΤΩΙ M) ΤΑΧΕΙ MV ΠΡΟCΛΕΓΕΑΥΤΟΥΤΩΤΑΧΕΙ F πρὸς δέ γ' αὖ τούτῳ ταχ' εἰ a, *om.* D 11 ἐπικάθητο τοῖςι χείλεςιν a ΕΠΕΚΑΘΕΤΟ ΤΟΙC ΧΕΙΛΕCΙΝ F ΕΙΠΙ·ΚΕΗΤΟ ΤΟΙC ΕΙΡΗΜΑ·C·ΥΝ M ΕΙΠΙΚΑΙΕΤΟ ΤΟΙC ΕΙΡΕΜΙΑCΥΝ V ὑπεκάςητο τοῖςι ῥήμαςιν D 12 οὕτως FDa CΥΝΑΤΟC M CΥΟΥΤΟC V ΡΕΤΟΡΩΝ V ΡΗΤΟΡΟΝ F 13 ἐγκατέλειπε D ΕΝΚΑΤΕΛΕΙΠΕ MV ΕΝΚΑΤΕΛΙΠΕ F ἐγκατέλιπε a ἀκρουμενος D 14 hypericli F illa *om.* D ΠΕΙΘΩ MVDϛ ΠΙΘΩ Fa persusio r ΕΚΗΛΕΙ Mϛa ΕΚΕΛΕΙ V ΗΚΗΛΕΙ F βροντᾶν D demulcebat r 16 delectare] delicate D dicendique spatium r 17 desiderare, *sed* → are *in litura* F is demum] idem D 18 pungnit M adde quae aeque de D ad eque de r 19 hypericle F comicus alter] *Aristoph. Acharn.* 531 20 ἤςτραπτεν — Ἑλλάδα *in litura al. man.* F ηςτραπτε εβροντε ξυνεκυκατε την ελλαδα *Pomponius Laetus* ΗCΤΡΑΠΤΕ MVD ξυνεκύκα τὴν ἑλλάδα a ξυνεκύκατε πάντα D *Beroaldus* 21 neque enim r oratio et] omnino sed r abscissa pra et magnifica *om.* D 22 fulgorat V denique *om.* V perturbat admiscet F

20 optimus tamen modus est. quis negat? sed non minus non servat modum qui infra rem quam qui supra, qui adstrictius quam
21 qui effusius dicit. itaque audis frequenter ut illud 'immodice et redundanter', ita hoc 'ieiune et infirme'. alius excessisse materiam, alius dicitur non inplesse. aeque uterque, sed ille inbecillitate, hic viribus peccat; quod certe, etsi non limatioris,
22 maioris tamen ingenii vitium est. nec vero, cum haec dico, illum Homericum ἀμετροεπῆ probo, sed hunc,

καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν:

non quia non et ille mihi validissime placeat,

παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως·

si tamen detur electio, illam orationem similem nivibus hibernis, id est crebram et adsiduam et largam, postremo divinam
23 et caelestem, volo. at est gratior multis actio brevis. est, sed inertibus, quorum delicias desidiamque quasi iudicium respicere ridiculum est. nam si hos in consilio habeas, non solum satius
24 est breviter dicere, sed omnino non dicere. haec est adhuc sententia mea, quam mutabo, si dissenseris tu; sed plane cur dissentias explices rogo. quamvis enim cedere auctoritati debeam tuae, rectius tamen arbitror in tanta re ratione quam auctoritate
25 superari. proinde si non errare videor, id ipsum quam voles brevi epistula, sed tamen scribe (confirmabis enim iudicium meum); si errare, longissimam para. num corrupi te, qui tibi, si mihi accederes, brevis epistulae necessitatem, si dissentires, longissimae inposui? vale.

---

2 qui supra rem quam qui infra r quam supra D 4 retundanter M aliis excessisse p 5 non inpleuisse dicitur r 6 quo certe a et siue limatioris r 8 illud homericum auespoene aprobo D ἀμετροεπῆ ς a ΑΜΛΡΤΟΕΠΗ MV: *litura est in* F: *Hom. Il.* Β *212* 9 καὶ — χειμερίῃσιν ς *et in litura al. man.* F: *Hom. Il.* Γ *222* νιφάδεσιν D ЄΟΙΚΤΑ (N) M ЄΟΙϹΤΑ V ΧЄΙΜЄΡΙΗϹΙΝΟΝ quia M χειμερίοισιν non quia a χειμερίνοισιν non quia *Catanaeus:* non *priore loco om.* r 10 naldissime a 11 παῦρα — λιγέως FDaς ΛΛδΑΜΑδΑΛΙΤΩϹ M ΑΛΔΑΜΑΔΑΛΙΤΩϹ V: *Hom. Il.* Γ *214* 12 illam orationem MVa illam illam orationem F illam (tamen *add.* p) plenam orationem Dpr 13 crebram assiduam Fpa adsiduam sed et largam MV 14 at] ad MV est sed MVF *Riccard.* a est quidem sed Dpς equidem sed r 15 quasi] quam r respuere F 16 satius breuiter MV 18 cur] quid D cum r 19 enim *om.* r cedere auctoritati debeam tuae MVς cedere auctoritati tuae debeam Fa credere tuae auctoritati (auctoritati tuae r) debeam pr auctoritati tuae credere debeam D 20 re *om.* r 22 sed tamen *om.* Fp scribere V confirmabis MV *Riccard.* ς confirmaueris Fpr confirmaris a confirma D 23 errare MVς erraro D errauero F *Riccard.* pra num corrupi MVFD *Riccard.* ςa non corrupi p neu corrupi r nam corrupi *Sichardus* 24 dissentires] disseris D

XXI.

C. PLINIUS PLINIO PATERNO SUO S.

Ut animi tui iudicio sic oculorum plurimum tribuo; non quia 1
multum, ne tibi placeas, sed quia tantum quantum ego sapis:
quamquam hoc quoque multum est. omissis iocis credo decentes 2
esse servos, qui sunt empti mihi ex consilio tuo: superest ut
frugi sint, quod de venalibus melius auribus quam oculis iudicatur. vale.

XXII.

C. PLINIUS CATILIO SEVERO SUO S.

Diu iam in urbe haereo, et quidem attonitus. perturbat me 1
longa et pertinax valetudo Titi Aristonis, quem singulariter et
miror et diligo. nihil est enim illo gravius, sanctius, doctius,
ut mihi non unus homo, sed litterae ipsae omnesque bonae artes in uno homine summum periculum adire videantur. quam 2
peritus ille et privati iuris et publici! quantum rerum, quantum
exemplorum, quantum antiquitatis tenet! nihil est quod discere
velis, quod ille docere non possit. mihi certe, quotiens aliquid
abditum quaero, ille thesaurus est. iam quanta sermonibus eius 3
fides, quanta auctoritas, quam pressa et decora cunctatio! quid
est quod non statim sciat? et tamen plerumque haesitat, dubitat
diversitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine
causisque primis repetit, discernit, expendit. ad hoc quam par- 4
cus in victu, quam modicus in cultu! soleo ipsum cubiculum
eius ipsumque lectum ut imaginem quandam priscae frugalitatis
aspicere. ornat haec magnitudo animi, quae nihil ad ostenta- 5
tionem, omnia ad conscientiam refert recteque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit. in summa non facile 6
quemquam ex istis qui sapientiae studium habitu corporis praeferunt huic viro comparabis. non quidem gymnasia sectatur

---

XXI 2 PLINIO *om.* MVDς, *add.* F *Riccard.* pra 3 plurimum] primum V 4 ne] nec p non D 5 quanquam V est] et D 7 indicatur M

XXII 10 CATILIO SEUERO F *Catanaeus* a Catilio Seuerio p Catilio Sereno rς CATILIO MVD 11 iam] tam D 12 ualitudo VF singulariter miror D 13 nihil enim est r 16 peritus ille et priuatus et priuati F 17 discere MVDrςa doceri F *Riccard.* p 19 thesauratus D iam] nam pr ei fi fides D 21 sciat] fiat F 23 extendit MV ad haec pr 24 quam modicus in cultu *om.* MV 25 eius MVς illius F *Riccard.* pra, *om.* D electum M prisci fragilitatis r 26 hostentationem M 27 referet F 28 in summam MV 29 quemquam MVDrς quis quemquam Fpa 30 viro *om.* r comparabis MVDrς comparauit F *Riccard.* comperabit p compararit a

aut porticus nec disputationibus longis aliorum otium suumque
delectat, sed in toga negotiisque versatur, multos advocatione,
7 plures consilio iuvat. nemini tamen istorum castitate, pietate,
iustitia, fortitudine etiam primo loco cesserit. mirareris, si in-
teresses, qua patientia hanc ipsam valetudinem toleret, ut dolori
resistat, ut sitim differat, ut incredibilem febrium ardorem in-
8 motus opertusque transmittat. nuper me paucosque mecum, quos
maxime diligit, advocavit rogavitque ut medicos consuleremus
de summa valetudinis, ut, si esset insuperabilis, sponte exiret
9 e vita, si tantum difficilis et longa, resisteret maneretque: dan-
dum enim precibus uxoris, dandum filiae lacrimis, dandum etiam
nobis amicis ne spes nostras, si modo non essent inanes, volun-
10 taria morte desereret. id ego arduum in primis et praecipua
laude dignum puto. nam impetu quodam et instinctu procurrere
ad mortem commune cum multis, deliberare vero et causas eius
expendere, utque suaserit ratio, vitae mortisque consilium vel
11 suscipere vel ponere ingentis est animi. et medici quidem se-
cunda nobis pollicentur: superest ut promissis deus adnuat tan-
demque me hac sollicitudine exsolvat; qua liberatus Laurentinum
meum, hoc est libellos et pugillares studiosumque otium, repe-
tam. nunc enim nihil legere, nihil scribere aut adsidenti vacat
12 aut anxio libet. habes quid timeam, quid optem, quid etiam in
posterum destinem: tu quid egeris, quid agas, quid velis agere,
invicem nobis, sed laetioribus epistulis scribe. erit confusioni
meae non mediocre solacium, si tu nihil quereris. vale.

XXIII.

C. PLINIUS POMPEIO FALCONI SUO S.

1 Consulis, an existimem te in tribunatu causas agere debere.
plurimum refert, quid esse tribunatum putes, inanem umbram

---

1 aut porticus sectatur rς alienum otium suumque D aliarum artium sineque r 2 delectant r 3 adiuuat p 4 et primo loco p* quoquo loco r* 5 qua sapientia D ipsam *om.* D ualitudinem VF 6 ardorem febrium r immototus D 7 paucos qui mecum p 8 conferemus '*Riccard. a prima manu*' 9 ualitudinis VF inexsuperabilis Drς exieret V 10 si tantum MVFD *Riccard. Catanaeus* sin tantum a si tamen pr 13 id ergo p* ideo r* 14 nam iam impetu D praecurrere r 16 inpendere V vitae *om.* V consilium suscipere Fpa 17 est *om.* D 18 nobis *om.* rς tandemque hanc sollicitudinem Dr 19 exuat r 23 distinem MV 24 laetioribus MVFDς latioribus pa lectionibus r scripseris Confusioni F *Riccard.* 25 solatium MF queris r

XXIII *ex* D *non adscripta est discrepantia scripturae: cf. supra ep. 8* 27 POMPEIO FALCONI Fpra FALCONIO MV 28 Consulias an M debere MVF *Riccard.* a decere pr 29 qui esse r putas p

et sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam et quam in
ordinem cogi ut a nullo ita ne a se quidem deceat. ipse cum 2
tribunus essem, erraverim fortasse, qui me aliquid putavi, sed
tamquam essem, abstinui causis agendis: primum quod deforme
arbitrabar, cui adsurgere, cui loco cedere omnis oporteret, hunc
omnibus sedentibus stare; et qui iubere posset tacere quemcum-
que, huic silentium clepsydra indici; et quem interfari nefas
esset, hunc etiam convicia audire, et si inulta pateretur, iner-
tem, si ulcisceretur, insolentem videri. erat hic quoque aestus 3
ante oculos, si forte me appellasset vel ille cui adessem vel ille
quem contra, intercederem et auxilium ferrem, an quiescerem
sileremque et quasi eiurato magistratu privatum ipse me face-
rem. his rationibus motus malui me tribunum omnibus exhibere, 4
quam paucis advocatum. sed tu, iterum dicam, plurimum inter- 5
est, quid esse tribunatum putes, quam personam tibi inponas,
quae sapienti viro ita aptanda est, ut perferatur. vale.

XXIIII.

C. PLINIUS BAEBIO HISPANO SUO S.

Tranquillus, contubernalis meus, vult emere agellum, quem 1
venditare amicus tuus dicitur. rogo cures quanti aequum est 2
emat: ita enim delectabit emisse. nam mala emptio semper in-
grata, eo maxime, quod exprobrare stultitiam domino videtur.
in hoc autem agello, si modo adriserit pretium, Tranquilli mei 3
stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viae,
mediocritas villae, modus ruris, qui avocet magis quam distrin-
gat. scholasticis porro dominis, ut hic est, sufficit abunde 4

---

1 in ordine **M**r 2 ne] nec pr* 3 qui me aliquid **F**p𝔰 qui aliquid r aliquid (*om.* qui me) **MV** qui me esse aliquem a 5 omnes **F** 6 quecumque r quaecumque **V** 7 chlepsydra **MV** indicere **MV** 8 conuitia **VF** audire si **M** inulta *Beroaldus* a multa **MVF**pr 10 ante oculos si **MV**a si ante oculos **F** *Riccard.* r *Catanaeus* sed ante oculos p si ante oculos si *Pomponius Laetus* appellasse sed uel p 11 quem contra **MVF**a contra quem pr intercederem, auxilium ferrem a intercederem, an auxilium ferrem 𝔰 an] aut p 12 eiurato **MVF**𝔰a curato p euitato r ipsum me r 13 mallui **MV** exibere **MF** 14 interest] interesse r 15 quam personam **MV**𝔰 Tuam personam **F**pa tu enim personam r: '*in Riccardiano prima littera in* Tuam *non est sani coloris*' tibi interponas r 16 praeferatur p𝔰

XXIIII *Ex* **D** *non adscripta est discrepantia scripturae: cf. supra ep. 8* 18 Baebio Kispano *Riccard.* BEBIO (BABIO a) HISPANO **F**p *Catanaeus* a Bellio Hispano r Bellio Vipsano 𝔰 HISPANO **MV** SUO *om.* **MV** 19 Tranquillis **V** 20 aequom est **M** est aequum r 21 ingrata eo **MV**𝔰 ingrata est eo **F**pra 22 maximo **V** 23 autem *om.* r𝔰 mei pra me. **V** me **MF** 24 oportunitas **MF** 25 auocet **MV** *Riccard.* 𝔰a aduocet **F** aduocet pr

tantum soli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem unamque semitam terere omnisque viticulas suas nosse et numerare arbusculas possint. haec tibi exposui, quo magis scires, quantum esset ille mihi, ego tibi debiturus, si praediolum istud, quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit, ut paenitentiae locum non relinquat. vale.

C. PLINI CAECILI SECUNDI
EPISTULARUM
LIBER SECUNDUS.
(a. 97—100)

I. (a. 97)
C. PLINIUS ROMANO SUO S.

1 Post aliquot annos insigne atque etiam memorabile populi
Romani oculis spectaculum exhibuit publicum funus Vergini
Rufi, maximi et clarissimi civis, perinde felicis. triginta annis
2 gloriae suae supervixit: legit scripta de se carmina, legit histo-
rias et posteritati suae interfuit. perfunctus est tertio consulatu,
ut summum fastigium privati hominis inpleret, cum principis
3 noluisset. Caesares quibus suspectus atque etiam invisus virtu-

---

1 tantum] mihi p reuelare p reficere MVςa refigere Fp refingere *Riccard.* figere r per limitem unamque semitam MVςa per limitem unam semitam Fp per unam limitem semitam r 2 uiteculas MV nosse suas p suas nosce M 3 possit MVr 4 quantum esset ille mihi MV quantum ille esset mihi Fpra quantum etiam ille mihi ς illud quod commodatur r

7 GAI PLINII CECILI SECUNDI EPISTULARUM LIBER PRIMUS EXPLICIT EIUSDEM INCIPIT LIBER SECUNDUS M G. P̄ CECILII SC̄DI EP̄LR L̄IB̄. I. EXPL. INCIP̄. SC̄D̄. V SECVNDI PLINII LIBER.I. EPL̄ARV̄ EXPLICIT. INCIPIT SC̄D̄S FELICIT̄ F C PLINII. SECUNDI. NOUOCOMENSIS. EPISTOLARUM. LIBER. PRIMUS. EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECUNDUS D C. Plinii. S. Nouicomensis Liber primus Expl. Incipit Secundus Liber feliciter p C. PLINII Secundi epistolarum liber II. r C PLINII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER SECUNDUS a

I 12 Voconio Romano ς 13 aliquod V etiam *om.* rς 14 oculos r uergini D ugerinii F Verginei p uirgini Ma uirginii Vrς 15 ciuis et perinde Fpra 16 carmina] garauna MV 17 posteritate M 19 caesaris D atque etiam — optimum *om.* F *Riccard.*

tibus fuerat evasit, reliquit incolumem optimum atque amicissi-
mum, tamquam ad hunc ipsum honorem publici funeris reser-
vatus. annum tertium et octogensimum excessit in altissima 4
tranquillitate, pari veneratione. usus est firma valetudine, nisi
quod solebant ei manus tremere, citra dolorem tamen. aditus
tantum mortis durior longiorque, sed hic ipse laudabilis. nam 5
cum vocem praepararet acturus in consulatu principi gratias,
liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni et stanti ipso
pondere elapsus est. hunc dum sequitur colligitque, per leve et
lubricum pavimentum fallente vestigio cecidit coxamque fregit,
quae parum apte collocata reluctante aetate male coiit. huius 6
viri exequiae magnum ornamentum principi, magnum saeculo,
magnum etiam foro et rostris attulerunt. laudatus est a con-
sule Cornelio Tacito: nam hic supremus felicitati eius cumulus
accessit, laudator eloquentissimus. et ille quidem plenus annis 7
abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit: nobis tamen
quaerendus ac desiderandus est ut exemplar aevi prioris, mihi
vero praecipue, qui illum non solum publice quantum admirabar
tantum diligebam; primum quod utrique eadem regio, municipia 8
finitima, agri etiam possessionesque coniunctae, praeterea quod
ille mihi tutor relictus adfectum parentis exhibuit. sic candida-
tum me suffragio ornavit, sic ad omnes honores meos ex seces-
sibus accucurrit, cum iam pridem eius modi officiis renuntiasset,
sic illo die, quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos sa-
cerdotio iudicant, me semper nominabat. quin etiam in hac 9
novissima valetudine veritus ne forte inter quinqueviros creare-
tur, qui minuendis publicis sumptibus iudicio senatus constitue-
bantur, cum illi tot amici senes consularesque superessent, me

1 fuerat *om.* r atque amenissimum filium tamquam aliud hunc ipsum r 2 ipsum *om.* D 3 altissimos p 4 tranquilitate V pari] para D ualitudine VF 5 temere D 7 repararet D conspectu r 9 haec dum sequitur *Riccard.* hunc dum consequitur p 11 collocatę (a) V coiit Fςa coit MVDp cohit r 13 etiam] et r 14 hic supremus (supp̄mus F) felicitati eius cumulus FDa hic eius supremus felicitati cumulus MV hic supremus cumulus felicitati (felicitatis p) eius pr hic eius supremus felicitati calculus ς 16 abiit MVpς a abit FD *Riccard.* obiit r 17 querendus F est nobis ut p aeui FDpra uitae MVς 18 non solum publice sed (uerum r) etiam priuatim quantum ra *et corrector codicis Vaticani* 19 eadem utrique pr* regio *om.* F *in fine versus et Riccard.* 20 finitima utrique agri pr* 21 tutor mihi pr*a 22 honoris MV exscecessibus V excessibus MF *Riccard.* ex successibus r 23 accucurrit MVF *Riccard.* a accurrit Dpr eius modi] eisdem r nuntiasset D 24 quo] qua F nominauit r 25 etiam] et r 26 ualitudine VF ueritus] uirtus p quinqueuiros ipse crearetur p 28 cum ipse illi r consulares D

huius aetatis per quem excusaretur elegit, his quidem verbis,
10 'etiam si filium haberem, tibi mandarem'. quibus ex causis
necesse est tamquam inmaturam mortem eius in sinu tuo de-
fleam; si tamen fas est aut flere aut omnino mortem vocare,
11 qua tanti viri mortalitas magis finita quam vita est. vivit enim
vivetque semper atque etiam latius in memoria hominum et ser-
12 mone versabitur, postquam ab oculis recessit. volui tibi multa
alia scribere, sed totus animus in hac una contemplatione de-
fixus est: Verginium cogito, Verginium video, Verginium iam
vanis imaginibus, recentibus tamen, audio, adloquor, teneo.
cui fortasse cives aliquos virtutibus pares et habemus et habe-
bimus, gloria neminem. vale.

II.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

1 Irascor, nec liquet mihi an debeam, sed irascor. scis quam
sit amor iniquus interdum, inpotens saepe, μικραίτιος semper.
haec tamen causa magna est, nescio an iusta: sed ego, tam-
quam non minus iusta quam magna sit, graviter irascor quod
2 a te tam diu litterae nullae. exorare me potes uno modo, si
nunc saltem plurimas et longissimas miseris. haec mihi sola
excusatio vera, ceterae falsae videbuntur. non sum auditurus
3 'non eram Romae' vel 'occupatior eram': illud enim nec di
sinant, ut 'infirmior'. ipse ad villam partim studiis partim de-
sidia fruor, quorum utrumque ex otio nascitur. vale.

III.

C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

1 Magna Isaeum fama praecesserat, maior inventus est. summa
est facultas, copia, ubertas: dicit semper ex tempore, sed tam-
quam diu scripserit. sermo graecus, immo atticus: praefationes

---

3 in *om.* r 4 flere Dpr fleri F *Riccard.* a fiere V fieret M uocari a 5 mortalitatis p 6 adque M 7 uolui MVrς uolo FD *Riccard.* pa 8 alia *om.* r una *om.* F 9 Verginium cogito *om.* MV uerginium *ter* F Vergineum *ter* p Virginium *item ter* rςa, *bis* MV et habebimus *in marg. add.* M 10 uariis p recentibus *om.* F 11 aliquos ciues Fpr

II 14 PAULINO FDpra PAULINO NEPOTI MVς Valerio Paulino *Catanaeus* 16 μικραίτιος ςa MEIKPAITIOC FD *Riccard.* me . IKPAITIOC M MEIK.... *lacuna relicta* V, *in lacuna om.* pr 17 et hacc tamen r sed] sit D 19 a te *et* diu *om.* r exora me MV 22 non enim romae Mpr* illud] illum MV di MV dii FDpra 24 vale *om.* D

III 27 Isaeum] 'De hoc Plinius Secundus ait, magna Isacum fama processerat, maior inuentus est' *schol. Iuven. III 74* isaeuum FD maior] minor r est summa — ubertas *om.* D 29 scripserat D

tersae, graciles, dulces, graves interdum et erectae. poscit con- 2
troversias plures, electionem auditoribus permittit, saepe etiam
partes, surgit, amicitur, incipit: statim omnia ac paene pariter
ad manum, sensus reconditi occursant, verba, sed qualia! quae-
sita et exculta. multa lectio in subitis, multa scriptio elucet.
prooemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit forti- 3
ter, ornat excelse, postremo docet, delectat, adficit; quid ma-
xime, dubites: crebra ἐνθυμήματα, crebri syllogismi, circum-
scripti et effecti, quod stilo quoque adsequi magnum est: incre-
dibilis memoria, repetit altius quae dixit ex tempore, ne verbo
quidem labitur. ad tantam ἕξιν studio et exercitatione pervenit: 4
nam diebus et noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loqui-
tur. annum sexagesimum excessit et adhuc scholasticus tantum 5
est: quo genere hominum nihil aut sincerius aut simplicius aut
melius. nos enim, qui in foro verisque litibus terimur, multum
malitiae, quamvis nolimus, addiscimus: schola et auditorium et 6
ficta causa res inermis innoxia est, nec minus felix, senibus
praesertim. nam quid in senectute felicius, quam quod dulcis-
simum est in iuventa? quare ego Isaeum non disertissimum 7
tantum verum etiam beatissimum iudico. quem tu nisi cognoscere
concupiscis, saxeus ferreusque es. proinde si non ob alia nos- 8
que ipsos, at certe ut hunc audias, veni. numquamne legisti
Gaditanum quendam Titi Livi nomine gloriaque commotum ad
visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse statimque, ut
viderat, abisse? ἀφιλόκαλον, inlitteratum, iners ac paene etiam

---

1 tersae] inter se r graciles] gratiles V poscit] proponit *Catanaeus* ponit *Gisbertus Cuperus obs. III 20* 2 promittit r saepe et paratus surgit r saepe etiam imparatus exurgit ς 3 partis FDpa amicitur MVDς iam igitur F *Riccard.* ra iam ergo p 4 recondat V quaesta et exculpta D 5 multa *priore loco om.* MV subditis D sub..itis F scribtio M elucet] ducet D 6 prohoemiatur MV aperte ac pugnat MV 7 quid] quod rςa 8 crebra ἐνθυμήματα Da crebra ΕΝΤΥΜΕΜΑΤΑ F crebrae ΝΟΕΕΜΑΤΑ M crebrae ΝΟΕΕΜΗΤΑϹ V crebra ἐνθυμήματα καὶ νοήματα ς crebra *cum lacuna* pr crebri *om.* Fa: crebri syllogismi circumscripti et effecti '*ex glossa nata esse*' *coniecit G. H. Schaeferus* circumscribti M 11 ἕξιν] in D, *in lacuna om.* pr* 12 audit] laudit D 13 sexagessimum M excelsit D 14 quo] quod D aut simplicius aut sincerius pa 15 enim] uero pr* 16 maliciae M nolumus Fpr* addisscimus M auditorium et ficta MV *Riccard.* a auditorium ficta Fr auditorium (auditorum D) ut ficta Dpς: auditorium ut ficta causa ita res inermis *Catanaeus* 19 Isaeum pςa isaeuum FD ipse cum MV ipsum r 20 uerum etiam dulcissimum et beatissimum r 21 nos quoque ipsos r 22 at] ad M. *corr.* at V, *om.* F *Riccard.* ut audias huc ueni r numquam neglegisti M numquamne..legisti V 23 liuii FDpra gloria commotum r 24 uiscendum M 25 ἀφιλόκαλον Dςa ΑΦΙΑΟΚΑΛΟΝ M ΑΦΙΛΟΚΑΝΟΝ *Riccard.* ΑΦΙΑΟΚΑΝΟΝ *et in marg.* αφιλοκαλον rudem F, *in lacuna om.* Vpr inlitterarum V

turpe est non putare tanti cognitionem, qua nulla est iucundior,
9 nulla pulchrior, nulla denique humanior. dices 'habeo hic quos legam non minus disertos'. etiam: sed legendi semper occasio est, audiendi non semper. praeterea multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox adficit. nam licet acriora sint quae legas, altius tamen in animo sedent quae pronuntiatio, vultus, habitus,
10 gestus etiam dicentis adfigit; nisi vero falsum putamus illud Aeschinis, qui cum legisset Rhodiis orationem Demosthenis admirantibus cunctis, adiecisse fertur τί δέ, εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἠκούσατε; et erat Aeschines, si Demostheni credimus, λαμπροφωνότατος. fatebatur tamen longe melius eadem illa pronun-
11 tiasse ipsum qui pepererat. quae omnia huc tendunt, ut audias Isaeum, vel ideo tantum, ut audieris. vale.

IIII.

C. PLINIUS CALVINAE SUAE S.

1 Si pluribus pater tuus vel uni cuilibet alii quam mihi debuisset, fuisset fortasse dubitandum an adires hereditatem etiam
2 viro gravem. cum vero ego ductus adfinitatis officio dimissis omnibus qui, non dico molestiores, sed diligentiores erant creditor solus extiterim, cumque vivente eo nubenti tibi in dotem centum milia contulerim praeter eam summam, quam pater tuus quasi de meo dixit (erat enim solvenda de meo), magnum habes facilitatis meae pignus, cuius fiducia debes famam defuncti pudoremque suscipere. ad quod te ne verbis magis quam rebus horter, quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi fieri
3 iubebo. nec est quod verearis ne sit mihi onerosa ista donatio.

---

1 iocundior VF 2 humanior res r 3 sed] si p 4 audiendo (i supra o) V praeterea *om.* a 6 pronuntiat D 9 adiecisse ferunt admirantibus et erat (*om.* cunctis) r τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ (τοῦ *om.* ς) θηρίου ἀκηκόειτε Dςa τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ταῦτα ῥήματα βοῶντος ἀκηκόειτε *Sichardus, in lacuna om.* p: *cf. Hieron. ad Paulin. ep. 53 vol. I p. 272 ed. Vallars.* ΘΗΡΟΥ MV 10 ΗΚΟΥCΑΤЄ MV ΗΚΟΥЄΤЄ F ἠκούετε ἀκηκόειτε *Riccard.* ΛΑΜΠΡΟΦΩΝΟΤΑΤΟC M *Catanaeus* ΜΜΠΡΟΦΩΤΑΤΟC *et in marg.* λαμπροφωνωτατος splendide et sonore uocis F ....ΝΟC *lacuna relicta* V ΜΙΝ....ΡΟΦΟΤΑΤΟC *Riccard.* μικροφωνότατος D μεγαλοφωνότατος *Beroaldus* a, *in lacuna om.* pr: *Demosth. de cor.* § *313* 11 melius longe r 12 quippe pererat M 13 isaeuum D i.saeum V ipsum r vale *om.* D

IIII 15 CALVINIAE Dpr* 16 alii quam mihi MVDςa aliquam mihi *Riccard.* r alii quam etiam mihi p aliqua etiam mihi F 18 cum ego uero r cum uiro ego MV adductus pr* 20 cumque ego nubenti tibi MV in dote F 22 quasi demo D enim] autem r 24 ne te magis uerbis pr* 25 quicquid VF pater tuus mihi pr* fieri] ferri Fa 26 iubebo MVF iubeo pra uidebo D nec] non r onerosa ista MDς *onerasa* ista V ista onerosa pra ista honerosa F

sunt quidem omnino nobis modicae facultates, dignitas sumptuosa,
reditus propter condicionem agellorum nescio minor an incertior.
sed quod cessat ex reditu frugalitate suppletur, ex qua velut
fonte liberalitas nostra decurrit: quae tamen ita temperanda est, 4
ne nimia profusione inarescat; sed temperanda in aliis, in te
vero facile ei ratio constabit, etiamsi modum excesserit. vale.

V.

C. PLINIUS LUPERCO SUO S.

Actionem et a te frequenter efflagitatam et a me saepe 1
promissam exhibui tibi, nondum tamen totam: adhuc enim pars
eius perpolitur. interim quae absolutiora mihi videbantur non 2
fuit alienum iudicio tuo tradi. his tu rogo intentionem scribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem sollicitudinem praestare deberem. nam in ceteris actionibus 3
existimationi hominum diligentia tantum et fides nostra, in hac
etiam pietas subicietur. inde et liber crevit, dum ornare patriam
et amplificare gaudemus, pariter et defensioni eius servimus et
gloriae. tu tamen haec ipsa, quantum ratio exegerit, reseca. 4
quotiens enim ad fastidium legentium deliciasque respicio, intellego nobis commendationem et ex ipsa mediocritate libri petendam. idem tamen, qui a te hanc austeritatem exigo, cogor 5
id quod diversum est postulare, ut in plerisque frontem remittas.
sunt enim quaedam adulescentium auribus danda, praesertim si
materia non refragetur. nam descriptiones locorum, quae in hoc
libro frequentiores erunt, non historice tantum sed prope poetice prosequi fas est. quod tamen siquis extiterit qui putet nos 6
laetius fecisse, quam orationis severitas exigat, huius, ut ita

---

1 omnino nobis modicae **MVa** omnino modicae nobis **D** nobis omnino modicae **Fpr** 2 conditionem **MV** incortior me extimo sed **r** 3 suppleatur **r** ex qua uelut e (ex **pr**) fonte **Fpr**: *fortasse* ex quo velut fonte: *cf. III 20 extr.* uelud **M** 5 professione *corr.* profusione **M** marcescat **p** 6 facile et ratio **FD** facile ratio **MVpϛa** facilis non **r**: *cf. paneg. c. 38*

V 9 Actione **p** frequenter et a te **pr** et a te] et ati **M** aetate *Riccard.* saepe] semper **pr** 10 non tamen **Fa** enim *om.* **D** 11 absolutior mihi uidebatur **V** 12 tradi his tu rogo **MVD** traditum iri rogo **Fpr** traditum iri his tu rogo *Catanaeus* his tradi tu rogo **a** scribentis] exhibentis **r** 13 accomodes **V** 15 existimatione **M** 17 pariter et **MVD** pariterque et **Fpra** eius deseruimus **pr** 19 ad fastidium legentum **p** legentium ad fastidium **D** diliciasque **V** delitiasque **F** 20 commendationem libri et (et *om.* **r**) ex ipsa mediocritate (mediocriter **r**) petendam **pr*** et *om.* **Fϛ** 22 implerisque **M** 24 refringetur **p** discriptiones **MV** 27 laetius **MVD** latius **Fpr** lautius **a** rationis **r** severitas] facultas **pϛ**, *om.* **D**

dixerim, tristitiam reliquae partes actionis exorare debebunt.
adnisi certe sumus ut quamlibet diversa genera lectorum per
7 plures dicendi species teneremus, ac sicut veremur ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur, ita videmur posse confidere ut universitatem omnibus varietas
8 ipsa commendet. nam et in ratione conviviorum, quamvis a plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen cenam laudare omnes solemus, nec ea quae stomachus noster recusat adimunt
9 gratiam illis quibus capitur. atque haec ego sic accipi volo, non tamquam adsecutum esse me credam, sed tamquam adsequi laboraverim; fortasse non frustra, si modo tu curam tuam admoveris
10 interim istis, mox iis quae secuntur. dices te non posse satis diligenter id facere, nisi prius totam actionem cognoveris. fateor: in praesentia tamen et ista tibi familiariora fient, et quae-
11 dam ex his talia erunt, ut per partes emendari possint. etenim si avulsum statuae caput aut membrum aliquod inspiceres, non tu quidem ex illo posses congruentiam aequalitatemque deprendere, posses tamen iudicare an id ipsum satis ele-
12 gans esset. nec alia ex causa principiorum libri circumferuntur, quam quia existimatur pars aliqua etiam sine ceteris esse perfecta. longius me provexit dulcedo quaedam tecum loquendi:
13 sed iam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhibendum puto, in epistula excedam. vale.

VI.

C. PLINIUS AVITO SUO S.

1 Longum est altius repetere, nec refert quem ad modum acciderit ut homo minime familiaris cenarem apud quendam, ut sibi videbatur, lautum et diligentem, ut mihi, sordidum simul
2 et sumptuosum. nam sibi et paucis opima quaedam, ceteris vilia et minuta ponebat. vinum etiam parvulis lagunculis in

---

1 actiones V debuerunt F debere r 2 adnisi] amici p ut] uti F quaelibet p* quilibet r* 4 probent r 5 conficere ς 6 in rationem D in ratione ipsa pr* 8 solemus omnes pr* 9 illis a quibus Fp rapitur atque ego haec r 10 me esse MVς 12 interim istis mox iis (noxiis r) rςa interim mox iis p interemistis mox his MV interemptis mox is F inter . . (*corr. al. man.* interest) istis mox is D sequentur Fpς 15 ex iis F ut per patres *p ut partes r* etsi enim p 16 auolsum MVF aut aliquod membrum inspiciens r 17 aequalitatemque] qualitatem r 18 satis *om.* r 19 principia librorum rς 20 quam] qua M etiam] et rς 23 epistola V
VI. 27 homo] homini F 28 uidetur p 29 opima FDa opinia pr optima MVς 30 paruolis MV

tria genera discripserat, non ut potestas eligendi, sed ne ius
esset recusandi, aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis (nam
gradatim amicos habet), aliud suis nostrisque libertis. animad-
vertit qui mihi proximus recumbebat et an probarem interroga- 3
vit. negavi. 'tu ergo' inquit 'quam consuetudinem sequeris?'
'eadem omnibus pono: ad cenam enim, non ad notam invito
cunctisque rebus exaequo, quos mensa et toro aequavi.' 'etiamne
libertos?' 'etiam: convictores enim tunc, non libertos puto.' 4
et ille 'magno tibi constat.' 'minime.' 'qui fieri potest?'
'quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem
ego quod liberti.' [et hercule si gulae temperes, non est onero- 5
sum quo utaris ipse communicare cum pluribus. illa ergo
reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus
parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia quam aliena
contumelia consulas. quorsus haec? ne tibi, optimae indolis 6
iuveni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat.
convenit autem amori in te meo, quotiens tale aliquid inciderit,
sub exemplo praemonere, quid debeas fugere. igitur memento 7
nihil magis esse vitandum, quam istam luxuriae et sordium no-
vam societatem; quae cum sint turpissima discreta ac separata,
turpius iunguntur. vale.

VII.

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

Here a senatu Vestricio Spurinnae principe auctore trium- 1
phalis statua decreta est, non ita ut multis, qui numquam in
acie steterunt, numquam castra viderunt, numquam denique
tubarum sonum nisi in spectaculis audierunt, verum ut illis qui
decus istud sudore et sanguine et factis adsequebantur. nam 2

---

1 discripserat D descripserat VFpςa discripserant M discreuerat r elegendi V 2 recusandi et aliud Fpra 3 animatuertit. *una littera deleta* V 5 negavi *om.* MVr inquid MVF sequeris respondi eadem MVς 7 thoro et mensa rς 8 coniunctiores a tunc enim non r 9 et *om.* Fa magni p* magis r* minime fieri potest potest quia F minime. qui fieri potest? potest, quia *Sichardus* 11 quod et liberti et V si] sin F 12 quod utaris ipse V quo utaris tu tamen ipse r 13 imprimenda r si] sic r 14 aliquando p 15 quorsum a 16 quorumdam M immensa pra luxuriae M speciē F speciem pr* 19 luxuriam r 20 turpissima ac discreta et separata F 21 coniungantur r

VII 24 here MV *Riccard. in indice* heri FDpra uestricio (uestritcio F) principe auctore spurinnae triumphalis Fp uestritio D 26 numquam in acie steterunt *om.* MV 27 turbarum p 28 sudore et sanguine] *cf. Enn. trag. fr. v. 36 ed. Vahl. Cic. de off. I 18, 61* nam et Spurina r

Spurinna Bructerum regem vi et armis induxit in regnum osten-
tatoque bello ferocissimam gentem, quod est pulcherrimum
3 victoriae genus, terrore perdomuit. et hoc quidem virtutis prae-
mium, illud solacium doloris accepit, quod filio eius Cottio,
quem amisit absens, habitus est honor statuae. rarum id in
iuvene: sed pater hoc quoque merebatur, cuius gravissimo vul-
4 neri magno aliquo fomento medendum fuit. praeterea Cottius
ipse tam clarum specimen indolis dederat, ut vita eius brevis
et angusta debuerit hac velut inmortalitate proferri. nam tanta
ei sanctitas, gravitas, auctoritas etiam, ut posset senes illos
5 provocare virtute, quibus nunc honore adaequatus est. quo qui-
dem honore, quantum ego interpretor, non modo defuncti me-
moriae, dolori patris, verum etiam exemplo prospectum est.
acuent ad bonas artes iuventutem adulescentibus quoque, digni
sint modo, tanta praemia constituta, acuent principes viros ad
liberos suscipiendos et gaudia ex superstitibus et ex amissis tam
6 gloriosa solacia. his ex causis statua Cotti publice laetor, nec
privatim minus. amavi consummatissimum iuvenem tam arden-
ter, quam nunc impatienter requiro. erit ergo pergratum mihi
hanc effigiem eius subinde intueri, subinde respicere, sub hac
7 consistere, praeter hanc commeare. etenim si defunctorum ima-
gines domi positae dolorem nostrum levant, quanto magis hae
quibus in celeberrimo loco non modo species et vultus illorum
sed honor etiam et gloria refertur! vale.

VIII.

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 Studes, an piscaris, an venaris, an simul omnia? possunt
enim omnia simul fieri ad Larium nostrum. nam lacus piscem,
feras silvae, quibus lacus cingitur, studia altissimus iste seces-

---

1 bructeum r* brueterum p* breuetherum D ostentatque V ostentatioque D 2 pulcherrimum gentem uictoriae genus *expuncto v.* gentem M 3 praedomuit p 4 solatium V quod] qui p 5 statuarum id in iuuenes et D 9 ueluti Fpa proferri] perfrui p 10 ei] et M grauitas auctoritas sanctitas etiam pr* posses D 11 adaequatus — honore *om.* D 14 acuent] ac uenit M, *om.* D adulescentibus quoque ut digni Frς adulescentibus ut digni p 15 ueros (i *supra* e) M 16 et amissis rς 17 solatia M cottii Fςa Coctii p Coccii r 19 mihi pergratum D: mihi *om.* r 20 subinde intueri *in marg. add.* V 22 hae quibus Dς haec quibus MV eae quibus pa ęquibus F quibus r 23 specie sed uultus D 24 etiam *om.* pr

VIII 26 CANINIO SVO FDpa CANNINO MV Canimo Ruffo r Caninio Rufo ς 27 an *priore loco om.* r 28 lacus piscem FDςa laucus piscem V lacu piscem M lacus pisces pr 29 fera M feram r studii amicissimus D

sus adfatim suggerunt. sed sive omnia simul sive aliquid facis, 2
non possum dicere 'invideo'; angor tamen non et mihi licere quae sic concupisco, ut aegri vinum balinea fontes. numquamne hos artissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? numquam, puto. nam veteribus negotiis nova adcrescunt, nec tamen 3
priora peraguntur: tot nexibus, tot quasi catenis maius in dies occupationum agmen extenditur. vale.

VIIII.

C. PLINIUS APOLLINARI SUO S.

Anxium me et inquietum habet petitio Sexti Eruci mei. 1
adficior cura et quam pro me sollicitudinem non adii quasi pro me altero patior; et alioqui meus pudor, mea existimatio, mea dignitas in discrimen adducitur. ego Sexto latum clavum a 2
Caesare nostro, ego quaesturam impetravi, meo suffragio pervenit ad ius tribunatus petendi, quem nisi obtinet in senatu, vereor ne decepisse Caesarem videar. proinde adnitendum est 3
mihi ut talem eum iudicent omnes, qualem esse princeps mihi credidit. quae causa si studium meum non incitaret, adiutum tamen cuperem iuvenem probissimum, gravissimum, eruditissimum, omni denique laude dignissimum, et quidem cum tota domo. nam pater ei Erucius Clarus, vir sanctus, antiquus, di- 4
sertus atque in agendis causis exercitatus, quas summa fide, pari constantia nec verecundia minore defendit. habet avunculum C. Septicium, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi. omnes me certatim et tamen ae- 5
qualiter amant, omnibus nunc ego in uno referre gratiam possum. itaque prenso amicos, supplico, ambio, domos stationesque circumeo, quantumque vel auctoritate vel gratia valeam

---

1 suggerunt **MVD**ς**a** suggerit **Fpr** aliud **r** facis **MVDr** facias **Fp**ς**a** 2 mihi uti licere **r** 3 aeger **Dpr*** balnea fontis **p** numquam hos **F** numquam hosne **p** 4 si *om.* **D** 5 nam ueteribus **MVD**ς nam in ueteribus **Fpra** adcrescunt noua **r** 6 tot nexibus quam catenis **r** 7 ostenditur **r**

VIIII 10 et quietum *corr. al. man., ut videtur*, et inquietum **V** Sextii **r** Erutii **a** Euritii **pr*** 11 sollitudinem **M** 12 alioquin **F** 13 in discrimine **r** Sextio **r** 14 uenit **r** 15 tribunatum **MV** 16 uereor (uerior **r**) in senatu **Fr** ne *om.* **Fa** est *om.* **r** 17 talem omnes eum iudicent qualem eum esse **pr*** 19 cuperes **r** eruditissimum et omni **p**

20 omni *om.* **D** 21 ei **MVD** eius **Fpra** Erutius **a** Euritius **pr*** 22 exercitus **Fa** summas pari **D** 24 septitium **FD** 26 in unum **p** gratias **r** 27 prenso **MVD** prehenso **pr** prendo **Fa** supplico *om.* **D** stationes circumeo **pr*** 28 quantuncunque **r**

6 precibus experior; teque obsecro ut aliquam oneris mei partem
suscipere tanti putes. reddam vicem, si reposces, reddam et si
non reposces. diligeris, coleris, frequentaris: ostende modo velle
te, nec deerunt qui quod tu velis cupiant. vale.

X.

C. PLINIUS OCTAVIO SUO S.

1 Hominem te patientem vel potius durum ac paene crudelem,
2 qui tam insignes libros tam diu teneas! quousque et tibi et nobis
invidebis, tibi maxima laude, nobis voluptate? sine per ora
hominum ferantur isdemque quibus lingua Romana spatiis per-
vagentur. magna et iam longa expectatio est, quam frustrari
3 adhuc et differre non debes. enotuerunt quidam tui versus et
invito te claustra sua refregerunt. hos nisi retrahis in corpus,
4 quandoque ut errones aliquem cuius dicantur invenient. habe
ante oculos mortalitatem, a qua adserere te hoc uno monimento
potes: nam cetera fragilia et caduca non minus quam ipsi ho-
mines occidunt desinuntque. dices, ut soles, 'amici mei vide-
5 rint'. opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, tam
laboriosos, ut tantum curae intentionisque suscipere et possint
et velint. sed dispice ne sit parum providum sperare ex aliis
6 quod tibi ipse non praestes. et de editione quidem interim ut
voles: recita saltem, quo magis libeat emittere, utque tandem
percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere praesumo.
7 imaginor enim qui concursus, quae admiratio te, qui clamor,
quod etiam silentium maneat; quo ego, cum dico vel recito, non

---

1 te quoque p *Catanaeus* oneris pra honeris FD muneris MVς 2 uices p reddam et si non reposces *om.* Dr 3 non reposces Fςa non reposcis MV ne reposces p dilegeris MV frequentaberis r 4 qui id quod MV tu *om.* rς

X 6 OCTAVI D 8 qui tam] quod tamen r tenes D quiusque (o superscr.) et tibi V quousque tibi pr* tibi maxima laude nobis uoluptate MVF tibi maximam (maxima a) laudem nobis uoluptatem rςa tibi maximas laudes nobis (nouis D) uoluptates Dp 10 iisdemque F romana lingua pr* 11 etiam longa MVDa etiam longaque pr* etiam longuaque F expectationem quam D expectatione quam r 12 diferre MV enotuerunt FDpa enotucre rς enituerunt MV emicuerunt *coniecit Cortius* 13 sua MVD tua Fpra, *om.* ς retrahis MVDpς retrahes Fa retrahas r 14 errores V dicuntur MV inueniant Fa hebetante oculo mortalitatem F hebetante oculos mortalitate r 15 a qua] ad quam D hoc *om.* p uni M 17 desinuntque] desūq; (t superscr.) F 18 optimos equidem D tam laboriosos *om.* F 21 et de ditiones interim D 22 utque] ut quod D ut quo r 23 pro te] prope MV 24 admiratur te r 25 quo ego Dpra quod ego MVF

minus quam clamore delector, sit modo silentium acre et inten-
tum et cupidum ulteriora audiendi. hoc fructu tanto, tam pa- 8
rato desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare; quae
cum modum excedit, verendum est ne inertiae et desidiae vel
etiam timiditatis nomen accipiat. vale.

XI. (a. 100)

C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

Solet esse gaudio tibi, siquid actum est in senatu dignum 1
ordine illo. quamvis enim quietis amore secesseris, insidet tamen
animo tuo maiestatis publicae cura. accipe ergo quod per hos
dies actum est, personae claritate famosum, severitate exempli
salubre, rei magnitudine aeternum. Marius Priscus accusanti- 2
bus Afris, quibus pro consule praefuit, omissa defensione iudi-
ces petiit. ego et Cornelius Tacitus, adesse provincialibus iussi,
existimavimus fidei nostrae convenire notum senatui facere ex-
cessisse Priscum inmanitate et saevitia crimina quibus dari
iudices possent, cum ob innocentes condemnandos, interficien-
dos etiam, pecunias accepisset. respondit Fronto Catius depre- 3
catusque est ne quid ultra repetundarum legem quaereretur,
omniaque actionis suae vela, vir movendarum lacrimarum peri-
tissimus, quodam velut vento miserationis implevit. magna 4
contentio, magni utrimque clamores, aliis cognitionem senatus
lege conclusam, aliis liberam solutamque dicentibus, quantum-
que admisisset reus, tantum vindicandum. novissime consul 5
designatus Iulius Ferox, vir rectus et sanctus, Mario quidem
iudices interim censuit dandos, evocandos autem quibus dicere-
tur innocentium poenas vendidisse. quae sententia non prae- 6
valuit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola fre-
quens, adnotatumque experimentis, quod favor et misericordia
acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio

---

1 acre] aure F 4 recedit p uenerandum D et desiae D 5 timidatis D accipiatur *corr.* — at M accipias D

XI. 7 ARINIO Dp 8 actum rςa acti MVFDp 9 ordine illo dignum pr* ordine quamuis illo enim D recesseris r insidit MV 10 ergo accipe p per *om.* MV 12 excusantibus D 13 proconsule MV Fς proconsul Da proncons. pr 14 petiit MVrςa petit FDp 18 accipisset MV 20 actiones MV uela uiro Fp ulauia D peritissimo p peritissimarum F 21 uento uelut r 22 alius V conditionem D sanatus M, *om.* r 23 consciussam D alius V quantum admisisse reus tamen iudicandum est r 25 Mario] maior D 26 censuit *om.* r ē uocandos M 29 adnotumque Fa adnotatumque est p experimentis quod pauor D experimentisque pauor p 30 uehementis (c superscript) V

7 et ratione quasi restincta considunt. unde evenit ut quod multi
clamore permixto tuentur nemo tacentibus ceteris dicere velit:
patescit enim, cum separaris a turba, contemplatio rerum quae
8 turba teguntur. venerunt qui adesse erant iussi, Vitellius Ho-
noratus et Flavius Marcianus. ex quibus Honoratus trecentis
milibus exilium equitis Romani septemque amicorum eius ulti-
mam poenam, Marcianus unius equitis Romani septingentis mi-
libus plura supplicia arguebatur emisse: erat enim fustibus caesus,
9 damnatus in metallum, strangulatus in carcere. sed Honoratum
cognitioni senatus mors opportuna subtraxit, Marcianus inductus
est absente Prisco. itaque Tuccius Cerialis consularis iure sena-
torio postulavit ut Priscus certior fieret, sive quia miserabiliorem,
sive quia invidiosiorem fore arbitrabatur, si praesens fuisset,
sive, quod maxime credo, quia aequissimum erat commune
crimen ab utroque defendi, et si dilui non potuisset, in utroque
10 puniri. dilata res est in proximum senatum, cuius ipse con-
spectus augustissimus fuit. princeps praesidebat; erat enim
consul: ad hoc Ianuarius mensis cum cetera tum praecipue sena-
torum frequentia celeberrimus: praeterea causae amplitudo aucta-
que dilatione expectatio et fama insitumque mortalibus studium
11 magna et inusitata noscendi omnes undique exciverat. imaginare
quae sollicitudo nobis, qui metus, quibus super tanta re in illo
coetu praesente Caesare dicendum erat. equidem in senatu non
semel egi, quin immo nusquam audiri benignius soleo, tunc me
12 tamen ut nova omnia novo metu permovebant. obversabatur praeter
illa quae supra dixi causae difficultas: stabat modo consularis, modo
13 septemvir epulonum, iam neutrum. erat ergo perquam onero-
sum accusare damnatum, quem ut premebat atrocitas criminis,
14 ita quasi peractae damnationis miseratio tuebatur. utcumque
tamen animum cogitationemque collegi, coepi dicere non minore

---

1 restricta r 3 patefecit r 4 turbate aguntur r 5 et Flavius Marcianus ex quibus Honoratus *om.* MV Martianus *constanter* Fpra Honoratus *om.* r 6 inimicorum M 7 septigentis V VII r 8 enim cerialis (cerealis M) fustibus MV fascibus a 10 mors] mora D oportuna MF introductus a 11 tuccius VD tuctius F ductius M tutius pra cerealis Fpra 12 siue quia miserabiliorem — fuisset *om.* r: siue quia miserabiliorem *om.* ς 13 arbitratur D 15 ab uno quoque r delui F 16 dilata est res r ipso] tempore p 17 angustissimus Dpr* 18 ad hoc MVrςa adhuc FDp mensès V 21 insitata *corr. al. man.* inusitata F 23 caetu M in senatum D 24 audire D 25 omnia *bis scriptum* D premouebant r* perpraemouebant p* obuersabatur VFςa obseruabatur M obuersabaturque Dpr 26 dixi *om.* D statuat D 27 septemuiri D ergo MVDrς igitur Fpa 29 itaque si D miseratio damnationis p* damnationis miserator r* tuebatur *om.* r

audientium adsensu quam sollicitudine mea: dixi horis paene
quinque. nam duodecim clepsydris, quas spatiosissimas accepe-
ram, sunt additae quattuor. adeo illa ipsa quae dura et adversa
dicturo videbantur secunda dicenti fuerunt. Caesar quidem tan- 15
tum mihi studium, tantam etiam curam (nimium est enim dicere
sollicitudinem) praestitit, ut libertum meum post me stantem
saepius admoneret, voci laterique consulerem, cum me vehe-
mentius putaret intendi, quam gracilitas mea perpeti posset.
respondit mihi pro Marciano Claudius Marcellinus. missus deinde 16
senatus et revocatus in posterum: neque enim iam inchoari po-
terat actio, nisi ut noctis interventu scinderetur. postero die 17
dixit pro Mario Salvius Liberalis, vir subtilis dispositus acer
disertus; in illa vero causa omnes artes suas protulit. respondit
Cornelius Tacitus eloquentissime et, quod eximium orationi eius
inest, cεμνῶc. dixit pro Mario rursus Fronto Catius insigniter, 18
utque iam locus ille poscebat, plus in precibus temporis quam
in defensione consumpsit. huius actionem vespera inclusit, non
tamen sic ut abrumperet. itaque in tertium diem probationes
exierunt. iam hoc ipsum pulchrum et antiquum, senatum nocte
dirimi, triduo vocari, triduo contineri. Cornutus Tertullus, con- 19
sul designatus, vir egregius et pro veritate firmissimus, censuit
septingenta milia quae acceperat Marius aerario inferenda, Mario
urbe Italiaque interdicendum, Marciano hoc amplius Africa. in
fine sententiae adiecit, quod ego et Tacitus iniuncta advocatione
diligenter et fortiter functi essemus, arbitrari senatum ita nos
fecisse, ut dignum mandatis partibus fuerit. adsenserunt con- 20
sules designati, omnes etiam consulares usque ad Pompeium
Collegam: ille et septingenta milia aerario inferenda et Mar-
cianum in quinquennium relegandum, Marium repetundarum
poenae, quam iam passus esset, censuit relinquendum. erant in 21

---

1 consensu **Dp** 2 duodecim] XXII **p** XX *Catanaeus* decem *vulgo* clepsidrys **M** spaciosissime **F** speciosissimas **r** 3 audite **F** 4 quidem *om.* **p** mihi tantum **pr*a** 5 etiam curam *corr.* curam etiam **D** curam etiam **pr** 8 incendi **rς** 10 iam] tam **V** 11 actio nisi ut noctis **MVrς** actionis ut noctis **D** actio nisi noctis **Fpa** interuentus scinderentur **r** die *om.* **a** 12 sacer **F** 13 illa] ipsa **Dpr*** 14 et] ut **r** eius **MVDp** suae **rς**, *om.* **Fa** 15 CEMNOC **MF**, *in lacuna om.* **pr** 19 senatum *om.* **r** 20 dirimi **MDp** *Pomponius Laetus* dirimit **V** dimitti **Fr** *Beroaldus* **a** reuocari **Dpr*** tertulus **V** 21 pro *om.* **F** 22 septingenta] CC **r** acciperat **M** 24 quod] qui **p** tatitus **V** 25 diligenter fortiterque **pr*a** 26 adsenserit **D** 28 et VCC milia **r** milia quae acceperat Marius aerario **a** ferenda **r** 29 in] et **r** 30 quam] q (*h. e.* quia) **F** consuit **D** crant utraque **D**

utraque sententia multi, fortasse etiam plures in hac vel solutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque qui Cornuto videbantur adsensi hunc, qui post ipsos censuerat, sequebantur.
22 sed cum fieret discessio, qui sellis consulum adstiterant in Cornuti sententiam ire coeperunt. tum illi qui se Collegae adnumerari patiebantur in diversum transierunt, Collega cum paucis relictus. multum postea de inpulsoribus suis, praecipue de Regulo, questus est, qui se in sententia quam ipse dictaverat deseruisset. est alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut pluri-
23 mum audeat, plurimum timeat. hic finis cognitionis amplissimae. superest tamen λειτούργιον non leve, Hostilius Firminus, legatus Mari Prisci, qui permixtus causae graviter vehementerque vexatus est. nam et rationibus Marciani et sermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse stipulatusque de Marciano quinquaginta milia denariorum probabatur, ipse praeterea accepisse sestertia decem milia, foedissimo quidem titulo, nomine unguentarii, qui titulus a vita hominis compti semper et pumi-
24 cati non abhorrebat. placuit censente Cornuto referri de eo
25 proximo senatu: tunc enim, casu an conscientia, afuerat. habes res urbanas; invicem rusticas scribe. quid arbusculae tuae, quid vineae, quid segetes agunt, quid oves delicatissimae? in summa, nisi aeque longam epistulam reddis, non est quod postea nisi brevissimam expectes. vale.

XII. (a. 100)

C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

1 Λειτούργιον illud, quod superesse Mari Prisci causae proxime scripseram, nescio an satis, circumcisum tamen et adrasum

---

2 quoque *om.* r 4 dissensio p 5 qui *om.* D 7 postea dedit impulsoribus Dp 8 se *om.* r 9 est alioquin (aliqū r) tam mobile ingenium Regulo pr* alioquin F 10 cogitationis V 11 λειτούργιον Dςa ΛΙΤΟΥΡΓΙΟΝ *et in marg.* λειτουργιον negocium F ΜΠΟΥΡΤΙΟΝ MV, *om.* r *et in lacuna* p Firminius r Firmius a 12 marii Fpra 13 sermone quem ille Dpra sermoni quem ille F sermoneq. mille V sermone quae mille M 14 lepcitanorum MV 16 probatur MD 17 sextertium ς decim MV 18 ungentari VD qui] quin D semper] per r punicati D 20 casu incertum an Fpr afuerat MVD abfuerat Frςa affuerat p 22 segestes F agant *vulgo* deligatissimae M in summam MV 23 reddes *vulgo* nisi *om.* r 24 exceptes V VALE. ITEM AD EUNDEM ΛΙΤΟΥΡΓΙΟΝ illud F

XII 26 ARRIANO MVrςa ARRIO D Arrinio p 27 λειτούργιον Da ΛΙΠΟΥΡΠΟΝ MV ΛΙΗϹΥΡΓΙΟΝ *Riccard. in indice*, *in lacuna om.* pr: illud quod superesse λειτούργιον ς mari VD marii Fpra mali M causa D 28 adrasum MVDa abrasum Fpr

est. Firminus inductus in senatum respondit crimini noto. se- 2
cutae sunt diversae sententiae consulum designatorum: Cornutus
Tertullus censuit ordine movendum, Acutius Nerva in sortitione
provinciae rationem eius non habendam. quae sententia tam-
quam mitior vicit, cum sit alioqui durior tristiorque. quid enim 3
miserius, quam exectum et exemptum honoribus senatoriis labore
et molestia non carere? quid gravius, quam tanta ignominia
adfectum non in solitudine latere, sed in hac altissima specula
conspiciendum se monstrandumque praebere? praeterea quid pu- 4
blice minus aut congruens aut decorum, *quam* notatum a senatu
in senatu sedere ipsisque illis a quibus sit notatus aequari et
summotum a proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesse-
rat, de proconsulibus iudicare damnatumque sordium vel dam-
nare alios vel absolvere? sed hoc pluribus visum est. numerantur 5
enim sententiae, non ponderantur; nec aliud in publico consilio
potest fieri, in quo nihil est tam inaequale quam aequalitas ipsa.
nam cum sit inpar prudentia, par omnium ius est. inplevi pro- 6
missum priorisque epistulae fidem exsolvi, quam ex spatio tem-
poris iam recepisse te colligo: nam et festinanti et diligenti
tabellario dedi; nisi quid inpedimenti in via passus est. tuae 7
nunc partes, ut primum illam, deinde hanc remunereris litteris,
quales istinc redire uberrimae possunt. vale.

XIII. (a. 98)

C. PLINIUS PRISCO SUO S.

Et tu occasiones obligandi me avidissime amplecteris, et 1
ego nemini libentius debeo. duabus ergo de causis a te potis- 2
simum petere constitui, quod inpetratum maxime cupio. regis
exercitum amplissimum; hinc tibi beneficiorum larga materia:
longum praeterea tempus, quo amicos tuos exornare potuisti.

---

1 Firnumus (*h. e.* Firminius) r   3 tertullius D   in sortitionē D   6 exectum] exeotum r exactum *Catanaeus* exutum *P. Faber semestr. II 16 p. 266*   labor et V laboribus et rς   7 care D   8 in hac in altissima specula conspicuum se r   9 publice] subplice M publiceque D   10 quam *om.* MVFDpra, *add. Sichardus*   notatum MVDrςa notandum F *Riccard.* p   11 illisque ipsis pr* ipsisque illisque ipsis F   sit] sic p et *om.* Fa   13 damnatum sordium p   14 sed hoc *om.* F   15 in publico consilio fieri potest F in consilio publico fieri potest pr*   16 tam est r   18 priorique M   19 iam *om.* r   recipisse te colligo MV recipisse recolligo r recepisse colligo D   nam festinanti pr   21 partis F   remuneres Dpr*   22 istinc redire] istin credere M   potest r   vale *om.* V

XIII 24 Cornelio Prisco ς   25 At tu F ut tu p   auidisseme M   27 imperatum V impetrare r   29 praeterea] postea r

3 converte te ad nostros, nec hos multos. malles tu quidem mul-
tos; sed meae verecundiae sufficit unus aut alter, ac potius unus.
4 is erit Voconius Romanus. pater ei in equestri gradu cla-
rus, clarior vitricus, immo pater alius: nam huic quoque
nomini pietate successit. mater e primis citerioris Hispa-
niae: scis quod iudicium provinciae illius, quanta sit gra-
5 vitas. ipse flamen proxime fuit. hunc ego, cum simul stude-
remus, arte familiariterque dilexi: ille meus in urbe, ille in
secessu contubernalis, cum hoc seria, cum hoc iocos miscui.
6 quid enim illo aut fidelius amico aut sodale iucundius? mira in
7 sermone, mira etiam in ore ipso vultuque suavitas. ad hoc in-
genium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in causis
agendis: epistulas quidem scribit, ut Musas ipsas latine loqui
8 credas. amatur a me plurimum nec tamen vincitur. equidem
iuvenis statim iuveni quantum potui per aetatem avidissime con-
tuli et nuper ab optimo principe trium liberorum ius impetravi,
quod quamquam parce et cum delectu daret, mihi tamen, tam-
9 quam eligeret, indulsit. haec beneficia mea tueri nullo modo
melius, quam ut augeam, possum, praesertim cum ipse illa tam
grate interpretetur, ut, dum priora accipit, posteriora mereatur.
10 habes qualis, quam probatus carusque sit nobis, quem rogo pro
ingenio, pro fortuna tua exornes. in primis ama hominem:
nam licet tribuas ei quantum amplissimum potes, nihil tamen
amplius potes amicitia tua; cuius esse eum usque ad intimam
familiaritatem capacem quo magis scires, breviter tibi studia,

---

1 conuerte te *Sichardus* conuertere **MVFDpra** nec hos **MVD** *Riccard.* ςa nec hos quidem **Fpr** males *Heusingerus:* malles tu quidem multos *om.* r 2 ac potius **MVDp**ςa ad potius *Riccard.* aut potius **F** sed potius r 3 is] his **F** ei **MV**ς eius r plinii **Fpa** *et in litura duarum litterarum al. man.* **D** 4 uictricus **F** huiç quoque nomini pietate successit **MVD** *Riccard.* pr huius quoque nomine et pietati (pietate a) successit **Fa** 5 mater e primis citerioris **M** mater e primis (mater. E primis *Cat.* a) ipse citerioris **VFDpr** *Catanaeus* a mater e primis ipsa citerioris ς. '*in uno tantum codice legi sine verbo* mater *sic*, e primis ipse citerioris Hispaniae' *Catanaeus* hispaniae Et scis **F** 6 iudium prouinciae **M** prouintiae iudicium p illius scis quanta **Dpra** 7 ipse flamen *vulgo ex Catanaei editione secunda, ut videtur:* ipse *om.* **MVFDpra** *cf. VI 26, 1* hunc] Habui r 8 artem **M** insecesse **F** incessu **M** 10 illo aut **MVD**ς aut illo **Fpra** iocundius **V** 11 etiam in uultu suauitas p etiam] est r ad haec rς 12 excelsum] excussum **Dp** 13 epistulis **M** 14 amaturi a me **M** 15 satim inueni **D**: statim *om.* **MV**ς quam potui r: potui *om.* **M** 16 liberorum ei ius rςa 17 quanquam **V** dilectu **MVD** 18 eligeret **FDpa** liceret **MVr**ς 19 ut] aut **M** ipsa illa r: ipse *om.* **D** 20 interpretentur r 21 pro genio **D** 22 exornes tua p 23 nam] ama **F** *Riccard.* amplissimum potest **F** nihil tamen amplius potes *om.* **MVD** 24 potes rςa potest **F** *Riccard.* p usque in intimam **Fa**

mores, omnem denique vitam eius expressi. extenderem pre- 11
ces, nisi et tu rogari diu nolles, et ego tota hoc epistula fecissem: rogat enim, et quidem efficacissime, qui reddit causas rogandi. vale.

XIIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Verum opinaris: distringor centumviralibus causis, quae me 1
exercent magis quam delectant. sunt enim pleraeque parvae et exiles: raro incidit vel personarum claritate vel negotii magnitudine insignis. ad hoc pauci cum quibus iuvet dicere: ceteri 2
audaces atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transierunt, tam inreverenter et temere, ut mihi Atilius noster expresse dixisse videatur sic in foro pueros a centumviralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. nam hic quoque, ut illic, primum coepit esse quod maximum est. at hercule ante memoriam meam (ita maiores natu solent 3
dicere) ne nobilissimis quidem adulescentibus locus erat nisi aliquo consulari producente: tanta veneratione pulcherrimum opus colebatur. nunc refractis pudoris et reverentiae claustris 4
omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed inrumpunt. sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti: manceps convenitur: in media basilica tam palam sportulae quam in triclinio dantur: ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. inde iam non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur [ἀπὸ τοῦ σοφῶς καὶ 5
καλεῖσθαι]: isdem latinum nomen inpositum est Laudiceni. et 6

---

2 noles p tota hoc MVFpr tota hac a hoc tota D 3 efficacissume F Riccard.

XIIII 7 destringor MV 8 magisque delectant r pranae p 9 exilis M exillis V ex illis ς 10 pauci MVDς perpauci Fpra in pauci Riccard. cum quibus innet MVD cum quibus iuuat Fpa quibuscum iuuat ς 11 adque M magna] magis r a declamando I. F. Gronovius 12 transierunt MVFD Riccard. r transeunt pςa 13 atilius noster ut mihi D attilius Fp* acilius r* 14 causi MV 16 est om. r ita maiores natu solent MVFD Riccard. p maiores natu solebant r ita maiores natu solebant Beroaldus maiores natu ita solebant a 17 adulescentibus MVDςa adulescentulis F Riccard. pr 19 colebatur MVFD Riccard. p celebrabatur ra 20 potent D nec inducuntur Fpra nec ducuntur MV nec iniduntur D 21 auctoribus F conducti et redempti manceps (mancipes ς) conuenitur in media MVDς conuenitur a conductis et redemptis In media F conducti et redempti mancipes. conuenitur (conuenit r) a conductis et redemptis in media pra: '*Riccardianus vocem* mancipes *ignorat*' 22 basilica ubi tam a palmam p tryclinio M 24 σοφοκλεῖς ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ καλεῖσθαι uocantur (uocantur *om.* ς) Dς uocantur *praecedente lacuna* p, *in lacuna om.* r, σοφοκλεῖς uocantur *(rell. om.) Catanaeus* ΑΠΟΤΟΥCΟΦΟC ΚΑΙ ΚΛΕΙCΘΑΙ V ΑΤCΟΤΟΥCΟΦΩCCΚΛΙΚΛΕΙCΘΑΙ M σοφός a 25 isdem] inde r est *om.* r laodiceni MVr

tamen crescit in dies foeditas utraque lingua notata. here duo
nomenclatores mei (habent sane aetatem eorum qui nuper togas
sumpserint) ternis denariis ad laudandum trahebantur. tanti
constat ut sis disertissimus. hoc pretio quamlibet numerosa sub-
sellia inplentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti cla-
7 mores commoventur, cum mesochorus dedit signum. opus est
8 enim signo apud non intellegentes, ne audientes quidem: nam
plerique non audiunt, nec ulli magis laudant. siquando transi-
bis per basilicam et voles scire quo modo quisque dicat, nihil
est quod tribunal ascendas, nihil quod praebeas aurem; facilis
divinatio: scito eum pessime dicere, qui laudabitur maxime.
9 primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinus, hactenus
tamen ut auditores corrogaret: ita certe ex Quintiliano, prae-
10 ceptore meo, audisse memini. narrabat ille 'adsectabar Domi-
tium Afrum. cum apud centumviros diceret graviter et lente
(hoc enim illi actionis genus erat), audit ex proximo inmodicum
insolitumque clamorem. admiratus reticuit. ubi silentium factum
11 est, repetit quod abruperat. iterum clamor, iterum reticuit, et
post silentium coepit idem tertio. novissime quis diceret quaesi-
vit: responsum est 'Licinus'. tum intermissa causa 'centumviri'
12 inquit, 'hoc artificium periit'.' quod alioqui perire incipiebat,
cum perisse Afro videretur, nunc vero prope funditus extinctum
et eversum est. pudet referre quae quam fracta pronuntiatione
13 dicantur, quibus quam taetris clamoribus excipiantur. plausus
tantum ac potius sola cymbala et tympana illis canticis desunt:
ululatus quidem (neque enim alio vocabulo potest exprimi thea-

1 in dies crescit **D** here **MV** heri **Fpra** herb **D** 2 nomenculatores **D** nomendatores **p*** nomen latores **r*** togam **r** 3 sumpserint **MVD** sumpserunt **Fpra** 4 ut si disertissimus **D** ut discrti simus **p** desertissimus **MV** precio **MV** q; libet **D** quelibet **r** 5 ingens] ingenii **D** hic infiniti **p** 6 mesechorus **pr** μεσόχοροϲ *Catanaeus* **a** dedit hoc signum **p** 7 ne] nec **MV** 8 ulli] illi **p** 10 quod tu praebeas **pr** 11 qui prae ceteris laudabitur maxime **pr** qui laudatur maxime **ς** 12 largius **MVDpr** larcius **F** *Riccard.* **a** licinus **MV** licinius **FD** *Riccard.* **pra** 13 corr$\overset{o}{i}$garet **V** certe ex] sane et **r** quintilliano **F** 14 audisse me memini **D** audire memini **ς** narrabat autem ille **Dp** adsectabar **FDpςa** adfectabat **MV**, *om.* **r** 15 cum (cum *om.* **r**) apud centumuiros diceret graviter **FDpra** cum aut centum grauiter **M** cum agentem grauiter **V** apud centumuiros agentem grauiter **ς** et lente] edente **D** 16 enim *om.* **rς** audiit **a** cum audiit **ς** ex *om.* **r** 17 solitumque **F** insolitum **r.** ubi sibi silentium **F** 18 abrumperat *expuncto* m **V** 19 quesiit **Fpr** quaesit **D** 20 licinus **MVD** Licinius **ςa** Licentius **Fpr** tunc **rς** 21 inquid **MF** periit *Catanaeus* **a** perit **MVFDpr** alioquin **F** 24 taetris *Mommsenus* teneris **MVFDpra** 25 potius *om.* **p** 26 ululatu **MV**

tris quoque indecora laudatio) large supersunt. nos tamen ad- 4
huc et utilitas amicorum et ratio aetatis moratur ac retinet.
veremur enim ne forte non has indignitates reliquisse, sed laborem fugisse videamur. sumus tamen solito rariores, quod initium est gradatim desinendi. vale.

XV.

C. PLINIUS VALERIANO SUO S.

Quo modo te veteres Marsi tui? quo modo emptio nova? 1
placent agri, postquam tui facti sunt? rarum id quidem: nihil
enim aeque gratum est adeptis quam concupiscentibus. me 2
praedia materna parum commode tractant, delectant tamen ut materna; et alioqui longa patientia occallui. habent hunc finem adsiduae querellae, quod queri pudet. vale.

XVI.

C. PLINIUS ANNIANO SUO S.

Tu quidem pro cetera tua diligentia admones me codicillos 1
Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non scriptis
habendos, quia non sint confirmati testamento. quod ius ne 2
mihi quidem ignotum est, cum sit iis etiam notum, qui nihil aliud sciunt. sed ego propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiamsi iure deficerentur, quasi perfectas tuerer. constat autem codicillos istos Aciliani manu scri-
ptos. licet ergo non sint confirmati testamento, a me tamen 3
ut confirmati observabuntur, praesertim cum delatori locus non
sit. nam si verendum esset ne quod ego dedissem populus eri- 4
peret, cunctantior fortasse et cautior esse deberem. cum vero liceat heredi donare quod in hereditate subsedit, nihil est quod obstet illi meae legi, cui publicae leges non repugnant. vale.

---

1 indecora quoque F^a superest p 3 has] his D refugisse *Sichardus* 4 uideatur *corr. al. man.* uideamur M solito rariores Fpra solitariores D solito maiores MV

XV 7 VALERIO Fa 9 facti tui r parum V 10 ademptis M 12 et *om.* pra alioquin F occallui MVDςa hoc alui F inocallui *Riccard.* occalui aliis pr habes Dp 13 quaerele V quod queri pudet *om.* D

XVI 15 ANNIANO MVDpς ANNIO F *Riccard. Catanaeus* a Ammiano r 16 cetera] certa r codicellos F 17 Aciliani *Catanaeus* a acilliani MF ac illam V atilliani D atiliani p attiliani r 18 sint Fpa sunt MVDrς ne quidem mihi r 19 his MVD 20 aliud *om.* r propriam] proximam MV 21 iure deficerentur MVD *Riccard.* a iure deficerent Fpr iura deficerent *Sichardus* 22 tuerer] uerer M codicellos F aciliani M *Catanaeus* a acillani V acilliani F atilliani D atiliani p actiliani r manus M 24 ut *om.* D seruabuntur r 25 nam seuerendum M 26 cunctatior Fpra 27 subsidit D 28 cui *om.* F

XVII.

C. PLINIUS GALLO SUO S.

1 Miraris cur me Laurentinum vel, si ita mavis, Laurens
meum tanto opere delectet: desines mirari, cum cognoveris
2 gratiam villae, opportunitatem loci, litoris spatium. decem et
septem milibus passuum ab urbe recessit, ut peractis quae agenda
fuerint salvo iam et composito die possis ibi manere. aditur
non una via: nam et Laurentina et Ostiensis eodem ferunt, sed
Laurentina a quarto decimo lapide, Ostiensis ab undecimo re-
linquenda est. utrimque excipit iter aliqua ex parte harenosum,
3 iunctis paulo gravius et longius, equo breve et molle. varia hinc
atque inde facies: nam modo occurrentibus silvis via coartatur,
modo latissimis pratis diffunditur et patescit; multi greges ovium,
multa ibi equorum boum armenta, quae montibus hieme depulsa
herbis et tepore verno nitescunt. villa usibus capax, non sum-
4 ptuosa tutela. cuius in prima parte atrium frugi nec tamen
sordidum; deinde porticus in D litterae similitudinem circum-
actae, quibus parvula, sed festiva area includitur, egregium ad-
versus tempestates receptaculum: nam specularibus ac multo
5 magis imminentibus tectis muniuntur. est contra medias cavae-
dium hilare, mox triclinium satis pulchrum, quod in litus ex-
currit, ac siquando africo mare inpulsum est, fractis iam et
novissimis fluctibus leviter adluitur. undique valvas aut fenestras
non minores valvis habet atque ita a lateribus, a fronte quasi
tria maria prospectat; a tergo cavaedium, porticum, aream,
porticum rursus, mox atrium, silvas et longinquos respicit mon-
6 tes. huius a laeva retractius paulo cubiculum est amplum, de-

---

3 mauisi aurens **M** 4 tantopere **V** desinens **VD** 5 oportunitatem **MVFD** decim **MV** et *om.* **MV** 6 secessit **MVFDpra**; *cf. V 6, 2* 7 salua **M** soluto *vel* absoluto *Buchnerus* 8 laurentiana **M** et Ostiensis — sed Laurentina *om.* **MV** fuerunt **D** 9 hostiensi ab **p** 10 utrumque **D** utramque *Cortius* aliqua] aqua **D** 11 uinctis a iumentis **rς** varia] grata **D** 12 adque **M** 14 ibi *om.* **D** boum **MV** bouium **D** boumque **Frςa** bouumque **p** 15 tepore **VFςa** tempore **MDpr** pinguescunt nitescunt **r** 16 tutella **MV** frugi] fungi **p** 17 in d litterae **F** inde litterae **MVD** *Riccard.* in O litterae **pra** similitudine **MVp** 18 paruola **MVD** egregium aduersus **MVrς** egregium hae (haec a ex *Riccard.*) aduersum (aduersus **D**) **FD** *Riccard.* **pa** 19 speculatoribus **F** *Riccard.* 22 mari **F** fractis iam et **Fpra** etiam fractis et **D** fractis simul et **MV** 23 aut] atque **pr** 24 ita *om.* **Fa** a *posteriore loco om.* **F** 25 tria *om.* **MV** prospectant a tergo **p** prospectat ergo **D** prospectata ergo (*corr. al. man.* tergo) **M** cauendium *Riccard.* **p** cauendum **F** 26 *respicit] fortasse* prospicit

inde aliud minus, quod altera fenestra admittit orientem, occi-
dentem altera retinet, hac et subiacens mare longius quidem,
sed securius intuetur. huius cubiculi et triclinii illius obiectu in- 7
cluditur angulus, qui purissimum solem continet et accendit.
hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est: ibi omnes
silent venti exceptis qui nubilum inducunt et serenum ante
quam usum loci eripiunt. adnectitur angulo cubiculum in hapsida 8
curvatum, quod ambitum solis fenestris omnibus sequitur. pa-
rieti eius in bibliothecae speciem armarium insertum est, quod
non legendos libros, sed lectitandos capit. adhaeret dormitorium 9
membrum transitu interiacente, qui suspensus et tubulatus con-
ceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit et mi-
nistrat. reliqua pars lateris huius servorum libertorumque usibus
detinetur, plerisque tam mundis, ut accipere hospites possint.
ex alio latere cubiculum est politissimum; deinde vel cubiculum 10
grande vel modica cenatio, quae plurimo sole, plurimo mari lu-
cet; post hanc cubiculum cum procoetone, altitudine aestivum,
munimentis hibernum: est enim subductum omnibus ventis.
huic cubiculo aliud et procoeton communi pariete iunguntur.
inde balinei cella frigidaria spatiosa et effusa, cuius in contra- 11
riis parietibus duo baptisteria velut eiecta sinuantur, abunde ca-
pacia, si mare in proximo cogites. adiacet unctorium, hypo-
causton, adiacet propnigeon balinei, mox duae cellae magis
elegantes quam sumptuosae: cohaeret calida piscina mirifica, ex

---

1 admittit orientem admittit occidentem p 2 hac et **MVD** haec et **Fpra** mare subiacens **r**ς 3 sed] et **r** triclini illius **MVD** illius triclinii **pr** 4 plurissimum **D** plurimum *Mommsenus* 5 hoc hibernaculum *in marg.* **M** meorum est] eorum **D** 7 erripuerit **r** hapsida **MV** apsida **a** absida **r**ς haspida **F** *Riccard.* aspida **p**, *om.* **D** 9 bybliotheca **MV** armorum **D** 10 letitandos **F** dormitiorum menbrum¹. transitu **F** dormitorium membrum et transitu **pr*** 11 qui suspensus et subulatus **F** *Riccard.* qui suspensus et turbulatus **D** qui suspensus et tabulatus *Catanaeus* **a** qui suspensus et (et *om.* **p**) sublatus **pr** quod suspensum et tabulatum **MV**ς qui suspensus sublicis *Sichardus et Modius novant. lect. 107 Grut. lamp. V p. 276* conceptus **D** uaporem conceptum **r**ς 12 huc illucque **Fpr** 14 mundus **r** possint. Et ex **F** *Riccard.* 15 est cubiculum **r**ς pollitissimum **F** potissimum **MV** 16 grande — 17 cubiculum *om.* **D** plurimo sole *om.* **MV** 17 cum *om.* **r** procoetone **MVF** *Riccard.* ς**a** proc...... *corr. al. man.* proceriore **D** proceriore **pr** 18 munimento **p** ventis *om.* **F** 19 cubiculum **D** aliud communi et prochetorini parieti **r** et *om.* **p** procoeton **Fa** procoetois **MV** proc...... *corr. al. man.* proceriori **D** proceriori **p** προκοιτων ς 20 balinei **FD** balnei **MV** 21 duobus aptisteria **D** 22 si mare **MVDr**ς sin mare **Fp** si nare *Catanaeus* si innare **a** unctorium hypocauston **Fa** unctuarium hypocauston (hipocaustum **p** hippocastum **r**) **Dpr** unctaria immo hypocauston **V** unctaria IMMO HYPOcauston **M** unctuarium immo hypocaustum ς 23 propnigeon **FD**ς**a** pronigeon **V** pronignaeon **M** propingeon **p** prophileon **r** ualieni **D** 24 mirifica **MVD**ς mirifice **Fpra**

12 qua natantes mare aspiciunt; nec procul sphaeristerium, quod
calidissimo soli inclinato iam die occurrit. hic turris erigitur,
sub qua diaetae duae, totidem in ipsa, praeterea cenatio, quae
latissimum mare, longissimum litus, villas amoenissimas prospi-
13 cit. est et alia turris: in hac cubiculum, in quo sol nascitur
conditurque: lata post apotheca et horreum: sub hoc triclinium,
quod turbati maris non nisi fragorem et sonum patitur, eumque
iam languidum ac desinentem; hortum et gestationem videt,
14 qua hortus includitur. gestatio buxo aut rore marino, ubi defi-
cit buxus, ambitur: nam buxus, qua parte defenditur tectis, ab-
unde viret; aperto caelo apertoque vento et quamquam longinqua
15 aspergine maris inarescit. adiacet gestationi interiore circumitu
vinea tenera et umbrosa nudisque etiam pedibus mollis et ce-
dens. hortum morus et ficus frequens vestit, quarum arborum
illa vel maxime ferax terra est, malignior ceteris. hac non de-
teriore quam maris facie cenatio remota a mari fruitur: cingi-
tur diaetis duabus a tergo, quarum fenestris subiacet vestibulum
16 villae et hortus alius pinguis et rusticus. hinc cryptoporticus
prope publici operis extenditur. utrimque fenestrae, a mari plu-
res, ab horto singulae, sed alternis pauciores. hae, cum serenus
dies et inmotus, omnes, cum hinc vel inde ventis inquietus,
17 qua venti quiescunt, sine iniuria patent. ante cryptoporticum
xystus violis odoratus: teporem solis infusi repercussu crypto-
porticus auget, quae ut tenet solem, sic aquilonem inhibet sum-
movetque, quantumque caloris ante tantum retro frigoris. simi-
liter africum sistit atque ita diversissimos ventos alium alio

---

1 pheristeriom Fp speristerion r spheristerion ς 2 hic] hinc pς hic dies erigitur turris sub D 3 diaetae] zetae Dp quae] quam r 4 laetissimum M letissimum V amoenissimas uillas Fpra prospicit Fpra possidet MVDς 5 cubiculum quo p sol *om.* r 8 iam *om.* rς ac] et MVς 9 qua] quia *corr.* qua V gestatio] gestio V deficit (defigit V) buxu MV 12 aspargine V 13 uinca a 14 hortum] hor D 15 uel illa r est terra pr*a est malignior est ceteris M ac non deteriori quam p ac non deterior quod r ac non deteriore quam ς 16 a *om.* MVς cingitur FDpra uincitur MV 17 zetis Dpr* 18 pinguior Fp 19 operis instar extenditur a a *om.* MVς 20 *fortasse* ab horto pauciores, sed alternis singulae, *h. e. ab horto singulae fenestrae alternis vicibus ex adverso positae sunt* sed alternis MVDς et alternis F *Riccard.* et alterius p sed altius r et altius a haec cum F 21 dies etiam motus MV uentis inquietus MVD uentus inquietus (impetus r) Fpra 22 incuria MV ante — 24 tenet Fpra ante cryptoporticus auget quae ut tenet D ante cryptoporticum area quae ut tenet MV cryptoporticus p 23 fusi r repercussi p repercussit r ex repercussu ς 24 summouetque D submouetque Fpra continetque MV 25 quantumcumque p 26 durissimos r alio a latere a

latere frangit et finit. haec iucunditas eius hieme, maior aestate.
nam ante meridiem xystum, post meridiem gestationis hortique 18
proximam partem umbra sua temperat, quae, ut dies crevit decrevitve, modo brevior modo longior hac vel illa cadit. ipsa 19
vero cryptoporticus tum maxime caret sole, cum ardentissimus culmini eius insistit. ad hoc patentibus fenestris favonios accipit transmittitque nec umquam aëre pigro et manente ingravescit. in capite xysti deinceps [cryptoporticus horti] diaeta 20
est, amores mei, re vera amores: ipse posui. in hac heliocaminus quidem alia xystum, alia mare, utraque solem, cubiculum autem valvis cryptoporticum, fenestra prospicit mare. contra 21
parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae specularibus et velis obductis reductisve modo adicitur cubiculo, modo aufertur. lectum et duas cathedras capit: a pedibus mare, a tergo villae, a capite silvae: tot facies locorum totidem fenestris et distinguit et miscet. iunctum est cubiculum noctis et 22
somni. non illud voces servulorum, non maris murmur, non tempestatum motus, non fulgurum lumen ac ne diem quidem sentit, nisi fenestris apertis. tam alti abditique secreti illa ratio, quod interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit atque ita omnem sonum media inanitate consumit. adplicitum 23
est cubiculo hypocauston perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. procoeton inde et cubiculum porrigitur in solem, quem orientem statim exceptum ultra meridiem oblicum quidem, sed tamen servat. in hanc ego diaetam cum me recepi, abesse mihi etiam 24
a villa mea videor, magnamque eius voluptatem praecipue Sa-

---

1 iocunditas **V** eius] enim **D** 2 gestationis hortique **VD** gestationes hortique **MFpa** gestationis orti **r** gestationem ortique **ς** 3 sua *om.* **F** temperant **MV** ut dies creuit decreuitue (decreuitque **p**) ut dies modo **Dp** decreuitque **Fra** 4 hac uel illa **V** *Riccard.* hae uel illa **M** hac uel illac **Fpra** haec uel illa **D** 5 tunc maxime **Fpr*a** 6 eius] eī **D** fauonius **F** fauonitis **V** 7 transiuitque **r** aëre] aegre **MV** ingrauascit **F** 8 deinceps] deinde **D** zeta **Dpr*** 9 amoris mei **MVr** referta amore **r** ipsi **D** 10 soles **Dp** 11 prospicit (respicit **F**) qua mare **Fra** 12 zotheca **MVDr** zyotheca **F** ziotheca *Riccard.* zeta **p** diaeta *Beroaldus* **a** speculatoribus **MVr** 13 obductis recludictisue **D** 14 coepit **p*** caput **r*** 15 uillae] uiliae **V** 17 seruolorum **MV** non tempestatem **M** notempestatum **V** 18 fulgorum **MV** ac] hac **F** 20 parietemque ortique **r** 21 omuem somnum **Dpr*** 22 hypocaustum **a** angust. (*corr.* ta) fenestr. (*corr.* — ra) **F** 23 ut ratio effundit procoheton **r** exegit **MVς** 24 proccetō deinde ac cubiculum **p** 26 ego] ergo **pr** zetam **Dpr*** recepi **MVDς** recipi *Riccard.* recipio **Fpra** 27 abilla mea **F** uoluptatem (uoluntatem **MV**) praecipue saturnalibus **MVrς** uoluptatem ecce praecipue saturnalibus **F** *Riccard.* a uoluptatem ex ea (ea *in litura al. man.*) praecipue saturnalibus **D** uoluptatem ecce saturnalibus praecipue **p**

turnalibus capio, cum reliqua pars tecti licentia dierum festisque clamoribus personat: nam nec ipse meorum lusibus nec illi
25 studiis meis obstrepunt. haec utilitas, haec amoenitas deficitur aqua salienti, sed puteos ac potius fontes habet: sunt enim in summo. et omnino litoris illius mira natura: quocumque loco moveris humum, obvius et paratus umor occurrit, isque sincerus
26 ac ne leviter quidem tanta maris vicinitate corruptus. suggerunt adfatim ligna proximae silvae: ceteras copias Ostiensis colonia ministrat. frugi quidem homini sufficit etiam vicus, quem una villa discernit: in hoc balinea meritoria tria, magna commoditas, si forte balineum domi vel subitus adventus vel brevior
27 mora calfacere dissuadeat. litus ornant varietate gratissima nunc continua nunc intermissa tecta villarum, quae praestant multarum urbium faciem, sive mari sive ipso litore utare; quod non numquam longa tranquillitas mollit, saepius frequens et
28 contrarius fluctus indurat. mare non sane pretiosis piscibus abundat, soleas tamen et squillas optimas egerit. villa vero nostra etiam mediterraneas copias praestat, lac in primis: nam illuc e pascuis pecora conveniunt, siquando aquam umbramve sectan-
29 tur. iustisne de causis iam tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum? quem tu nimis urbanus es nisi concupiscis. atque utinam concupiscas! ut tot tantisque dotibus villulae nostrae maxima commendatio ex tuo contubernio accedat. vale.

XVIII.

C. PLINIUS MAURICO SUO S.

1 Quid a te mihi iucundius potuit iniungi, quam ut praeceptorem fratris tui liberis quaererem? nam beneficio tuo in

---

2 personat — lusibus *om.* **V**, *in marg. add.* **M**: *cf. infra v. 9* illi] illis **V**p 3 deficit rς 4 habent **D** 7 ne *om.* **D** corruptus **FD** *Riccard.* pa salsus **MV**ς etiam r 8 proxuma et siluae **D** 9 sufficit etiam personat. Nam ipse meorum lusibus uicus (*expunctis in* **M** *verbis* personat — lusibus) **MV** sufficit etiam lusibus uicus r 10 balinea **F** ualinea **D** balnea **MV** 11 balineum **F** uallineum **D** balneum **MV** domi uel **MVD**pa domini uel **F** *Riccard.* r uel domini ς 12 ornatur r grauissima pa 13 praestent **F** 14 siue mari (maris **M**) siue ipso litore **MV**ς siue ipso mari siue ipso litore **F**pra siue ipso litore (*om.* siue mari) **D** 16 preciosis **M** 17 et squillas **MVD**ςa et ęsquillas **F** et exquillas p squillas r suggerit rς 18 etiam *om.* r copias] optimas **MV** praestet **V** 19 e] enim r umbramque **F** 20 iam **MVD**rς eum **F**pa uideo p incolore **M** dirigere **F** 21 nimis] minus p es] quod r adque **M**: atque utinam concupiscas *om.* r 23 maxima *om.* **D**

XVIII 25 MAURICO **MVD**rςa MARTIO **F** Murcio *Riccard.* Mario p 26 mihi iucundius (iocundius **V**) **MVD**ς *Riccardianus in indice* iucundius (iucondius *corr.* iucundius **F**) mihi **F**pra praeceptorum *corr.* — em **F** 27 nam et beneficio pr in his scholam **D**

scholam redeo et illam dulcissimam aetatem quasi resumo: sedeo
inter iuvenes, ut solebam, atque etiam experior, quantum apud
illos auctoritatis ex studiis habeam. nam proxime frequenti 2
auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare loquebantur:
intravi, conticuerunt; quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem quam ad meam pertineret, ac nisi sperare te vellem
posse fratris tui filios probe discere. quod superest, cum omnes 3
qui profitentur audiero, quid de quoque sentiam scribam efficiamque, quantum tamen epistula consequi potero, ut ipse omnes
audisse videaris. debeo enim tibi, debeo memoriae fratris tui 4
hanc fidem, hoc studium, praesertim super tanta re. nam quid
magis interest vestra, quam ut liberi (dicerem tui, nisi nunc
illos magis amares) digni illo patre, te patruo reperiantur?
quam curam mihi, etiam si non mandasses, vindicassem. nec 5
ignoro suscipiendas offensas in eligendo praeceptore; sed oportet
me non modo offensas verum etiam simultates pro fratris tui
filiis tam aequo animo subire quam parentes pro suis. vale.

XVIIII. (a. 100)

C. PLINIUS CERIALI SUO S.

Hortaris ut orationem amicis pluribus recitem. faciam, quia 1
hortaris, quamvis vehementer addubitem. neque enim me prae- 2
terit actiones quae recitantur impetum omnem caloremque ac
prope nomen suum perdere, ut quas soleant commendare simul
et accendere iudicum consessus, celebritas advocatorum, expectatio eventus, fama non unius actoris diductumque in partes
audientium studium, ad hoc dicentis gestus, incessus, discursus
etiam, omnibusque motibus animi consentaneus vigor corporis.

---

4 adiutorio **p** inter se] inse **V** multis **MVD** multi **Fpra** multi sed **ς** loquebantur **MVς** iocubantur *Riccard.* iocabantur **FDpra** 5 non] num **p** referam **M** 6 nisi sperarit. nellem **F** 7 omnis **D** 8 quid de quoque **VFDpςa** quid de te quoque **M** quid de isde quoque *Riccard.* quid de quoquo **r** 9 tamen *om.* **r** audisse omnes **D** 12 nostra **pr*** liberi dicerentur tui **F** libere diceretur tui **r** 13 amares digni **MVa** amare digno **D** amares.[1] ut digni **F** amares et ut (ut *om. Catanaeus*) digni **pς** amares et ut digno **r** illó patre (patri **MV**) te patruo **MVFDa** illo patre et (te *add.* **ς**) patruo **rς** illo patre patruoque **p** 14 curam etiam (et **r**) si mihi non **pr*** uindicasse **M** 15 in eligendo — offensas *om.* **r** 17 filis **VD**

XVIIII 19 CEREALI **Dpr***: *inscriptione epistulae omissa* Plinius cereali suo sal' *in marg.* **F** 21 dubitem **rς** 22 recitentur **Dpa** calorem ac **p** 23 perdere ut quas **FDrςa** perdere ut quę **V** perderere quę **M** perdere quas ut **p** solent **r** solet **F** 24 iudicium **MVDr** consensus **Fpr*** 25 non minus **p*** minus non **r*** diductuctumque **M** deductumque **Fr**

3 unde accidit ut ii qui sedentes agunt, quamvis illis maxima ex
parte supersint eadem illa quae stantibus, tamen hoc quod sedent
4 quasi debilitentur et deprimantur. recitantium vero praecipua
pronuntiationis adiumenta, oculi manus, praepediuntur. quo
minus mirum est, si auditorum intentio relanguescit, nullis ex-
5 trinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata. accedit his
quod oratio de qua loquor pugnax et contentiosa est. porro ita na-
tura comparatum est, ut ea quae scripsimus cum labore etiam cum
6 labore audiri putemus. et sane quotus quisque tam rectus auditor,
quem non potius dulcia haec et sonantia quam austera et pressa
delectent? est quidem omnino turpis ista discordia, est tamen,
quia plerumque evenit ut aliud auditores aliud iudices exigant,
cum alioqui iis praecipue auditor adfici debeat, quibus idem, si
7 foret iudex, maxime permoveretur. potest tamen fieri ut quam-
quam in his difficultatibus libro isti novitas lenocinetur, novitas
apud nostros: apud Graecos enim est quiddam quamvis ex di-
8 verso non tamen omnino dissimile. nam ut illis erat moris leges,
quas ut contrarias prioribus legibus arguebant, aliarum collatione
convincere, ita nobis inesse repetundarum legi quod postulare-
mus cum hac ipsa lege tum aliis colligendum fuit; quod nequa-
quam blandum auribus inperitorum tanto maiorem apud doctos
habere gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet.
9 nos autem, si placuerit recitare, adhibituri sumus eruditissimum
quemque. sed plane adhuc an sit recitandum examina tecum,
omnisque quos ego movi in utraque parte calculos pone, idque
elige, in quo vicerit ratio. a te enim ratio exigitur, nos excu-
sabit obsequium. vale.

---

1 ut hii F ut hi pa   quamuico illis D   5 mirum etsi MV   intentio relanguescit FD *Riccard.* pr intentione languescit MV *Pomponius Laetus* a intentio languescit *Beroaldus*   6 plandimentis M   aculeis MVDrςa eculeis p oculis F *Riccard.*   accedit his MVD his accedit Fpra   7 et contentiosa Dra et contemptiosa F et quasi contentiosa MVς et intentiosa p   8 scribimus V   cum labore etiam cum labore audiri Fpra cum labore etiam (sic *add.* ς) audiri MVDς   12 quia MV qui D quae F *Riccard.* a quod pr   ut aliud auditores aliud iudices exigant Dpa ut aliud iudices exigant aliud auditores rς ut aliud iudices exigant MVF   13 alioqui his MVς alioqui is D alloquiis F alioquin pr alioqui a   auditor] audi V *in fine versus*   14 foret] forte p   permouentur r permouetur *Pomponius Laetus* a   15 in *om.* D   16 enim *om.* r   ex aduerso Vς   19 inesse MVD *Riccard.* rςa esse Fp   legi] lege MV   20 tum aliis FDςa tum alis MV cum aliis p tum in aliis r   24 exanima D   25 quos] quis MV
noui Dr   id elige r   26 at enim MV a te uero r   ratio *posteriore loco om.* p   exigitur D exigit MV exigetur Fpς exigere r   excusauit D

XX.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Assem para et accipe auream fabulam, fabulas immo: nam 1 me priorum nova admonuit, nec refert a qua potissimum incipiam. Verania Pisonis graviter iacebat, huius dico Pisonis, quem 2 Galba adoptavit. ad hanc Regulus venit. primum inpudentiam hominis, qui venerit ad aegram, cuius marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat. esto, si venit tantum: at ille etiam 3 proximus toro sedit, quo die, qua hora nata esset interrogavit. ubi audiit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat; nihil: ut diu miseram expectatione suspendit, 'habes' inquit 'climactericum tempus, sed evades. quod ut 4 tibi magis liqueat, haruspicem consulam, quem sum frequenter expertus.' nec mora; sacrificium facit, adfirmat exta cum siderum 5 significatione congruere. illa, ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit: mox ingravescit: clamat moriens hominem nequam perfidum ac plus etiam quam periurum, qui sibi per salutem filii peierasset. facit hoc Regulus non 6 minus scelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipse cotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur. Velleius Blaesus, 7 ille locuples consularis, novissima valetudine conflictabatur: cupiebat mutare testamentum. Regulus, qui speraret aliquid ex novis tabulis, quia nuper captare eum coeperat, medicos hortari, rogare quoquo modo spiritum homini prorogarent. postquam 8 signatum est testamentum, mutat personam, vertit adlocutionem, isdemque medicis 'quousque miserum cruciatis? quid invidetis bona morte cui dare vitam non potestis?' moritur Blaesus, et tamquam omnia audisset, Regulo ne tantulum qui-

XX 2 *Omissa inscriptione epistulae* Plinius caluisio suo sal' *in marg.* F 3 et *om.* p 4 adnuit D 5 huius dico Pisonis *om.* r: Pisonis *om.* ς 6 adobtauit V primum] prius r 7 uenerat r maritus r 8 ipsi invisissimus *om.* MVrς, *add.* FDp *Catanaeus* a at] ad MV etiam ille r 9 quo] qua MVς 10 audiit MVFς audiuit Dpa andit r labrā agitat V labra magitat M 11 nihil ut diu FD nibil et diu r nihil diu MVςa nisi ut diu p nihil nisi ut diu *Catanaeus* suspendat p *Catanaeus* 12 inquid MV 13 liceat D 14 cum desiderium D 16 cudicillos V codicellos F ingrauascit F moriens *om.* D 17 hominem MVD o hominem Fpra nequem V quam *om.* D 18 pericrierasset MV perieras sed D peierasset Fpra periurasset *Cortius* hoc *om.* r 20 pueri *in marg. add.* M uelleius MFa ueleius V uella eos D Velleius p Vellius rς 21 ille *om.* D ualitudine MVF 24 rogari r quomodo V propagarent r 27 bona morte MV bonam mortem Dpra bona mortis F *Riccard.* uitam dare M moriturus blaesus tamquam MV

9 dem. sufficiunt duae fabulae, an scholastica lege tertiam
10 poscis? est unde fiat. Aurelia, ornata femina, signatura testa-
mentum sumpserat pulcherrimas tunicas. Regulus cum venisset
11 ad signandum, 'rogo' inquit 'has mihi leges'. Aurelia ludere
hominem putabat, ille serio instabat: ne multa, coëgit mulierem
aperire tabulas ac sibi tunicas quas erat induta legare: obser-
vavit scribentem, inspexit an scripsisset. et Aurelia quidem
vivit, ille tamen istud tamquam morituram coëgit et hic here-
12 ditates, hic legata, quasi mereatur, accipit. ἀλλὰ τί διατείνο-
μαι in ea civitate, in qua iam pridem non minora praemia,
immo maiora, nequitia et improbitas quam pudor et virtus ha-
13 bent? aspice Regulum, qui ex paupere et tenui ad tantas opes
per flagitia processit, ut ipse mihi dixerit, cum consuleret, quam
cito sestertium sescenties impleturus esset, invenisse se exta
14 duplicia, quibus portendi milies et ducenties habiturum. et ha-
bebit, si modo, ut coepit, aliena testamenta, quod est inpro-
bissimum genus falsi, ipsis quorum sunt illa dictaverit. vale.

---

1 lege *om.* D 2 poscit M 4 rogo] ergo p inquid MVF has] habes M hominem ludere pr* 5 nec multa Dpra 6 tunicis quas D tunica qua r seruauit r 7 scribsisset M aurelię M 8 istuc D et *om.* MVς 9 quasi] quas F *Riccard.* ἀλλὰ τί διατείνομαι *in lacuna om.* pr* τί *om.* Fa ΛΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ V ΑΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ M 13 flagitium r 14 sescentiens V inplecturus F 15 duplicia MVDrς duplicata Fpa protendi D 17 falsis p dictauerint D

C. PLINI CAECILI SECUNDI EPISTULARUM

LIBER TERTIUS.

(a. 101)

I.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Nescio an ullum iucundius tempus exegerim, quam quo nu- 1
per apud Spurinnam fui, adeo quidem, ut neminem magis in senectute, si modo senescere datum est, aemulari velim: nihil est enim illo vitae genere distinctius. me autem ut certus si- 2
derum cursus ita vita hominum disposita delectat, senum praesertim. nam iuvenes confusa adhuc quaedam et quasi turbata non indecent; senibus placida omnia et ordinata conveniunt, quibus industria sera, turpis ambitio est. hanc regulam Spu- 3
rinna constantissime servat; quin etiam parva haec, parva, si non cotidie fiant, ordine quodam et velut orbe circumagit. mane lectulo continetur, hora secunda calceos poscit, ambulat 4
milia passuum tria nec minus animum quam corpus exercet. si adsunt amici, honestissimi sermones explicantur; si non, liber legitur, interdum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non gravantur. deinde considit, et liber rursus aut sermo libro po- 5
tior: mox vehiculum ascendit, adsumit uxorem singularis exempli vel aliquem amicorum, ut me proxime. quam pulchrum illud, 6

G. PLINII CAECILI SECUNDI EPISTULARUM FINIT LIB. II. EIUSDEM INCIPIT LIB. III. **M** C. P. SCD EPLR finit liber scd' EIUSDĒ INCIP̄ LIB. III. **V** C. PLINII . SECUNDI . NOUOCOMESIS EPISTOLAR, . LIBER . SECUNDUS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . III . FOELICITER **D** Incipit liber Tertius feliciter **p** C. Plinius Secundi Nep. epistolarum liber tercius **r** C. PLINII SECVNDI EPISTPLARVM LIBER TERTIVS **a**, *om.* **F**

I 7 exigerim **MV**   nuper et apud **M**   9 nichil est illo etenim **F** nihil enim est illo **p**   10 genere uitae **p**   12 adhuc confusa **Fpr*a**   13 indicent **MV**   ordinata] ornata **V**   14 sera] serna **F** *Riccard.*   15 qui etiam **Fp**   parva *posteriore loco om.* **Fp**   si non **Dpra** siñ **F** si non eo *Riccard.* sint **MV**   16 cottidie **MV**   uelud orbe cir̄ circumagit **M**   17 calceos *om.* **r**   18 milia passum tria et nec **D** mille pastria nec **r** mille pas. nec **ς**   19 adsint **D**   sermones honestissimi **r**   non *om.* **r**   liberi igitur **D**   20 illi tamen **r**   21 grauentur **pr***   deinde] demum **p**   considit **MVD** considet **Fpra**   aut] ac **r**   potior libro **pr***   22 exemplo *corr.* —li **M**   23 uti me **D**

quam dulce secretum! quantum ibi antiquitatis! quae facta, quos
viros audias! quibus praeceptis imbuare! quamvis ille hoc tem-
peramentum modestiae suae indixerit, ne praecipere videatur.
7 peractis septem milibus passuum iterum ambulat mille, iterum
residit vel se cubiculo ac stilo reddit. scribit enim, et quidem
utraque lingua, lyrica doctissime: mira illis dulcedo, mira sua-
vitas, mira hilaritas, cuius gratiam cumulat sanctitas scribentis.
8 ubi hora balinei nuntiata est (est autem hieme nona, aestate
octava), in sole, si caret vento, ambulat nudus. deinde move-
tur pila vehementer et diu: nam hoc quoque exercitationis genere
pugnat cum senectute. lotus accubat et paulisper cibum differt:
interim audit legentem remissius aliquid et dulcius. per hoc
omne tempus liberum est amicis vel eadem facere vel alia, si
9 malint. adponitur cena non minus nitida quam frugi in ar-
gento puro et antiquo: sunt in usu et Corinthia, quibus de-
lectatur nec adficitur. frequenter comoedis cena distinguitur, ut
voluptates quoque studiis condiantur. sumit aliquid de nocte et
aestate: nemini hoc longum est; tanta comitate convivium tra-
10 hitur. inde illi post septimum et septuagensimum annum aurium
oculorum vigor integer, inde agile et vividum corpus solaque
11 ex senectute prudentia. hanc ego vitam voto et cogitatione
praesumo, ingressurus avidissime, ut primum ratio aetatis re-
ceptui canere permiserit. interim mille laboribus conteror, quo-
rum mihi et solacium et exemplum est idem Spurinna. nam
12 ille quoque, quoad honestum fuit, obiit officia, gessit magistra-
tus, provincias rexit multoque labore hoc otium meruit. igitur
eundem mihi cursum, eundem terminum statuo, idque iam nunc
apud te subsigno, ut, si me longius evehi videris, in ius voces
ad hanc epistulam meam et quiescere iubeas, cum inertiae
crimen effugero. vale.

---

2 andios r 3 induxerit **Dr** 4 passum **D** ambulabat **M** ambulabat r 5 residit **MVD** residet **Fpra** residat *Riccard.* ac] uel pr* 6 lyrica (et *add.* r) doctissime **MVrς** lyrica (et *add.* p) doctissima **FDpa** mirabilis dulcedo **MV** 9 ambulabat **M** 11 cum in senectute p lotus **FDrςa** locus p illic **MV** accubat] occupat p cibos **MV** 12 et dulcius aliquid **D** 13 facere] agere a 14 mallint **MV** frugi argento r 15 in usu corinthia p 16 nec adficitur **MVD** *Riccard.* et adficitur **Fpra** 18 trahiturque r 19 illi] ille **M** 20 oculorum uigor **MVD** oculorumque uigor **Fpra** integerque r et inuidum **D** 23 quorum] qui horum **F** 24 solatium exemplum **V** 25 quoad] quod **D** fuit — 64, 12 credere potes *om.* **MV**: multa desiderantur *al. man. in marg. add.* **M** deficiunt hic duo epl'e *al. man. in marg. add.* **V** officia] offam p 26 igitur et eundem mihi cursum et eundem rς 29 ad *om.* **D** 30 vale *om.* **D**

II.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Quod ipse amicis tuis obtulissem, si mihi eadem materia 1
suppeteret, id nunc iure videor a te meis petiturus. Arrianus 2
Maturus Altinatium est princeps: cum dico princeps, non de
facultatibus loquor, quae illi large supersunt, sed de castitate,
iustitia, gravitate, prudentia. huius ego consilio in negotiis, 3
iudicio in studiis utor: nam plurimum fide, plurimum veritate,
plurimum intellegentia praestat. amat me, nihil possum arden- 4
tius dicere, ut tu. caret ambitu: ideo se in equestri gradu te-
nuit, cum facile posset ascendere altissimum. mihi tamen or-
nandus excolendusque est. itaque magni aestimo dignitati eius 5
aliquid adstruere inopinantis, nescientis, immo etiam fortasse
nolentis, adstruere autem quod sit splendidum nec molestum.
cuius generis quae prima occasio tibi, conferas in eum rogo; ha- 6
bebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem. quamvis
enim ista non adpetat, tam grate tamen excipit, quam si con-
cupiscat. vale.

III.

C. PLINIUS CORELLIAE HISPULLAE SUAE S.

Cum patrem tuum, gravissimum et sanctissimum virum, 1
suspexerim magis an amaverim dubitem teque et in memoriam
eius et in honorem tuum unice diligam, cupiam necesse est
atque etiam, quantum in me fuerit, enitar ut filius tuus avo
similis existat, equidem malo materno: quamquam illi paternus
etiam clarus spectatusque contigerit, pater quoque et patruus
inlustri laude conspicui. quibus omnibus ita demum similis 2
adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimum
refert a quo potissimum accipiat. adhuc illum pueritiae ratio 3

II 2 Valerio Max. ς Gauio Maximo *Catanaeus* 3 si *om.* D 4 arrianus maturus FD *Riccard.* ra arianus maturus p Arrianus Maturius ς 5 est *om.* r 8 iudicio] iudiciis r 9 nihil] uel r dicere ardentius pς 10 dicere ut uitaret ambitum D 11 possit Dr ordinandus r 12 extollendusque rς est *om.* r existimo Dr 13 nescientis] inscientis p 14 quid sit r 15 in eum conferas rς habebis me *om.* D 17 non *om.* D appetet r excipit] accipit rς quasi si concupiscet r quasi concupiscat *Pomponius Laetus*

III 20 CORELLIAE Fa Coreliae *Catanaeus* CORNELIAE Dpr HISPULLAE F, *om.* D 21 virum *om.* r 22 teque in memoriam F *Riccard.* ra 23 et honorem rς diligam et cupiam r 24 atque *om.* r 27 conspicuus D 28 adolescet Fpr adulescet a adolescit D

intra contubernium tuum tenuit, praeceptores domi habuit, ubi
est erroribus modica vel etiam nulla materia. iam studia eius
extra limen proferenda sunt, iam circumspiciendus rhetor la-
tinus, cuius scholae severitas, pudor, in primis castitas constet.
4 adest enim adulescenti nostro cum ceteris naturae fortunaeque
dotibus eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico aetatis
non praeceptor modo sed custos etiam rectorque quaerendus est.
5 videor ergo demonstrare tibi posse Iulium Genitorem. amatur
a me; iudicio tamen meo non obstat caritas hominis, quae ex
iudicio nata est. vir est emendatus et gravis, paulo etiam hor-
6 ridior et durior, ut in hac licentia temporum. quantum elo-
quentia valeat pluribus credere potes; nam dicendi facultas
aperta et exposita statim cernitur: vita hominum altos recessus
magnasque latebras habet; cuius pro Genitore me sponsorem
accipe. nihil ex hoc viro filius tuus audiet nisi profuturum,
nihil discet quod nescisse rectius fuerit nec minus saepe ab
7 illo quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur,
quae nomina et quanta sustineat. proinde faventibus dis trade
eum praeceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat,
quae male sine moribus discitur. vale.

IIII. (a. 101)

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

1 Quamvis et amici quos praesentes habebam et sermones
hominum factum meum conprobasse videantur, magni tamen
2 aestimo scire quid sentias tu. nam cuius integra re consilium
exquirere optassem, huius etiam peracta iudicium nosse mire
concupisco. cum publicum opus mea pecunia inchoaturus in
Tuscos excucurrissem accepto, ut praefectus aerari, commeatu,
legati provinciae Baeticae questuri de proconsulatu Caecili Clas-
3 sici advocatum me a senatu petierunt. collegae optimi meique
amantissimi de communis officii necessitatibus praelocuti excu-

1 in contubernium r intra contiberinm D 2 erroribus uel modica nel nulla r uel erroribus modica uel etiam nulla *vulgo* 3 conferenda F *Riccard.* 5 formeque r 8 ergo] ego *Sichardus* amatum r 10 vir est *om.* r 11 licentiam D 14 pro genitore FDpra orogenitore V orag$\overset{e}{o}$nitore M me et sponsorem D 17 quibus imaginibus oneretur *om.* MV ornatur r 18 deinde D dis D diis MVFpra 19 praeceptoria . quo *una littera deleta* F 20 vale *om.* D

IIII 23 quos etiam praesentes r 24 cum probasse M magni] magis r 25 existimo pr* integra in re r 27 opus publicum r 28 tuscios D aerarii Fpa 29 caecilii Fpra 31 officit *corr.* officii M *proloquti* r

sare me et eximere temptarunt. factum est senatus consultum
perquam honorificum, ut darer provincialibus patronus, si ab
ipso me impetrassent. legati rursus inducti iterum me iam 4
praesentem advocatum postulaverunt, inplorantes fidem meam,
quam essent contra Massam Baebium experti, adlegantes pa-
trocinii foedus. secuta est senatus clarissima adsensio, quae
solet decreta praecurrere. tum ego 'desino' inquam, 'patres
conscripti, putare me iustas excusationis causas attulisse'. pla-
cuit et modestia sermonis et ratio. conpulit autem me ad hoc 5
consilium non solum consensus senatus, quamquam hic maxime,
verum et alii quidam minores sed tamen numeri. veniebat in
mentem priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias vo-
luntariis accusationibus exsecutos; quo deformius arbitrabar pu-
blici hospitii iura neglegere. praeterea cum recordarer, quanta 6
pro isdem Baeticis superiore advocatione etiam pericula subis-
sem, conservandum veteris officii meritum novo videbatur. est
enim ita comparatum ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa
posterioribus cumules. nam quamlibet saepe obligati, siquid
unum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est. duce- 7
bar etiam, quod decesserat Classicus amotumque erat, quod in
eius modi causis solet esse tristissimum, periculum senatoris.
videbam ergo advocationi meae non minorem gratiam, quam si
viveret ille, propositam, invidiam nullam. in summa conputa- 8
bam, si munere hoc iam tertio fungerer, faciliorem mihi excu-
sationem fore, siquis incidisset quem non deberem accusare.
nam cum est omnium officiorum finis aliquis, tum optime liber-
tati venia obsequio praeparatur. audisti consilii mei motus: 9

---

1 et *om.* **D** est *om.* **p** 3 iam me **r** 4 inplorantes] comprobantes **D** 5 expertis contra Massam Baebium **r** patrocini **MVD** 6 senatus *om.* **r** 7 percurrere **r** inquam. p. c. putare **MVDpra** inquam reputare **F** *Riccard.* 8 causas accusationis **r** 9 autem *om.* **r** 11 uerum etiam **pa** alii (ali **D**) quidam minores sed tamen numeri **Dp** alii quidam (quidem *Catanaeus*) minores sed tam (tamen **rς**) innumeri **MVrς** alii quidem minoris sed tamen numeri **Fa** alii minores quidem sed tamen numeri *vel* alia minoris quidem sed tamen numeri *Casaubonus* 12 etiam] et **r** uoluntariis (uoluntaris **D**) accusationibus **MD** accusationibus uoluntariis **Fpra** accusationibus (*om.* voluntariis) **V** 14 hospiti **MVD** offfcii **p** praeterea] postea **r** 15 superiore **MVDς** priore **Fra** prior **p** 16 cum seruandum **F** 17 ita natura comparatum *Sichardus et codex Modii novant. lect. 107 Grut. lamp. V p. 277* subeuertas **a** nisi] nec **r** 18 obligatis *codex Modii* 19 solum eminerunt **V** 20 quo decesserat **pr*** ammotumque *corr.* amotumque **M** admotumque **r** 21 certissimum **p** 22 ergo] ego **p** aduocationis **M** 24 iam *om.* **Fa** 25 accidisset **r** quem — cum est *om.* **D** non *om.* **pr*** 27 obsequioque paratur **r** consilium mei **D**

superest alterutra ex parte indicium tuum, in quo mihi aeque iucunda erit simplicitas dissentientis quam conprobantis auctoritas. vale.

V.

C. PLINIUS BAEBIO MACRO SUO S.

1 Pergratum est mihi quod tam diligenter libros avunculi mei
2 lectitas, ut habere omnes velis quaerasque qui sint omnes. fun-
gar indicis partibus atque etiam quo sint ordine scripti notum
tibi faciam: est enim haec quoque studiosis non iniucunda co-
3 gnitio. 'de iaculatione equestri unus': hunc, cum praefectus
alae militaret, pari ingenio curaque conposuit. 'de vita Pom-
poni Secundi duo', a quo singulariter amatus hoc memoriae
4 amici quasi debitum munus exsolvit. 'bellorum Germaniae
viginti', quibus omnia quae cum Germanis gessimus bella col-
legit. inchoavit, cum in Germania militaret, somnio monitus:
adstitit ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniae la-
tissime victor ibi periit, commendabat memoriam suam orabat-
5 que ut se ab iniuria oblivionis adsereret. 'studiosi tres', in sex
volumina propter amplitudinem divisi, quibus oratorem ab in-
cunabulis instituit et perficit. 'dubii sermonis octo': scripsit
sub Nerone novissimis annis, cum omne studiorum genus paulo
6 liberius et erectius periculosum servitus fecisset. 'a fine Aufidi
Bassi triginta unus'. 'naturae historiarum triginta septem',
opus diffusum, eruditum, nec minus varium quam ipsa natura.
7 miraris quod tot volumina multaque in his tam scrupulosa homo
occupatus absolverit: magis miraberis, si scieris illum aliquan-
diu causas actitasse, decessisse anno sexto et quinquagensimo,
medium tempus distentum impeditumque qua officiis maximis

---

1 jucunda aeque r 2 erat *corr.* erit V
V 5 BAEBIO *om.* MVFDpra: '*solus Riccardianus in indice ad* Baebium Macrum *missam esse dicit*' 7 qui sunt omnes V qui sint (*om.* omnes) ς 8 indicis pr* 9 haec quoque VFDra hoc quoque M hic quoque p haec ς 10 unius D 11 pomponii FDpra Q. Pomponii ς 12 singulariter est amatus MVς 13 amici *om.* r 16 adstitit enim ei Fp astitit enim ς 17 uictorię ibi M perit commendat D 18 ab iniurię M 19 orationem MV ab cunabulis F 20 perfecit Fra scribsit M 21 genus studiorum r 22 erectius Fpra rectius MVD Aufidii rςa 23 naturae MVDrςa natura F naturam p naturalium *Sichardus* 24 diffusum et eruditum r 25 in iis F in is D 26 scires r aliquand$\overset{\text{i}}{\text{ϙ}}$u M aliquando r 28 distentum MVFςa disteritum D districtum p destrictum r qua officiis Fpςa qua officis MV q̄; officiciis D tam officiis r

qua amicitia principum egisse. sed erat acre ingenium, incre- 8
dibile studium, summa vigilantia. lucubrare Vulcanalibus inci-
piebat, non auspicandi causa, sed studendi, statim a nocte multa,
hieme vero ab hora septima, vel cum tardissime, octava, saepe
sexta. erat sane somni paratissimi, non numquam etiam inter
ipsa studia instantis et deserentis. ante lucem ibat ad Vespa- 9
sianum imperatorem (nam ille quoque noctibus utebatur), inde
ad delegatum sibi officium. reversus domum, quod reliquum
temporis, studiis reddebat. post cibum saepe, quem interdiu 10
levem et facilem veterum more sumebat, aestate, siquid otii,
iacebat in sole, liber legebatur, adnotabat excerpebatque. nihil
enim legit quod non excerperet: dicere etiam solebat nullum
esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset. post 11
solem plerumque frigida lavabatur: deinde gustabat dormiebat-
que minimum: mox quasi alio die studebat in cenae tempus.
super hanc liber legebatur, adnotabatur, et quidem cursim. me- 12
mini quendam ex amicis, cum lector quaedam perperam pronun-
tiasset, revocasse et repeti coëgisse, huic avunculum meum
dixisse 'intellexeras nempe?' cum ille adnuisset, 'cur ergo revo-
cabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus.'
tanta erat parsimonia temporis. surgebat aestate a cena luce, 13
hieme intra primam noctis, et tamquam aliqua lege cogente.
haec inter medios labores urbisque fremitum. in secessu solum 14
balinei tempus studiis eximebatur: cum dico balinei, de interio-
ribus loquor; nam dum destringitur tergiturque, audiebat aliquid
aut dictabat. in itinere quasi solutus ceteris curis huic uni vaca- 15
bat: ad latus notarius cum libro et pugillaribus, cuius manus
hieme manicis muniebantur, ut ne caeli quidem asperitas ullum

---

1 quam amicitia MVr incredibili *corr.* —le V 2 vigilantia] instantia D lugubrare M a Vulcanalibus *Catanaeus* 3 statim nocte r* aestate a nocte p* 4 ab hora Fpra ad hora D hora MV tardissime ab hora octaua p octaua et sexta r octaua (*om.* saepe sexta) ς 5 parcissimi D et inter r etiam in D 6 deserentis MVDς disserentis r deferentis Fa differentis p 7 illo quoque MV 8 ad legatum p reliqum V relicum MD reliquom *Riccard.* 9 quem] q̄; D 10 sumeturbat' M si quid totii M si quid otio D 11 exerccepebatque D excerpebat rς 12 solebat horum nullum r 14 lauabatur a qua deinde pr* dormiebatque minimum Dpςa, dedormiebatque minimum MV dormiebatque ū minimum F dormiebatque (*om.* minimum) r 17 pronuntiasset perperam r
20 uersibus r 21 a luce Cena hyeme F 22 et tamquam F *Riccard.* pa sed tamquam MVDς si tamquam r coegente VD 23 laboris D fremitum Dpra fremitu MF *Riccard.* tremitu V in secessum FD in secessum secessu *Riccard.* 24 tempus — balinei *om.* D studii r 25 distringitur tergeturque D aliquid audiebat r 28 ne caeli Fpra nec aeli M nec caeli VD

studiis tempus eriperet; qua ex causa Romae quoque sella vehe-
16 batur. repeto me correptum ab eo cur ambularem: 'poteras'
inquit 'has horas non perdere'; nam perire omne tempus arbi-
17 trabatur, quod studiis non inpenderetur. hac intentione tot ista
volumina peregit electorumque commentarios centum sexaginta
mihi reliquit, opisthographos quidem et minutissime scriptos;
qua ratione multiplicatur hic numerus. referebat ipse potuisse
se, cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Largio
Licino quadringentis milibus nummum, et tunc aliquanto pau-
18 ciores erant. nonne videtur tibi recordanti quantum legerit,
quantum scripserit, nec in officiis ullis nec in amicitia principis
fuisse, rursus, cum audis quid studiis laboris inpenderit, nec
scripsisse satis nec legisse? quid est enim quod non aut illae
occupationes inpedire aut haec instantia non possit efficere?
19 itaque soleo ridere, cum me quidam studiosum vocant, qui, si
comparer illi, sum desidiosissimus. ego autem tantum, quem par-
tim publica partim amicorum officia distringunt? quis ex istis
qui tota vita litteris adsident collatus illi non quasi somno et
20 inertiae deditus erubescat? extendi epistulam, cum hoc solum
quod requirebas scribere destinassem, quos libros reliquisset:
confido tamen haec quoque tibi non minus grata quam ipsos
libros futura, quae te non tantum ad legendos eos verum etiam
ad simile aliquid elaborandum possunt aemulationis stimulis ex-
citare. vale.

VI.

C. PLINIUS ANNIO SEVERO SUO S.

1 Ex hereditate quae mihi obvenit emi proxime Corinthium
signum, modicum quidem, sed festivum et expressum, quantum

---

1 studiis *Cellarius* studii **MVFDpra** quoque *om.* **D** 2 poteras inquid non perdere perire enim arbitrabatur quia quid studiis non inpenderetur **V** poteras inquid horas non inpe(n)deretur **M** 4 inpertiretur **Fpra** 6 mihi *om.* **p** minutissime **MVr**ς minutissimis **FD** *Riccard.* **pa** 7 potuisse se *om.* **F** 8 se cum procuraret] secum probare **V** . uendere in Hispania **r** largio **MVD** *Riccard.* ς lartio **Fa** Larcio **p** Laertio **r** 9 licino **MV** licinio **FD** *Riccard.* **pra** $\overline{\text{CCCC}}$ nummum **D** 11 quantum scripserit *om.* **MV** in anamicitia **M** principum *Catanaeus* **a** 12 quid officiorum studiis **a** nec *priore loco om.* **r** 13 satis neglegisse **V** aut illae **MVr**ς aut ille **Fa** aut illa **D** alia aut **p** 15 quidam] quidem **MV** qui si] quasi **F** *Riccard.* 16 partim publica *om.* **D** 17 officia amicorum **Fpr*** 19 extende **p** cum hoc **FD** *Riccard.* **ra** quamuis hoc **MV**ς 21 tibi *om.* **r** non *om.* **D** ipsos] illos **r** 24 vale *om.* **D**

VI 26 ANNIO *om.* **MVFDpra**: '*in indice epistolarum libro III praemisso Riccardianus* Annium Severum *vocat, illoque nomine Severum iterum ornat lib. V epist. 1. in ipso autem contextu illis membranis sex epistolae a VI ad XI desunt*'

ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certe perquam exi-
guum sapio: hoc tamen signum ego quoque intellego. est enim 2
nudum nec aut vitia, siqua sunt, celat aut laudes parum ostentat:
effingit senem stantem; ossa, musculi, nervi, venae, rugae etiam
ut spirantis apparent, rari et cedentes capilli, lata frons, contracta
facies, exile collum, pendent lacerti, papillae iacent, venter re-
cessit. a tergo quoque eadem aetas ut a tergo. aes ipsum, quan- 3
tum verus color indicat, vetus et antiquum. talia denique omnia,
ut possint artificum oculos tenere, delectare imperitorum. quod 4
me quamquam tirunculum sollicitavit ad emendum. emi autem,
non ut haberem domi (neque enim ullum adhuc Corinthium domi
habeo), verum ut in patria nostra celebri loco ponerem, ac po-
tissimum in Iovis templo: videtur enim dignum templo, dignum 5
deo donum. tu ergo, ut soles omnia quae a me tibi iniunguntur,
suscipe hanc curam et iam nunc iube basim fieri ex quo voles
marmore, quae nomen meum honoresque capiat, si hos quoque
putabis addendos. ego signum ipsum, ut primum invenero ali- 6
quem qui non gravetur, mittam tibi vel ipse, quod mavis, ad-
feram mecum. destino enim, si tamen officii ratio permiserit,
excurrere isto. gaudes quod me venturum esse polliceor, sed 7
contrahes frontem, cum adiecero ad paucos dies: neque enim
diutius abesse me eadem haec quae nondum exire patiuntur. vale.

VII.

C. PLINIUS CANINIO RUFO SUO S.

Modo nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia 1
finisse vitam. causa mortis valetudo. erat illi natus insanabilis 2
clavus, cuius taedio ad mortem inrevocabili constantia decu-
currit, usque ad supremum diem beatus et felix, nisi quod mi-
norem ex liberis duobus amisit; sed maiorem melioremque
florentem atque etiam consularem reliquit. laeserat famam suam 3

3 ostendat p 4 etiam] et p 5 spirantes r apperent D 6 pupille F recessit uenter Fpr*a 9 ut possint ut artificum r artificium D 10 quamquam] tanquam p sollicitauit demendum F sollicitauit emendum r 11 ut non r adhuc ullum r 12 celebre F ac] et r 13 in *om.* r dignum templo *om.* r 14 omnia *om.* r 15 nunc iubeasim M fieri] fie D 18 mauis MFDςa magis V maius r mains est p 19 enim si *om.* D 20 sed tamen contrahes r 21 adicero p adiero D 22 abesse me sinunt eadem *Sichardus* nondum] non D

VII 24 CANINIO FDp *Catanaeus* CANNIO MVςa Canimo r RUFO Fς Ruffo pr, *om.* MVDa 25 silius MVς Sylius a siluius F silicus D Silus pr neapollitano MV 26 uitam finisse *Catanaeus* a 28 minorem — 29 sed *om.* F ex] e a 29 meliorem florentemque a 30 atque *om.* Fa *reliquid* V

sub Nerone, credebatur sponte accusasse; sed in Vitelli amicitia
sapienter se et comiter gesserat, ex proconsulatu Asiae gloriam
reportaverat, maculam veteris industriae laudabili otio abluerat.
4 fuit inter principes civitatis sine potentia, sine invidia: saluta-
batur, colebatur multumque in lectulo iacens cubiculo semper non
ex fortuna frequenti doctissimis sermonibus dies transigebat, cum
5 a scribendo vacaret. scribebat carmina maiore cura quam in-
genio, non numquam iudicia hominum recitationibus experiebatur.
6 novissime ita suadentibus annis ab urbe secessit seque in Cam-
pania tenuit, ac ne adventu quidem novi principis inde commo-
7 tus est. magna Caesaris laus, sub quo hoc liberum fuit, magna
illius, qui hac libertate ausus est uti. erat φιλόκαλος usque ad
8 emacitatis reprehensionem. plures isdem in locis villas possidebat
adamatisque novis priores neglegebat. multum ubique librorum,
multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo
verum etiam venerabatur, Vergili ante omnes, cuius natalem
religiosius quam suum celebrabat, Neapoli maxime, ubi moni-
9 mentum eius adire ut templum solebat. in hac tranquillitate
annum quintum et septuagensimum excessit, delicato magis cor-
pore quam infirmo; utque novissimus a Nerone factus est consul,
ita postremus ex omnibus quos Nero consules fecerat decessit.
10 illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis consularibus obiit
quo consule Nero periit. quod me recordantem fragilitatis
11 humanae miseratio subit. quid enim tam circumcisum, tam breve
quam hominis vita longissima? an non videtur tibi Nero modo
modo fuisse? cum interim ex iis qui sub illo gesserant consu-
12 latum nemo iam superest. quamquam quid hoc miror? nuper
L. Piso, pater Pisonis illius qui a Valerio Festo per summum
facinus in Africa occisus est, dicere solebat neminem se videre
13 in senatu quem consul ipse sententiam rogavisset. tam angustis

---

1 Vitellii rς Vitelii pa 2 se comiter et sapienter r 3 reportauit r 4 salutabatur et colebatur multumque p salutabatur colebaturque multum *coniecit Cortius* 6 frequenti FDpra praesenti MV transiebat M cum adscribendo a 10 amotus r 12 usus est uti MV erat ΦΙΛΟΚΑΛΟC FDς erat ΦΙΛΟΚΑΛΟΝ V erata. ΦΙΛΟΚΑΛΟΛ M: φιλόκαλος *in lacuna om.* pr 13 emacitatis FDpra ciuitatis V cuntatis M rephensione F in *om.* rς 14 prioris D 16 uergilii MV uirgilii FD 17 quam suam F celebrat D 19 excessit MVDrςa decessit p ..cessit *corr. al. man.* decessit F deligato MV 23 periit Fpra perit MVD fragilitas D 24 subiit pr tam breve *om.* V: tam breve — an non *om.* D 25 anne uidetur r modo modo MVD modo Fpra 26 ex iis Fpςa es his MVD ex illis r gesser̃ F gessere pr* 27 iam nemo pr* hoc] haec *pr* 28 *Piso* pater *om.* M Festo] Sexto r

terminis tantae multitudinis vivacitas ipsa concluditur, ut mihi
non venia solum dignae verum etiam laude videantur illae regiae
lacrimae. nam ferunt Xerxen, cum inmensum exercitum oculis
obisset, inlacrimasse, quod tot milibus tam brevis immineret
occasus. sed tanto magis hoc quidquid est temporis futilis et 14
caduci, si non datur factis (nam horum materia in aliena manu),
certe studiis proferamus, et quatenus nobis denegatur diu vivere,
relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. scio te stimulis 15
non egere; me tamen tui caritas evocat ut currentem quoque
instigem, sicut tu soles me. ἀγαθὴ δ' ἔρις, cum invicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem inmortalitatis exacuunt. vale.

VIII.

C. PLINIUS SUETONIO TRANQUILLO SUO S.

Facis pro cetera reverentia, quam mihi praestas, quod tam 1
sollicite petis ut tribunatum, quem a Neratio Marcello, clarissimo viro, impetravi tibi, in Caesennium Silvanum, propinquum
tuum, transferam. mihi autem sicut iucundissimum ipsum te 2
tribunum ita non minus gratum alium per te videre. neque
enim esse congruens arbitror, quem augere honoribus cupias,
huic pietatis titulis invidere, qui sunt omnibus honoribus pulchriores. video etiam, cum sit egregium et mereri beneficia et 3
dare, utramque te laudem simul adsecuturum, si quod ipse
meruisti alii tribuas. praeterea intellego mihi quoque gloriae
fore, si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non
gerere tantum tribunatus posse verum etiam dare. quare ego 4
vero honestissimae voluntati tuae pareo. neque enim adhuc nomen in numeros relatum est, ideoque liberum est nobis Silva-

---

1 multitudinis tante r   2 digna a   laudis r   3 xerxen MVD xersen F Xerxem ϛa Xersem pr   5 tanto magis FDpa eo magis MVrϛ   quicquid VF   futilis temporis D temporis fuitilis MV   et caducis non MV   6 in *om.* D   7 certe FDpra nos certe Mϛ noscere V   studiis memoriam proferamus rϛ   denegatur nobis r   9 me *om.* F   10 me ΑΓΑΘΗΔЄΡΙC Fϛa mea αγαθη άερις D me ΑΤΛΘΗΔЄΡΙC M mea ΤΑΘΗΔЄΡΙC V: ἀγαθὴ δ' ἔρις *in lacuna om.* pr: *Hesiod. op. 24*   11 vale *om.* D

VIII 13 SUETO TRANQUILLO SUO F TRANQUILLO SUO MVD rϛa Suetonio suo p   14 certa r   16 Caesennium a Caesenium p cesennium MVFϛ cessennium D, *om.* r   17 sicut est iucundissimum Dpr*   18 pro te r   19 agere M   honoribus *om.* MVr   20 sunt (s̄ F) in omnibus Fp (gi)   21 cum] quam MVϛ   egrium V   23 ali D aliis r   propterea V   24 ex *om.* D   25 tribunatum p   26 vero om. p

num in locum tuum subdere; cui cupio tam gratum esse munus tuum, quam tibi meum est. vale.

VIIII. (a. 101)

C. PLINIUS CORNELIO MINICIANO SUO S.

1 Possum iam perscribere tibi, quantum in publica provinciae
2 Baeticae causa laboris exhauserim. nam fuit multiplex actaque
est saepius cum magna varietate. unde varietas? unde plures
actiones? Caecilius Classicus, homo foedus et aperte malus, pro-
consulatum in ea non minus violenter quam sordide gesserat
3 eodem anno quo in Africa Marius Priscus. erat autem Priscus
ex Baetica, ex Africa Classicus. inde dictum Baeticorum, ut
plerumque dolor etiam venustos facit, non inlepidum ferebatur
4 'dedi malum et accepi.' sed Marium una civitas publice multique
privati reum peregerunt, in Classicum tota provincia incubuit.
5 ille accusationem vel fortuita vel voluntaria morte praevertit.
nam fuit mors eius infamis, ambigua tamen: ut enim credibile
videbatur voluisse exire de vita, cum defendi non posset, ita
mirum pudorem damnationis morte fugisse quem non puduisset
6 damnanda committere. nihilo minus Baetica etiam in defuncti
accusatione perstabat. provisum hoc legibus, intermissum tamen
et post longam intercapedinem tunc reductum. addiderunt Baetici
quod simul socios ministrosque Classici detulerunt nominatimque
7 in eos inquisitionem postulaverunt. aderam Baeticis mecumque
Lucceius Albinus, vir in dicendo copiosus ornatus; quem ego
cum olim mutuo diligerem, ex hac officii societate amare ardentius
8 coepi. habet quidem gloria, in studiis praesertim, quiddam ἀκοι-
νώνητον, nobis tamen nullum certamen, nulla contentio, cum
uterque pari iugo non pro se, sed pro causa niteretur; cuius et
magnitudo et utilitas visa est postulare ne tantum oneris singulis

---

1 subsedere **V** cui *om.* **D** esse gratum **M** 2 est vale — *75, 15* diligenter *om.* **MV**: hic deest principium huius epistolae *al. man. in marg. add.* **V**

VIIII 4 CORNELIO MINICIANO (Minuciano *Ricc.*) **F** *Riccardianus in indice* Cornelio Minutiano (Mimitiano p) pr MINICIANO **D** MINITIANO **a** 5 publica] re . p . p 6 acta est saepe rς 7 cum] quo **D** 12 etiam] et r venustos] uentos **F** 14 reum] rerum p 16 incredibile r 22 detulere p 23 inquisitione r postulauere p postularunt r aderant **D** 24 lucceius aluinus **D** luc.ius *(una littera, ut videtur, deleta)* albinus **F** Luccius Albinus a Lucius Albinus p *Catanaeus* L. Albinius rς 25 offici **D** 26 gloria *Beroaldus* a gloriam **FD**pr ἀκοινώνητον **D** *Catanaeus* a ἀκοινωνιτον ς ΑΚΟΙΝΟΝΟΗΤΟΝ *et in marg.* ακοινωνητον incommunicabile **F**, *in lacuna om.* pr 28 iugo] ingenio p

actionibus subiremus. verebamur ne nos dies, ne vox, ne latera 9
deficerent, si tot crimina, tot reos uno velut fasce complecteremur; deinde ne iudicum intentio multis nominibus multisque causis non laxaretur modo verum etiam confunderetur; mox ne gratia singulorum collata atque permixta pro singulis quoque vires omnium acciperet; postremo ne potentissimi vilissimo quoque quasi piaculari dato alienis poenis elaberentur. etenim tum 10
maxime favor et ambitio dominatur, cum sub aliqua specie severitatis delitescere potest. erat in consilio Sertorianum illud 11
exemplum, qui robustissimum et infirmissimum militem iussit caudam equi — reliqua nosti. nam nos quoque tam numerosum agmen reorum ita demum videbamus posse superari, si per singulos carperetur. placuit in primis ipsum Classicum ostendere nocen- 12
tem: hic aptissimus ad socios eius et ministros transitus erat, quia socii ministrique probari nisi illo nocente non poterant. ex quibus duos statim Classico iunximus, Baebium Probum et Fabium Hispanum, utrumque gratia, Hispanum etiam facundia validum. et circa Classicum quidem brevis et expeditus labor. sua manu 13
reliquerat scriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque causa accepisset: miserat etiam epistulas Romam ad amiculam quandam iactantes et gloriosas, his quidem verbis, 'io io, liber ad te venio; iam sestertium quadragies redegi parte vendita Baeticorum.' circa 14
Hispanum et Probum multum sudoris. horum ante quam crimina ingrederer, necessarium credidi elaborare ut constaret ministerium crimen esse: quod nisi effecissem, frustra ministros probassem. neque enim ita defendebantur ut negarent, sed ut ne- 15
cessitati veniam precarentur: esse enim se provinciales et ad omne proconsulum imperium metu cogi. solet dicere Claudius 16
Restitutus, qui mihi respondit, vir exercitatus et vigilans et quamlibet subitis paratus, numquam sibi tantum caliginis, tantum perturbationis offusum, quam cum praerepta et extorta defensioni

---

1 uerebatur **D** nos] nobis **F** vox] nox **Dp** 2 reos] res **r** 3 deinde iudicum **F** 4 lassaretur **FDrςa** lasseretur **p** etiam ne confunderetur **r** 5 singulet conlata **D** 6 omnium uires reciperet **rς** potentissimili uilissimo **D** 7 elaborarentur **D** 8 seueritatis **FDςa** seruitutis **p** securitatis **r** 10 qui] quod **r** et infirmissimum **Fa** et firmissimum **Dpr** 11 caudam equi **Da** caudā sequi, *sed* ā *in litura* **F** equi caudam **pr** tam] iam **D** 12 uidebamur **F** 16 fauium **D** 17 utrumque gratia Hispanum *om.* **D** iracundia **r** 18 circa **Fpςa** citra, *ut videtur*, **D** contra **r** 21 io io **Frςa** is **p**, *om.* **D** hS XXXX redegi **D** 22 parte] praeda *Mommsenus* circa] cir **D** contra **ς** 25 effecissem **a** fecissem **FDpr** ministros frustra **p** 26 enim *om.* **p** 27 se] si **D** 31 offusum **Dp** effusum **Frςa** quam cum praerepta **FD** quantum praerepta **p** quantum cum praerepta (praecrepta **r**) **rς** quam cum ea praerepta **a**

17 suae cerneret in quibus omnem fiduciam reponebat. consilii
nostri exitus fuit: bona Classici quae habuisset ante provinciam
placuit senatui a reliquis separari, illa filiae, haec spoliatis relinqui.
additum est ut pecuniae quas creditoribus solverat revocarentur.
Hispanus et Probus in quinquennium relegati. adeo grave visum
18 est quod initio dubitabatur an omnino crimen esset. post paucos
dies Cluvium Fuscum, Classici generum, et Stilonium Priscum,
qui tribunus cohortis sub Classico fuerat, accusavimus dispari
eventu: Prisco in biennium Italia interdictum, absolutus est
19 Fuscus. actione tertia commodissimum putavimus plures congre-
gare, ne, si longius esset extracta cognitio, satietate et taedio
quodam iustitia cognoscentium severitasque languesceret; et
alioqui supererant minores rei data opera hunc in locum reservati,
excepta tamen Classici uxore, quae sicut inplicita suspicionibus
20 ita non satis convinci probationibus visa est. nam Classici filia,
quae et ipsa inter reos erat, ne suspicionibus quidem haerebat.
itaque cum ad nomen eius in extrema actione venissem, (neque
enim ut initio sic etiam in fine verendum erat ne per hoc totius
accusationis auctoritas minueretur) honestissimum credidi non
21 premere immerentem, idque ipsum dixi et libere et varie. nam
modo legatos interrogabam, docuissentne me aliquid quod re
probari posse confiderent, modo consilium a senatu petebam,
putaretne debere me, siquam haberem in dicendo facultatem, in
iugulum innocentis quasi telum aliquod intendere; postremo
totum locum hoc fine conclusi, 'dicet aliquis 'iudicas ergo?' ego
vero non iudico, memini tamen me advocatum ex iudicibus datum.'
22 hic numerosissimae causae terminus fuit, quibusdam absolutis,
pluribus damnatis atque etiam relegatis, aliis in tempus aliis in
23 perpetuum. eodem senatus consulto industria fides constantia nostra
plenissimo testimonio comprobata est, dignum solumque par
24 pretium tanti laboris. concipere animo potes quam simus fati-
gati, quibus totiens agendum, totiens altercandum, tam multi

3 haec Drςa ac Fp relinqui] reliqua r 6 dubitabatur Fpra uidebatur D 7 cluuium fuscum D claudium fuscum Fpς Clau Fuscum r Clauium Fuscum a stilonium F stillonium Da Tilonium p Chiloninm rς 10 accusatione rς 12 et alioqui D alioqui (*om.* et) a alioqui *corr.* alioquin F alioquin pr 14 inplicata D suspitionibus F 15 conuici D 16 ne] nec r suspitionibus FD 18 per hoc] pro hac r 20 idque] ut quae D 21 quod reprobari pςa quod probari F quod re probare r 23 putaretane D 24 intendere] inten D 26 vero] tamen r tamen ex me aduocatum iudicibus p 30 dignum solum parque p* dignumque solum par r* 31 pretium Da pretio Fpr laboris tanti D potest D quam *om.* a 32 totiens *priore loco om.* D, *posteriore om.* rς

testes interrogandi sublevandi refutandi. iam illa quam ardua, 25
quam molesta, tot reorum amicis secreto rogantibus negare, ad-
versantibus palam obsistere! referam unum aliquid ex iis quae
dixi. cum mihi quidam e iudicibus ipsis pro reo gratiosissimo
reclamarent, 'non minus' inquam 'hic innocens erit, si ego omnia
dixero.' coniectabis ex hoc quantas contentiones, quantas etiam 26
offensas subierimus, dumtaxat ad breve tempus: nam fides in
praesentia eos quibus resistit offendit, deinde ab illis ipsis suspi-
citur laudaturque. non potui magis te in rem praesentem per-
ducere. dices 'non fuit tanti: quid enim mihi cum tam longa 27
epistula?' nolito ergo identidem quaerere quid Romae geratur.
et tamen memento non esse epistulam longam quae tot dies,
tot cognitiones, tot denique reos causasque complexa sit. quae 28
omnia videor mihi non minus breviter quam diligenter perse-
cutus. temere dixi 'diligenter': succurrit quod praeterieram, et
quidem sero; sed quamquam praepostere, reddetur. facit hoc
Homerus multique illius exemplo, est alioqui perdecorum, a me
tamen non ideo fiet. e testibus quidam sive iratus, quod evo- 29
catus esset invitus, sive subornatus ab aliquo reorum, ut accusa-
tionem exarmaret, Norbanum Licinianum, legatum et inquisitorem,
reum postulavit, tamquam in causa Castae (uxor haec Classici)
praevaricaretur. est lege cautum ut reus ante peragatur, tunc 30
de praevaricatore quaeratur, videlicet quia optime ex accusatione
ipsa accusatoris fides aestimatur. Norbano tamen non ordo legis, 31
non legati nomen, non inquisitionis officium praesidio fuit: tanta
conflagravit invidia homo alioqui flagitiosus et Domitiani tem-
poribus usus, ut multi, electusque tunc a provincia ad inquiren-
dum, non tamquam bonus et fidelis, sed tamquam Classici inimicus.
erat ab illo relegatus. dari sibi diem et edi crimina postulabat: 32

1 sublevandique et refutandi rς 2 tot eorum D 3 ex iis Fa ex his Dp ex omnibus rς 4 ex iudicibus pr gratiosissimi D 5 hic *om.* D erat D 6 ex his r quantasque offensas rς 8 qui resistunt r suspicetur D 9 non potui magis te Fa non potui (potuit r) te magis prς non magis potui te D 10 fuit D *Catanaeus* a fui Fpr 11 gerebatur F 12 non esse D esse non Fa esse non esse p etiam non esse rς 13 tot cognitiones (cogitationes r) tot dies rς reos] res r complexa sit] complexas D complexa est ς 14 persecuto D 15 praeteriam D et quidem] equidem p 16 quamquam potest recrederetur facit F redditur V facere *corr. al. man.* facit M 17 alioquin F 18 non *om.* r fiet MVDa fiat Fpr 19 accusationes p 20 lacinianum Fp inquisitiorem MV 21 reum] rerum Fp haec cai classici r 23 de praeuaricatione r quia] qua F optime excusatione r optime accusatione ς 24 existimatur pr* 26 confraglauit M alioquin F aliqui D 27 electus tunc D electique tunc r 29 diem edi crimina D idem et edi crimina MV diem ad diluenda crimina Fpra postulabat MVD postulauit *Fpr*a*

neutrum impetravit, coactus est statim respondere; respondit,
malum pravumque ingenium hominis facit ut dubitem confiden-
33 ter an constanter, certe paratissime. obiecta sunt multa quae
magis quam praevaricatio nocuerunt; quin etiam duo consulares,
Pomponius Rufus et Libo Frugi, laeserunt eum testimonio, tam-
quam apud iudicem sub Domitiano Salvi Liberalis accusatoribus
34 adfuisset. damnatus et in insulam relegatus est. itaque cum
Castam accusarem, nihil magis pressi, quam quod accusator eius
praevaricationis crimine corruisset. pressi tamen frustra: accidit
enim res contraria et nova, ut accusatore praevaricationis dam-
35 nato rea absolveretur. quaeris quid nos, dum haec aguntur?
indicavimus senatui ex Norbano didicisse nos publicam causam
rursusque debere ex integro discere, si ille praevaricator pro-
baretur, atque ita, dum ille peragitur reus, sedimus: postea Nor-
banus omnibus diebus cognitionis interfuit eandemque usque ad
36 extremum vel constantiam vel audaciam pertulit. interrogo ipse
me an aliquid omiserim. rursus, et rursus paene omisi. summo
die Salvius Liberalis reliquos legatos graviter increpuit, tam-
quam non omnes quos mandasset provincia reos peregissent,
atque, ut est vehemens et disertus, in discrimen adduxit. pro-
texi viros optimos eosdemque gratissimos: mihi certe debere se
37 praedicant quod illum turbinem evaserint. hic erit epistulae
finis, re vera finis; litteram non addam, etiamsi adhuc aliquid
praeterisse me sensero. vale.

X.

C. PLINIUS VESTRICIO SPURINNAE SUO ET COTTIAE S.

1 Composuisse me quaedam de filio vestro non dixi vobis, cum proxime apud vos fui, primum quia non ideo scripseram, ut dicerem, sed ut meo amori, meo dolori satisfacerem; deinde quia

2 parnumque D 3 an VFDςa ac Mp, *om.* r 5 et libo VFpra et libro M edibo D 6 saluii Fpra 7 in *om.* MV 8 accusator] accusatio p 10 nt accusare V damnato Casta rea r 11 rea solueretur Fp aguntur haec r 12 nos — 13 discere *in marg. add.* V 14 adque MV 15 tandemque D eadem r 17 rursus *priore loco om.* r summo die *om.* MV 18 increpauit Dr 19 non *om.* M 20 adque M protexit p 21 eosque r 22 quod] et p erit *om.* F 23 re vera finis *om.* p etiamsi adhuc aliquid MVra etiamsi aliquid adhuc Fp etiam adhuc aliquid D etiamsi aliquid ς

X 26 Vestric. Spurinnae *Riccardianus in indice:* VESTRICIO *om.* MVFDpra SPURINAE M SUO *om.* Dpr et Cocciae (Cociae p) suae pr et Cocciae ς, *om.* F 28 quia] quidem M ideo] idis D scribseram M

te, Spurinna, cum audisses recitasse me, ut mihi ipse dixisti,
quid recitassem simul audisse credebam. praeterea veritus sum 2
ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi
luctus reduxissem. nunc quoque paulisper haesitavi, id solum
quod recitavi mitterem exigentibus vobis, an adicerem quae in
aliud volumen cogito reservare. neque enim adfectibus meis uno 3
libello carissimam mihi et sanctissimam memoriam prosequi satis
est, cuius famae latius consuletur, si dispensata et digesta fuerit.
verum haesitanti mihi, omnia quae iam composui vobis exhiberem, 4
an adhuc aliqua differrem, simplicius et amicius visum est omnia,
praecipue cum adfirmetis intra vos futura, donec placeat emittere.
quod superest, rogo ut pari simplicitate, siqua existimabitis ad- 5
denda commutanda omittenda, indicetis mihi. difficile est hucusque 6
intendere animum in dolore, difficile: sed tamen ut scalptorem,
ut pictorem, qui filii vestri imaginem faceret, admoneretis quid
exprimere, quid emendare deberet, ita me quoque formate, regite,
qui non fragilem et caducam, sed immortalem, ut vos putatis,
effigiem conor efficere; quae hoc diuturnior erit, quo verior melior
absolutior fuerit. valete.

XI.

C. PLINIUS IULIO GENITORI SUO S.

Est omnino Artemidori nostri tam benigna natura, ut officia 1
amicorum in maius extollat: inde etiam meum meritum ut vera
ita supra meritum praedicatione circumfert. equidem, cum essent 2
philosophi ab urbe summoti, fui apud illum in suburbano, et
quo notabilius, hoc est periculosius, esset, fui praetor. pecuniam
etiam, qua tunc illi ampliore opus erat, ut aes alienum exsolveret contractum ex pulcherrimis causis, mussantibus magnis

---

1 te *om.* **MV**ς cum audisses **FDpra** cum audisset **V** cum audisse et **M** 3 in *om.* **MV** 5 quae] quod **r** 6 cogitare seruare **D** 7 sanctissimam mihi et carissimam **r**ς persequi **r** 8 est *om.* **D** consularetur **D** 9 exhibere **F** 11 adfirmatis **F** inter nos **p** placeant **p** 13 iudicetis **p**: indicetis. mihi difficile est, hucusque intendere animum in dolore, difficile et vobis, sed *Sichardus et codex Modii novant. lect. 107 Grut. lamp. V p. 277* hucusque — 14 difficile *om.* **MV** 14 animum intendere **r** in dolorem **p** scalptorem **Fa** sculptorem **Dpr** scriptorem **MV** 15 et pictorem **D** pictorem (*om.* ut) **r**ς fili **V** 16 forma regite **F** 17 ut *om.* **r** 19 valete *Gierigius* vale **MVFDpa**, *om.* **r**ς

XI 21 IULIO GENITORI **FDpra**: IULIO *om.* **MV** 22 nostro **M** 24 circunferet **p** 25 fui et apud **r** 26 quo notabilius hoc periculosius esset **Dp** quo notabilius hoc periculosiusque esset *Sichardus et codex Modii l. c.* quo notabilius hoc et periculosius esset *Cortius* 28 magis (n) **V**

quibusdam et locupletibus amicis mutuatus ipse gratuitam dedi.
3 atque haec feci, cum septem amicis meis aut occisis aut rele-
gatis, occisis Senecione Rustico Helvidio, relegatis Maurico Gra-
tilla Arria Fannia, tot circa me iactis fulminibus quasi ambustus
mihi quoque inpendere idem exitium certis quibusdam notis
4 augurarer. non ideo tamen eximiam gloriam meruisse me, ut
5 ille praedicat, credo, sed tantum effugisse flagitium. nam et C.
Musonium, socerum eius, quantum licitum est per aetatem, cum
admiratione dilexi et Artemidorum ipsum iam tum, cum in Syria
tribunus militarem, arta familiaritate complexus sum, idque pri-
mum non nullius indolis dedi specimen, quod virum aut sapien-
tem aut proximum simillimumque sapienti intellegere sum visus.
6 nam ex omnibus qui nunc se philosophos vocant vix unum aut
alterum invenies tanta sinceritate, tanta veritate. mitto qua
patientia corporis hiemes iuxta et aestates ferat, ut nullis labori-
bus cedat, ut nihil in cibo, in potu voluptatibus tribuat, ut
7 oculos animumque contineat. sunt haec magna, sed in alio; in
hoc vero minima, si ceteris virtutibus comparentur, quibus
meruit ut a C. Musonio ex omnibus omnium ordinum adsecta-
8 toribus gener adsumeretur. quae mihi recordanti est quidem
iucundum quod me cum apud alios tum apud te tantis laudibus
cumulat, vereor tamen ne modum excedat, quem benignitas
9 eius (illuc enim unde coepi revertor) solet non tenere. nam in
hoc uno interdum vir alioqui prudentissimus honesto quidem sed
tamen errore versatur, quod pluris amicos suos quam sunt arbi-
tratur. vale.

---

2 atque haec FDa ad haec MV atque ita hoc pr* religatis MV M 3 senectione V eluidio religatis V otuidiore legatis M gratillia MV 4 quisiambustus V (a *supra*) quasi cum (*corr.* com) bustus F 5 notis] noctis D 6 auguraretur p* auguraret r* eximiam FDpςa nimiam MV minimam r 7 nam et] manet D g. musonium MVF 8 cum admiratione FDpra eademiratione MV 9 siria MV 10 militaris D idque] itque MV idem r 13 quos nunc phylosophos F vix *om.* D 15 hiemes uicit iuxta r hiemis iuxta et aetate ferat et nulli laboribus D 18 certis uirtutibus comparemus r comparentur — 19 omnibus *om.* F 19 Musanio p ex] et r affectatoribus r 21 iocundum V quod me cum *om.* D 22 tamen *om.* r 23 "reuertor" unde cepi F reuertor unde coepi r reuertor unde coepimus p solet non MVDς non solet Fpra 24 vir *om.* D ali . qui *corr. al. man.* alioqui V aliqui M alioquin F 25 plureis a

XII.

C. PLINIUS CATILIO SEVERO SUO S.

Veniam ad cenam: sed iam nunc paciscor sit expedita, sit 1
parca, Socraticis tantum sermonibus abundet, in his quoque teneat
modum. erunt officia antelucana, in quae incidere inpune ne 2
Catoni quidem licuit, quem tamen C. Caesar ita reprehendit, ut
laudet. describit enim eos quibus obvius fuerit, cum caput ebrii 3
retexissent, erubuisse: deinde adicit 'putares non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos'. potuitne plus auctoritatis
tribui Catoni, quam si ebrius quoque tam venerabilis erat?
nostrae tamen cenae ut apparatus et inpendii sic temporis mo- 4
dus constet. neque enim ii sumus quos vituperare ne inimici
quidem possint, nisi ut simul laudent. vale.

XIII. (a. 101)

C. PLINIUS VOCONIO ROMANO SUO S.

Librum quo nuper optimo principi consul gratias egi misi 1
exigenti tibi, missurus, etsi non exegisses. in hoc consideres 2
velim ut pulchritudinem materiae ita difficultatem. in ceteris
enim lectorem novitas ipsa intentum habet, in hac nota vulgata dicta sunt omnia; quo fit ut quasi otiosus securusque lector
tantum elocutioni vacet, in qua satisfacere difficilius est, cum
sola aestimatur. atque utinam ordo saltem et transitus et figurae 3
simul spectarentur! nam invenire praeclare, enuntiare magnifice
interdum etiam barbari solent, disponere apte, figurare varie
nisi eruditis negatum est. nec vero adfectanda sunt semper 4
elata et excelsa. nam ut in pictura lumen non alia res magis
quam umbra commendat, ita orationem tam summittere quam
attollere decet. sed quid ego haec doctissimo viro? quin potius 5

XII 2 CATILIO SEVERO SUO **Fpr** CATILIO (CATILO **M** CATILLO **V**) SUO **MVDa**: '*Riccardianus in contextu epistolarum nihil mutat* (*h. e.* Catilio suo), *at in indice* Attilio Severo *inscripsit*'. 3 iam ñ paciscor. Expedita sit. Parca **F** sit *priore loco om.* **r** 6 g. caesar **MV** 7 scribit *Casaubonus* eos *om.* **r** fuerit **FD** *Riccard.* ςa fuerat **MVr** fuit **p** ebreii **V** ebri **D** 9 reprehensos **Dp** auctoritas **F** 11 impendi **D** sic] si **F** 12 ne] nec **D**

XIII 15 VOCONIO ROMANO **Fp**ς *Riccardianus in indice:* VOCONIO *om.* **MVDra** 17 in hoc] tamen hoc **r**ς 19 ipsa nouitas **r** in hac] hac **r** in hoc *Sichardus* 22 utinam] utin **MV** 23 et nuntiare **D** 24 etiam *om.* **r** figurate **r** 25 adfectanda] adiecta **F** 26 elata] et lata **D** 28 ego] egi **M** haec] hoc **F**

illud, adnota quae putaveris corrigenda. ita enim magis credam cetera tibi placere, si quaedam displicuisse cognovero. vale.

XIIII.

C. PLINIUS ACILIO SUO S.

1 Rem atrocem nec tantum epistula dignam Largius Macedo,
vir praetorius, a servis suis passus est, superbus alioqui dominus
et saevus et qui servisse patrem suum parum, immo nimium
2 meminisset. lavabatur in villa Formiana: repente eum servi
circumsistunt: alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus
et ventrem atque etiam, foedum dictu, verenda contundit; et
cum exanimem putarent, abiciunt in fervens pavimentum, ut ex-
perirentur an viveret. ille, sive quia non sentiebat, sive quia
se non sentire simulabat, immobilis et extentus fidem peractae
3 mortis implevit. tum demum quasi aestu solutus effertur: exci-
piunt servi fideliores, concubinae cum ululatu et clamore con-
currunt. ita et vocibus excitatus et recreatus loci frigore sublatis
oculis agitatoque corpore vivere se, et iam tutum erat, confitetur.
4 diffugiunt servi; quorum magna pars conprehensa est, ceteri
requiruntur. ipse paucis diebus aegre focilatus non sine ultionis
5 solacio decessit, ita vivus vindicatus, ut occisi solent. vides quot
periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii; nec est
quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis:
non enim iudicio domini, sed scelere perimuntur. verum haec
6 hactenus. quid praeterea novi? quid? nihil; alioqui subiungerem:
nam et charta adhuc superest, et dies feriatus patitur plura con-
texi. addam quod opportune de eodem Macedone succurrit. cum
in publico Romae lavaretur, notabilis atque etiam, ut exitus
7 docuit, ominosa res accidit. eques Romanus a servo eius ut
transitum daret manu leviter admonitus convertit se nec servum,

---

1 putaueris illa corrigenda M 2 si] sed r

XIIII 4 ACILIO] '*Riccardianus in indice* Pacilium *vocat*' 5 nec tamen r epistulam V larcius Dr 6 est *om.* r aliqui D alioquin F 7 saeuus VFpϛa seuus M seruus Dr nimium MVFD minimum pra 9 os] nos M 11 expirirentur D 13 se *om.* Frϛa sentire non D 14 aestus solutus MV "solutus" aestu F 15 seruo *corr.* serui M cum *om.* r 16 excitatos ut recreatus D frigore loci p 17 iam ut tum erat Dp 18 diffigiunt V 19 pauculis r aegre focilatus MVF *Riccard.* aegre refocillatus pra est refocilatus D 20 solatio MV quod periculis quod contumeliis quod ludibriis M 21 sumus V 23 sed celere M 24 nihil] nisi p alioquin FD subiungere F 25 charta] quarta F *Riccardianus* patitur sibi plura r contexti V 26 *addam quod adeó opportune* r 29 leniter r

a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam graviter palma
percussit, ut paene concideret. ita balineum illi quasi per gradus 8
quosdam primum contumeliae locus, deinde exitii fuit. vale.

XV.

C. PLINIUS SILIO PROCULO SUO S.

Petis ut libellos tuos in secessu legam, examinem an edi- 1
tione sint digni, adhibes preces, adlegas exemplum: rogas enim
ut aliquid subsicivi temporis studiis meis subtraham, impertiam
tuis, adicis M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia fo-
visse. sed ego nec rogandus sum nec hortandus: nam et poe- 2
ticen ipsam religiosissime veneror et te validissime diligo. faciam
ergo quod desideras tam diligenter quam libenter. videor autem 3
iam nunc posse rescribere esse opus pulchrum nec supprimen-
dum, quantum aestimare licuit ex iis quae me praesente reci-
tasti, si modo mihi non inposuit recitatio tua: legis enim sua-
vissime et peritissime. confido tamen me non sic auribus duci,
ut omnes aculei iudicii mei illarum delenimentis refringantur:
hebetentur fortasse et paulum retundantur, evelli quidem extor- 4
querique non possunt. igitur non temere iam nunc de universi- 5
tate pronuntio, de partibus experiar legendo. vale.

XVI.

C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

Adnotasse videor facta dictaque virorum feminarumque alia 1
clariora esse alia maiora. confirmata est opinio mea hesterno 2
Fanniae sermone. neptis haec Arriae illius quae marito et so-
lacium mortis et exemplum fuit. multa referebat aviae suae non

---

1 tacitus V palma **Fpra** palam **MD** palamq. **V** 2 conciderit **D** balneum **F** balienum **D** quasi *om.* r 3 exiti **D**

XV. 5 SILIO *om.* **MVFDpra**: '*Riccardianus in indice* Silium Proculum *vocat* 6 examinemque *Sichardus* editiones indigni **M** 8 subsiciui **MVF** *Riccard.* **a** subciui **D** successiui p succisim r succisiui ς subtraham et impertiam rς 9 marcum tullium **MV** 10 ego rogandus sum nec cohortandus **D** sum aut hortandus r nam poeticen **F** manet poeticem **D** 11 religiosissimam **M** te *om.* rς ualedissime **M** ualdissime **Fa** 12 autem *om.* p 13 rescribere esse *om.* **F** 14 aestimare licuit **FD** *Catanaeus* **a** existimare licuit pr est iam placuit **MV**ς ex his **MV** **Fpr** 16 et peritissime *om.* **MV** 17 iudici **VD** delinimentis **Fp**ς**a** delimmentis r delimentis **MVD** refringantur **VFD** *Riccard.* **ra** refrigantur **M** restringantur pς 18 paulum **MVD** paululum **Fpra** euelli **MV** **Dp**ς reuelli **Fra** extorqueri non p 19 nunc *om.* rς 20 experiar delegendo **MV** experior legendo r

XVI 23 feminarumque illustrium alia *Sichardus* 25 haec neptis r et solatium et exemplum mortis r

minora hoc, sed obscuriora; quae tibi existimo tam mirabilia
3 legenti fore, quam mihi audienti fuerunt. aegrotabat Caecina
Paetus, maritus eius, aegrotabat et filius, uterque mortifere, ut
videbatur: filius decessit eximia pulchritudine, pari verecundia,
et parentibus non minus ob alia carus, quam quod filius erat.
4 huic illa ita funus paravit, ita duxit exequias, ut ignoraret
maritus: quin immo, quotiens cubiculum eius intraret, vivere
filium atque etiam commodiorem esse simulabat ac persaepe
interroganti quid ageret puer respondebat 'bene quievit, libenter
5 cibum sumpsit'. deinde, cum diu cohibitae lacrimae vincerent
prorumperentque, egrediebatur: tunc se dolori dabat: satiata
siccis oculis composito vultu redibat, tamquam orbitatem foris
6 reliquisset. praeclarum quidem illud eiusdem, ferrum stringere,
perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere
vocem immortalem ac paene divinam 'Paete, non dolet.' sed
tamen ista facienti, ista dicenti gloria et aeternitas ante oculos
erant: quo maius est sine praemio aeternitatis, sine praemio
gloriae abdere lacrimas, operire luctum, amissoque filio matrem
7 adhuc agere. Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium mo-
verat: fuerat Paetus in partibus et occiso Scriboniano Romam
8 trahebatur. erat ascensurus navem: Arria milites orabat ut simul
inponeretur. 'nempe enim' inquit 'daturi estis consulari viro
servulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus vestia-
9 tur, a quibus calcietur: omnia sola praestabo.' non impetravit:
conduxit piscatoriam nauculam ingensque navigium minimo
secuta est. eadem apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa
profiteretur indicium, 'ego' inquit 'te audiam, cuius in gremio
Scribonianus occisus est, et vivis?' ex quo manifestum est ei
19 consilium pulcherrimae mortis non subitum fuisse. quin etiam,
cum Thrasea, gener eius, deprecaretur ne mori pergeret interque

---

1 minora haec obscurioraque tibi **D** obscruriora **M** 2 fuere p aegrotabat Caecina Paetus maritus eius *om.* **F** caecinna pra 3 maritus eius *om.* **MV** utrique p 4 parique rς, *om.* **M** 7 quin immo et quotiens pa 9 interrogante **D** quiescit r 11 tunc **MVD**ςa tum **F**p tamen r 12 siccis] sicut p rediebat **MV** 13 illud quidem r eiusdem — 14 pugionem *in marg. add.* **M** 15 ac] ad **F** non dolet paete **MV** 16 ista facienti ista dicenti **MVD** ista facienti dicenti **F**pa ista facienti dicentique rς 17 quo] quod **MV** aeternitatis sine praemio *om.* **D** 18 lacrimas abdere r amissoque (omissoque r) filio etiam matrem adhuc rς 19 in illyrico **MV**pr milyrico **D** illyrico **F**a 20 et occiso **MVD**: et *om.* **F** *Riccard.* pra Scribaniano p 21 erat *om.* r arri **D** 22 inquid **MVF** uero **M** 23 seruolos **MV** capiat uestiatur p 24 praestabo] praestauit **D** 25 nauculam **V** nauiculam **MFD**pra nauigium] nauium **D** minimoque secuta est p 26 uxor **D** 27 inquid **MVF** 28 occisus et uiuis **V** 30 trasea **F** thraseam **V**

alia dixisset 'vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit,
mori mecum?', respondit 'si tam diu tantaque concordia vixerit
tecum, quam ego cum Paeto, volo.' auxerat hoc responso curam 11
suorum, attentius custodiebatur: sensit et 'nihil agitis' inquit:
'potestis enim efficere ut male moriar, ut non moriar non po-
testis.' dum haec dicit, exiluit cathedra adversoque parieti caput 12
ingenti impetu impegit et corruit. focilata 'dixeram' inquit 'vobis
inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, si vos facilem
negassetis.' videnturne haec tibi maiora illo 'Paete, non dolet', 13
ad quod per haec perventum est? cum interim illud quidem
ingens fama, haec nulla circumfert. unde colligitur quod initio
dixi, alia esse clariora alia maiora. vale.

XVII.

C. PLINIUS IULIO SERVIANO SUO S.

Rectene omnia, quod iam pridem epistulae tuae cessant? 1
an omnia recte, sed occupatus es tu? an tu non occupatus, sed
occasio scribendi vel rara vel nulla? exime hunc mihi scrupu- 2
lum, cui par esse non possum, exime autem vel data opera
tabellario misso: ego viaticum, ego etiam praemium dabo, nuntiet
mihi modo quod opto. ipse valeo, si valere est suspensum et 3
anxium vivere, expectantem in horas timentemque pro capite
amicissimo quidquid accidere homini potest. vale.

XVIII. (a. 101)

C. PLINIUS CURIO SEVERO SUO S.

Officium consulatus iniunxit mihi ut rei publicae nomine 1
principi gratias agerem. quod ego in senatu cum ad rationem
et loci et temporis ex more fecissem, bono civi convenientissi-

---

1 dixisset uis **MVD** dixisse tu is **F** dixisset tu uis **pra** 3 quam] quantum **rς** 4 inquid **MVF** 5 ut non moriar **MVD** ne moriar **Fpra**
6 exiliit **r** cathedrā **F** cathedram *Riccard.* **pr*a** capud **M** 7 et *om.* **D** refocillata *Catanaeus* inquid **MVF** 8 facilem] facere **F** 9 tibi haec **r** illo *om.* **MV** dolet at per quod ad hoc **p** 11 hoc nulla **pr*** 12 alia esse clariora alia esse maiora **r**
XVII 14 IVLIO *om.* **MVFDpra**: '*Riccardianus in indice* Iulium Servianum *vocat*' SERVIANO **F** *Catanaeus* **a** SEUERIANO **MVpς** FERVIANO **Dr** 15 Rectene] Recte *Riccard.* epistolae **V** 16 an non omnia recte **rςa** tu *posteriore loco om.* **rς** 17 occasio] occupatio **D** raro **r** 19 miso **V** nuntiet mihi modo **MV** *Riccard.* nuntiet modo **FDpςa** nuntia modo **r** 21 timentem pro **D** 22 quicquid **VF**
XVIII 24 CURIO SEUERO SUO **Fpr** SEUERO SUO **MVD** SERVO SUO **a**: '*Riccardianus in indice* Vivium Severum *vocat*' 25 officio **p** iniunxisti *mihi* **Dp** 26 quod] cum **D** 27 et priore loco om. **rς**

mum credidi eadem illa spatiosius et uberius volumine amplecti,
2 primum ut imperatori nostro virtutes suae veris laudibus commendarentur; deinde ut futuri principes non quasi a magistro, sed tamen sub exemplo praemonerentur, qua potissimum via
3 possent ad eandem gloriam niti. nam praecipere qualis esse debeat princeps pulchrum quidem, sed onerosum ac prope superbum est; laudare vero optimum principem ac per hoc posteris velut e specula lumen quod sequantur ostendere idem utilitatis habet,
4 adrogantiae nihil. cepi autem non mediocrem voluptatem, quod, hunc librum cum amicis recitare voluissem, non per codicillos, non per libellos, sed 'si commodum' et 'si valde vacaret' admoniti (numquam porro aut valde vacat Romae aut commodum est audire recitantem), foedissimis insuper tempestatibus, per biduum convenerunt, cumque modestia mea finem recitationi
5 facere voluisset, ut adicerem tertium diem exegerunt. mihi hunc honorem habitum putem, an studiis? studiis malo, quae
6 prope extincta refoventur. at cui materiae hanc sedulitatem praestiterunt? nempe quam in senatu quoque, ubi perpeti necesse erat, gravari tamen vel puncto temporis solebamus, eandem nunc et qui recitare et qui audire triduo velint inveniuntur, non quia eloquentius quam prius, sed quia liberius ideoque etiam
7 libentius scribitur. accedet ergo hoc quoque laudibus principis nostri, quod res antea tam invisa quam falsa nunc ut vera ita
8 amabilis facta est. sed ego cum studium audientium tum iudicium mire probavi: animadverti enim severissima quaeque vel
9 maxime satisfacere. memini quidem me non multis recitasse quod omnibus scripsi, nihilo minus tamen, tamquam sit eadem omnium futura sententia, hac severitate aurium laetor, ac sicut olim theatra male musicos canere docuerunt, ita nunc in spem adducor posse fieri ut eadem theatra bene canere musicos do-

1 uerberius p complecti r 2 ut *om.* D 3 a *om.* VD 4 possent uia r 5 niti *in marg. add.* V 6 hac prope F 7 a^c^per hoc M hac per hoc F 8 utilitas F 9 adrogatiae MV 10 codicellos F 11 si commodum esset et rς admonui MV 12 aut ualde raro uacat rς 13 adire D 14 mea] ea *corr. al. man.* mea F recitatione p 15 exigerunt V mihi] nihil D 16 an studiis Malo F mallo MVD 17 at] ad MV 18 quam] qua MV 19 eandem MVF eadem Dpra 21 ideoque etiam FDrς ideo etiam MV ideoque pa 22 accedit r 25 animaduerti Dpra anima ad uerti MV aduerti F seuerissima FDpςa uerissima MVr 26 satis facerem M memini] ne nimini D non *om.* D 27 nihilo minus quanquam sit r nihilo minus tanquam sit ς sit] si F 28 hac] ac F 29 male canere musicos docuerunt p spem] specie p 30 beno musicos canere r

ceant. omnes enim qui placendi causa scribunt qualia placere 10
viderint scribent. ac mihi quidem confido in hoc genere materiae
laetioris stili constare rationem, cum ea potius quae pressius et
adstrictius quam illa quae hilarius et quasi exultantius scripsi
possint videri arcessita et inducta: non ideo tamen segnius precor
ut quandoque veniat dies (utinamque iam venerit!), quo austeris
illis severisque dulcia haec blandaque vel iusta possessione dece-
dant. habes acta mea tridui; quibus cognitis volui tantum te 11
voluptatis absentem et studiorum nomine et meo capere, quan-
tum praesens percipere potuisses. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS CALVISIO RUFO SUO S.

Adsumo te in consilium rei familiaris, ut soleo. praedia 1
agris meis vicina atque etiam inserta venalia sunt. in his me
multa sollicitant, aliqua nec minora deterrent. sollicitat primum 2
ipsa pulchritudo iungendi, deinde quod non minus utile quam
voluptuosum posse utraque eadem opera, eodem viatico invisere,
sub eodem procuratore ac paene isdem actoribus habere, unam
villam colere et ornare, alteram tantum tueri. inest huic com- 3
putationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium, topiariorum,
fabrorum atque etiam venatorii instrumenti; quae plurimum refert
unum in locum conferas, an in diversa dispergas. contra vereor 4
ne sit incautum rem tam magnam isdem tempestatibus, isdem
casibus subdere: tutius videtur incerta fortunae possessionum
varietatibus experiri. habet etiam multum iucunditatis soli caelique
mutatio ipsaque illa peregrinatio inter sua. iam quod delibera- 5
tionis nostrae caput est, agri sunt fertiles pingues aquosi, con-
stant campis vineis silvis, quae materiam et ex ea reditum sicut
modicum ita statum praestant. sed haec felicitas terrae inbe- 6

---

2 at mihi rς 3 latioris pr* 5 arcessita **D** accersita **MFpra** accersitate **V** indu(c)ta **F** segnius] secius *Heusingerus* 6 veniat] ueniet **F** *Riccard.* 7 dulcia haec] haec dubia **r** 8 te tantum **Dr** 9 et *priore loco om.* **MV**ς nomine meo **r** 10 praecipere **p**

XVIIII 12 CALUISIO (Clauisio **p**) RUFO **Fpra**: RUFO *om.* **MVD** *Riccard.* 14 adque **M** 15 sollicitat] sollicitant **Dp** 18 poene **MV**, *om.* **p**: paene sub isdem **r** accusatoribus **V** actionibus **p** 20 sumptus supellectilis *om.* **D** copiariorum **D** 21 adque **M**: atque et uenatoria instrumenta plurimum **r** etiam *om.* **p** uenatori **D** uenatorũ **V** 22 in unum locum **p** 23 isdem casibus *om.* **MV** 24 uiderentur *corr. sec. man.* uideretur *Riccard.* 25 iocunditatis **V** 26 ipsaque *om.* **r** inter sua **MVD** *Riccard.* **r** intersita **Fp**ς**a** quod iam **D** 27 capud **M** 28 materiam et ex ea **VFpra** materiam ex ea **M** materiae **D** 29 statutum **Fa**

cillis cultoribus fatigatur. nam possessor prior saepius vendidit
pignora, et dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in
posterum exhausit, quarum defectione rursus reliqua creverunt.
7 sunt ergo instruendi eo pluris, quod frugi mancipiis: nam nec
ipse usquam vinctos habeo nec ibi quisquam. superest ut scias
quanti videantur posse emi; sestertio tricies, non quia non ali-
quando quinquagies fuerint, verum et hac paenuria colonorum
et communi temporis iniquitate ut reditus agrorum sic etiam
8 pretium retro abiit. quaeris an hoc ipsum tricies facile colli-
gere possimus? sum quidem prope totus in praediis, aliquid tamen
fenero, nec molestum erit mutuari; accipiam a socru, cuius arca
9 non secus ac mea utor. proinde hoc te non moveat, si cetera
non refragantur, quae velim quam diligentissime examines. nam
cum in omnibus rebus tum in disponendis facultatibus plurimum
tibi et usus et providentiae superest. vale.

XX.

C. PLINIUS MESSIO MAXIMO SUO S.

1 Meministine te saepe legisse, quantas contentiones excitarit
lex tabellaria quantumque ipsi latori vel gloriae vel reprehen-
2 sionis attulerit? at nunc in senatu sine ulla dissensione hoc
idem ut optimum placuit: omnes comitiorum die tabellas postu-
3 laverunt. excesseramus sane manifestis illis apertisque suffragiis
licentiam contionum. non tempus loquendi, non tacendi modestia,
4 non denique sedendi dignitas custodiebatur. magni undique dis-
sonique clamores, procurrebant omnes cum suis candidatis, multa
agmina in medio multique circuli et indecora confusio: adeo
desciveramus a consuetudine parentum, apud quos omnia dispo-
sita moderata tranquilla maiestatem loci pudoremque retinebant.
5 supersunt senes, ex quibus audire soleo hunc ordinem comitio-

---

1 uendit r 2 attempus V in postremum MV 3 quorum MV desectione p creuerint D 4 instruendi complures frugi mancipes *Catanaeus* eo plures Fpa mancipis D 5 usquam] unquam D ibi] ipsi M 6 posse *om.* D 8 sic etiam] ita r 9 abiit] auit D 10 proprie r 11 fenero M foenere r faenore VF fenore D foenore pϛa nec *superscriptum habet* F 12 ac (hac F) me auctor VF proinde] inde p 13 exanimes D 14 tum in] tam r 15 prudentiae r

XX 17 Messio Maximo p MESIO MAXIMO Frϛ MAXIMO MVDa Maesio (Maesio Maximo?) *Riccardianus in indice: cf. IV 25* 20 at] ad MV in senatus M 21 idem] quidem Fr 23 licentia F non tacendi FDpra nec tacendi Vϛ nec non tacendi M 24 sedenti Fa magni denique et undique dissoni clamores rϛ 25 candidis p 26 multaque *circuli M multi circuli r* 27 parentium D

rum: citato nomine candidati silentium summum; dicebat ipse
pro se, explicabat vitam suam, testes et laudatores dabat vel
eum sub quo militaverat vel eum cui quaestor fuerat vel utrumque,
si poterat, addebat quosdam ex suffragatoribus: illi graviter et
paucis loquebantur. plus hoc quam preces proderat. non num- 6
quam candidatus aut natales competitoris aut annos aut etiam
mores arguebat. audiebat senatus gravitate censoria. ita saepius
digni quam gratiosi praevalebant. quae nunc inmodico favore 7
corrupta ad tacita suffragia quasi ad remedium decucurrerunt;
quod interim plane remedium fuit: erat enim novum et subitum.
sed vereor ne procedente tempore ex ipso remedio vitia nascantur. 8
est enim periculum ne tacitis suffragiis inpudentia inrepat. nam
quoto cuique eadem honestatis cura secreto quae palam? multi
famam, conscientiam pauci verentur. sed nimis cito de futuris: 9
interim beneficio tabellarum habebimus magistratus qui maxime
fieri debuerunt. nam ut in reciperatoriis iudiciis sic nos in his
comitiis quasi repente adprehensi sinceri iudices fuimus. haec 10
tibi scripsi, primum ut aliquid novi scriberem, deinde ut non
numquam de re publica loquerer, cuius materiae nobis quanto
rarior quam veteribus occasio tanto minus omittenda est. et 11
hercule quousque illa vulgaria 'quid agis? ecquid commode vales?'
habeant nostrae quoque litterae aliquid non humile nec sordi-
dum nec privatis rebus inclusum. sunt quidem cuncta sub unius 12
arbitrio, qui pro utilitate communi solus omnium curas labo-
resque suscepit; quidam tamen salubri temperamento ad nos
quoque velut rivi ex illo benignissimo fonte decurrunt, quos et
haurire ipsi et absentibus amicis quasi ministrare epistulis pos-
sumus. vale.

---

2 uitam suam explicabat pa 3 sub quo militauerat FDpra sub quo legatus MVς cui quaestor MVFςa sub quo quaestor Dpr 5 paucis MVFrςa parce Dp *Beroaldus* 6 conpeditoris F 9 decurrerunt pςa decurrunt r 12 increpat MD 13 cura] cum MV 14 pauci conscientiam r 16 in *utroque loco om.* r reciperatoriis F *Riccard.* p reciperatoris MVD recuperatoriis rςa iudicis D 17 comitis D adprensi D 18 scribsi M scriberim MV 19 loquor r nobis *om.* r 20 occassio V 21 eho quid agis *Catanaeus* ecquid commode ς et quid commode MVDr eho quid commode F eho ecquid commode pa 22 quoque nostrae Dr 26 benigno r 27 possimus r

XXI.

C. PLINIUS CORNELIO PRISCO SUO S.

1 Audio Valerium Martialem decessisse et moleste fero. erat
homo ingeniosus acutus acer, et qui plurimum in scribendo et
2 salis haberet et fellis nec candoris minus. prosecutus eram
viatico secedentem: dederam hoc amicitiae, dederam etiam ver-
3 siculis quos de me composuit. fuit moris antiqui eos qui vel
singulorum laudes vel urbium scripserant aut honoribus aut
pecunia ornare; nostris vero temporibus ut alia speciosa et egregia
ita hoc in primis exolevit. nam postquam desiimus facere lau-
4 danda, laudari quoque ineptum putamus. quaeris qui sint versi-
culi quibus gratiam rettuli. remitterem te ad ipsum volumen,
nisi quosdam tenerem: tu, si placuerint hi, ceteros in libro re-
5 quires. adloquitur Musam, mandat ut domum meam Esquiliis
quaerat, adeat reverenter:

sed ne tempore non tuo disertam
pulses ebria ianuam videto:
totos dat tetricae dies Minervae,
dum centum studet auribus virorum
hoc quod saecula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.
seras tutior ibis ad lucernas:
haec hora est tua, cum furit Lyaeus,
cum regnat rosa, cum madent capilli:
tunc me vel rigidi legant Catones.

6 meritone eum qui haec de me scripsit et tunc dimisi amicissime
et nunc ut amicissimum defunctum esse doleo? dedit enim mihi
quantum maximum potuit, daturus amplius, si potuisset. tametsi

---

XXI 2 CORNELIO PRISCO Fpr *Riccardianus in indice:* CORNELIO *om.* MVDa 4 et salis] et ialis D salis rς 5 habere V 6 sedentem D etiam *om.* rς 7 fuit] erat D antiqui] antiquis Frς uel qui rς 8 scribserant M scripserat r 9 ornare] donare r 10 desiimus Fpra desimus MVD desinimus ς 12 rettuli (rei tuli V retuli F) remitterem MVFς retulerim mitterem Dr rettulerim remitterem pa 13 hii MV 14 esquiliis F esquilis MV esquillis D exquiliis pra 15 requirat adeat F requirat adeatque r quaerat adeatque ς 16 sed] *Martial.* X 19, 12 17 videto] uide M 18 totas D 21 Tarpinis V 22 tutioribus ad p 23 tua] qua F cum furit FDa cum fuit MV cum fuerit p dum furit rς 24 dum regnat rosa dum Dpr mandent p 26 de me] desne V scripsi p, *om.* D 27 ut *om.* M 28 maximum MVF *Riccard.* ςa *maxime pr* maxume D

quid homini potest dari maius quam gloria et laus et aeternitas? at non erunt aeterna quae scripsit: non erunt fortasse, ille tamen scripsit tamquam essent futura. vale.

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBER QUARTUS.

(a. 102—105)

I.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

Cupis post longum tempus neptem tuam meque una videre. 1
gratum est utrique nostrum quod cupis, mutuo mehercule. nam 2
invicem nos incredibili quodam desiderio vestri tenemur, quod
non ultra differemus; atque adeo iam sarcinulas alligamus festi-
naturi, quantum itineris ratio permiserit. erit una, sed brevis 3
mora: deflectemus in Tuscos, non ut agros remque familiarem
oculis subiciamus (id enim postponi potest), sed ut fungamur
necessario officio. oppidum est praediis nostris vicinum (nomen 4
Tiferni Tiberini), quod me paene adhuc puerum patronum
cooptavit, tanto maiore studio quanto minore iudicio. adventus
meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus gaudet. in hoc 5

---

1 gloria et laus aeternitatis at r gloria laus et aeternitas harum At F: et aeternitas harum etiam Riccardianus 2 at] ad MV tamen scribsit M

4 C. (G. M) PLINI SECUNDI EPISTULARUM EXPLICIT. LIB. III. EIUSDEM INCIPIT LIBER QUARTUS (IIII V) MV C . PLINII . SECUNDI . NOVOCOMENSIS . EPISTOLARVM . LIBER . TERTIVS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER IIII. FOELICITER D C. Plinii Sc. Novicomēsis Liber Quartus Incipit p C. Plinii secundi epistolarum Liber Tertius explicit. Incipit IIII. lege feliciter r C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVARTVS a, *om.* F

I 9 FABATO PROSOCERO (Socero p) SUO pϛa FATABO PROSOCERO SUO MV FABATO SUO D Prosocero suo r: *omissa inscriptione epistulae* Plinius baco prosocero suo *in marg.* F: '*Riccardianus in indice corrupte* Fabium *vocat*' 13 differremus D adque M iam adeo r alligamus MVFϛa alligauimus Dpr 14 ratio itineris p erit una MVFϛa erit enim D erit (erat r) enim una pr 17 predis D 18 tiferni tiberini MVϛ tifernum tiberinum F tiferali tiberini D trifernium tyberinum p Tifernium *Tiberinum* ra poene M 20 celebrabat D

ego, ut referrem gratiam (nam vinci in amore turpissimum
est), templum pecunia mea extruxi, cuius dedicationem, cum
6 sit paratum, differre longius inreligiosum est. erimus ergo ibi
dedicationis die, quem epulo celebrare constitui. subsistemus
fortasse et sequenti; sed tanto magis viam ipsam corripiemus.
7 contingat modo te filiamque tuam fortes invenire! nam continget
hilares, si nos incolumes receperitis. vale.

II.

C. PLINIUS ATTIO CLEMENTI SUO S.

1 Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio
an malum putet. erat puer acris ingenii, sed ambigui, qui tamen
2 posset recta sectari, si patrem non referret. hunc Regulus emancipavit, ut heres matris existeret; mancipatum (ita vulgo ex
moribus hominis loquebantur) foeda et insolita parentibus indulgentiae simulatione captabat. incredibile, sed Regulum cogita.
3 amissum tamen luget insane. habebat puer mannulos multos et
iunctos et solutos, habebat canes maiores minoresque, habebat
luscinias, psittacos, merulas: omnes Regulus circa rogum truci-
4 davit. nec dolor erat ille, sed ostentatio doloris. convenitur ad
eum mira celebritate. cuncti detestantur oderunt, et quasi probent, quasi diligant, cursant frequentant, utque breviter quod
5 sentio enuntiem, in Regulo demerendo Regulum imitantur. tenet
se trans Tiberim in hortis, in quibus latissimum solum porticibus
inmensis, ripam statuis suis occupavit, ut est in summa avaritia
6 sumptuosus, in summa infamia gloriosus. vexat ergo civitatem
insaluberrimo tempore, et quod vexat solacium putat. dicit se
7 velle ducere uxorem: hoc quoque, sicut alia, perverse: audies
brevi nuptias lugentis, nuptias senis: quorum alterum immaturum,

---

1 nam] am D 3 ibi ergo Dp 4 quē et ui celebrare F quem et in ... celebrare *Riccard.* substitimus D 5 et sequenti MVFDς et sequenti die pa et subsequenti die r sedto magis D 6 tuam] iam D nam continget hilares MVD nam hilares certum est Fpra

II 9 ATTIO *om.* MVFDpra: '*Riccardianus in indice* Attium Clementem *vocat*' 11 ingeni D 12 possit D 13 existeret] exisset Et r mancipatum Fpa emancipatum MVrς emancipatur D 14 homines MV 15 simulationē F 16 insane habebat Dpra insane et habebat *deleto* et M insaue habet V habebat (*om.* insane) F *Riccard.* habe luscinias D 18 lucerinas spsittacos MV omnis FD 19 nec erat (dolor) F nec dolore erat V ille] illud D 21 diligunt p 23 in ortis quibus r portibus (ci) V 24 in summa avaritia] in summa infamia auaritia M in *priore loco om.* r 28 nuptias lugentis *om.* D nuptias *posteriore loco om.* pr

alterum serum est. unde hoc augurer quaeris: non quia adfir- 8
mat ipse, quo mendacius nihil est, sed quia certum est Regulum
esse facturum quidquid fieri non oportet. vale.

III.

C. PLINIUS ARRIO ANTONINO SUO S.

Quod semel atque iterum consul fuisti similis antiquis, quod 1
proconsul Asiae, qualis ante te, qualis post te vix unus aut
alter (non sinit enim me verecundia tua dicere nemo), quod
sanctitate, quod auctoritate, aetate quoque princeps civitatis,
est quidem venerabile et pulchrum; ego tamen te vel magis in
remissionibus miror. nam severitatem istam pari iucunditate 2
condire summaeque gravitati tantum comitatis adiungere non
minus difficile quam magnum est. id tu cum incredibili quadam
suavitate sermonum tum vel praecipue stilo adsequeris. nam et 3
loquenti tibi illa Homerici senis mella profluere, et quae scribis
complere apes floribus et innectere videntur. ita certe sum ad-
fectus ipse, cum graeca epigrammata tua, cum iambos proxime
legerem. quantum ibi humanitatis venustatis, quam dulcia illa, 4
quam amantia, quam arguta, quam recta! Callimachum me vel
Heroden vel siquid his melius tenere credebam; quorum tamen
neuter utrumque aut absolvit aut attigit. hominemne Romanum 5
tam graece loqui? non medius fidius ipsas Athenas tam atticas
dixerim. quid multa? invideo Graecis, quod illorum lingua scribere
maluisti. neque enim coniectura eget, quid sermone patrio ex-
primere possis, cum hoc insiticio et inducto tam praeclara opera
perfeceris. vale.

---

1 affirmet p affirmes D 2 sed om. D 3 quicquid VF non om. p
III 5 ARRIO om. MVFDpra: '*unicus Riccardianus in indice ad* Adrianum Antoninum *scriptum esse adserit*': *cf. IV 18. V 15* ANTONINO Vϛ ANTONI^NO M ANTONIO D ADRIANO Fpr HADRIANO a 6 semel] simul *Riccard.* 7 unus altero non F *Riccard.* 9 aetate *om.* p ciuitatis es est r 10 te *om.* F 11 remissioribus Frϛ remissoribus p iocunditate VF 12 condere D sumeque grauitate V comitatus D adiungere *om.* D 13 incredibile D 14 priecipue V 15 et quae] atque D 16 floribus et nectare videntur *Sichardus* e floribus Hymettiis nectare videntur *Mommsenus* sum refectus Fa adfectus sum rϛ 17 tua *om.* D cum mimiambos D proxime] maxime p 19 quam amantia MVDpϛ quam antiqua F *Riccard.* a, *om.* r gallimachum F me *om.* r 20 melius his r 22 tam *priore loco om.* MV fidius *om.* F 23 quod] quid D 25 cum (quom r tum p) in hoc *Riccard.* pr insiticio FDpra institnto MV 26 perfectis p vale *om.* D

IIII.

C. PLINIUS SOSIO SENECIONI SUO S.

1 Varisidium Nepotem validissime diligo, virum industrium,
rectum, disertum, quod apud me vel potentissimum est. idem
C. Calvisium, contubernalem meum, amicum tuum, arta propin-
2 quitate conplectitur: est enim filius sororis. hunc rogo semestri
tribunatu splendidiorem et sibi et avunculo suo facias. obligabis
me, obligabis Calvisium nostrum, obligabis ipsum, non minus
3 idoneum debitorem, quam nos putas. multa beneficia in multos
contulisti: ausim contendere nullum te melius, aeque bene unum
aut alterum conlocasse. vale.

V.

C. PLINIUS SPARSO SUO S.

1 Aeschinen aiunt petentibus Rhodiis legisse orationem suam,
2 deinde Demosthenis, summis utramque clamoribus. quod tanto-
rum virorum scriptis contigisse non miror, cum orationem meam
proxime doctissimi homines hoc studio, hoc adsensu, hoc etiam
labore per biduum audierint, quamvis intentionem eorum nulla
3 hinc et inde collatio, nullum quasi certamen accenderet. nam
Rhodii cum ipsis orationum virtutibus tum etiam comparationis
aculeis excitabantur; nostra oratio sine aemulationis gratia proba-
batur. an merito, scies, cum legeris librum, cuius amplitudo
4 non sinit me longiore epistula praeloqui. oportet enim nos in
hac certe, in qua possumus, breves esse, quo sit excusatius
quod librum ipsum, non tamen ultra causae amplitudinem, ex-
tendimus. vale.

IIII 2 Sossio p *Catanaeus* a Socero r SENECIONI *om.* MVFDpra: '*Riccardianus ad* Sosium Senecionem *scriptam esse in indice dicit*' 3 Varisidium MV *Pomponius Laetus* Varisiduum *Riccardianus in indice* Varisium D Caluisium Fpr *Beroaldus* a ualidissime pra, *corr.* ualdissime F ualdissime MVD 4 disertum rectum *Barthius* potentissimum MVD *Riccard.* a potissimum Fpr idem g. caluisium MV idem caluisium Fa 5 arte propinquitate complectitur C. est enim D 6 hunc rogo VFDpra hunc ergo M hunc ergo rogo *Sichardus* 7 splendidorem D suo *om.* D obligabis Calvisium nostrum *om.* MV 11 vale *om.* D

V 14 rodis D hrodiis M 16 scriptis (scribtis M) contigisse MVDς contigisse scriptis Fpra 18 quamuis hac intentiōē ērt nulla D 19 accenderat V 20 rhodi D rodi F hrodii M uirtutibus orationum D 23 sinet D epistola V proloqui r 24 esse breues p quo] quos p: quo — 25 extendimus *om.* MVD

VI.

C. PLINIUS IULIO NASONI SUO S.

Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa 1
abundantia, sed par vilitas nuntiatur: solum mihi Laurentinum
meum in reditu. nihil quidem ibi possideo praeter tectum et 2
hortum statimque harenas, solum tamen mihi in reditu. ibi enim plurimum scribo nec agrum, quem non habeo, sed ipsum me studiis excolo; ac iam possum tibi ut aliis in locis horreum
plenum sic ibi scrinium ostendere. igitur tu quoque, si certa 3
et fructuosa praedia concupiscis, aliquid in hoc litore para. vale.

VII.

C. PLINIUS CATIO LEPIDO SUO S.

Saepe tibi dico inesse vim Regulo. mirum est quam efficiat 1
in quod incubuit. placuit ei lugere filium; luget ut nemo: placuit statuas eius et imagines quam plurimas facere; hoc omnibus officinis agit, illum coloribus, illum cera, illum aere, illum ar-
gento, illum auro, ebore, marmore effingit. ipse vero nuper ad- 2
hibito ingenti auditorio librum de vita eius recitavit, de vita pueri: recitavit tamen; eundem in exemplaria mille transscriptum per totam Italiam provinciasque dimisit: scripsit publice ut a decurionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis, qui legeret
eum populo: factum est. hanc ille vim, seu quo alio nomine 3
vocanda est intentio, quidquid velis obtinendi, si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset! quamquam minor vis bonis quam malis inest, ac sicut ἀμαθία μὲν θράϲοϲ, λογιϲμὸϲ δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat verecundia, perversa
confirmat audacia. exemplo est Regulus. inbecillum latus, os 4

VI 2 IULIO *om.* **MVFDpra**: 'Iulium Nasonem *vocat Riccardiani index*' NASONIO SUO **MV** 4 sed par uilitas **MVFa** sed par utilitas **r** sed parum utilitatis **Dp**ϛ mihi *om.* **r** 9 sic] sed **D**

VII 12 CATIO *om.* **MVFDpra**: 'Catium Lepidum *Riccardianus in indice vocat*' 13 effigiat **a** 15 eius statuas placuit **p** statuit *corr.* statuas **M** 16 illum argento auro ebore **p** *Catanaeus* illum argento illum auro illum ebore **r**ϛ 17 aureo **M** uero et nuper **Fpra** 18 de vita pueri recitavit *om.* **Fr** 19 eundem in exemplaria **MVD** eundem librum exemplaria **F** eundem librum in exemplaria **pa** eundem librum uel in exemplaria **r**ϛ transscriptum mille **Fa** 20 demisit **F** *Riccard.* scribsit **M** 21 diligeretur **r** deligeretur ϛ 22 eum] cum **pr*** 23 quicquid **VF** optinendi **MVFD** ad otiora **r*** adoptiora **p*** 24 effigere **M** 25 ac si ut **MV** ac sicue est **r** ἀμαθία — φέρει **FD**ϛ**a** ΑΜΑΘΙΑ ΜΕΝ (ΜΗΝ **V**) ΕΡΕΙ **MV**, *in lacuna om.* **pr**: *Thucyd.* II 40 27 os] [illegible] **F**, *om.* **D**

confusum, haesitans lingua, tardissima inventio, memoria nulla,
nihil denique praeter ingenium insanum; et tamen eo inpudentia
5 ipsoque illo furore pervenit, ut orator habeatur. itaque Heren-
nius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc e con-
trario vertit, 'orator est vir malus dicendi imperitus.' non me-
hercule Cato ipse tam bene verum oratorem, quam hic Regulum
6 expressit. habesne quo tali epistulae parem gratiam referas?
habes, si scripseris, num aliquis in municipio vestro ex sodali-
bus meis, num etiam ipse tu hunc luctuosum Reguli librum ut
circulator in foro legeris, ἐπάρας scilicet, ut ait Demosthenes,
7 τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων. est enim tam ineptus,
ut risum magis possit exprimere quam gemitum: credas non de
puero scriptum, sed a puero. vale.

VIII. (a. 103. 104)

C. PLINIUS MATURO ARRIANO SUO S.

1 Gratularis mihi, quod acceperim auguratum: iure gratularis,
primum quod gravissimi principis iudicium in minoribus etiam
rebus consequi pulchrum est, deinde quod sacerdotium ipsum
cum priscum et religiosum tum hoc quoque sacrum plane et
2 insigne est, quod non adimitur viventi. nam alia quamquam
dignitate propemodum paria ut tribuuntur sic auferuntur, in hoc
3 fortunae hactenus licet, ut dari possit. mihi vero illud etiam
gratulatione dignum videtur, quod successi Iulio Frontino, prin-
cipi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter
sacerdotes nominabat, tamquam in locum suum cooptaret: quod
4 nunc eventus ita conprobavit, ut non fortuitum videretur. te
quidem, ut scribis, ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod

---

1 conflatum **D** inuentio est memoria **p** 2 eo] ei **p** 3 illo] eo **r** prouenit **r** ut orator habeatur **MVD** ut plurimis orator habeatur **Fpr** ut a plurimis orator habeatur *Catanaeus* **a** herenius **MV** 4 senicio **M** senitio **V** illud Catonis **pr** 7 epistolae **V** parem] partem **p**
8 habes] omnes **p** scribseris **M** 9 meis *om.* **p** 10 circulator **MVϛa** circūlator **Fpr** circumlator **D** ЄΠΔΡΑϹ **MVϛ** etiapas **D**, *om.* **F** *Riccard.* **pra** Demosthenes] *de coron.* § *291* 11 τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων **ϛa** ΤΗΝΦѠΝΗΝ ΓЄΓΗΘѠϹ ΚΔΔΔΡΥΓΓΙΖѠΝ **F** ΤΗΝ ΦѠΝΗΝ ЄΤ (et **V**) ΓЄΓΗΘѠϹ ЄΤ (& **V**) ΜΡΥΤΙΤΙΖѠΝ **MV** τὴν φωνὴν εἰλελητώς ἢ ἄρει μείζω **D**, *in lacuna om.* **pr** 12 uisum **r**: risum — gemitum *om.* **MVD** 13 scribtum **M** a] ad **M**
VIII 15 MATURO *om.* **MVFDpra**: '*Riccardianus in indice* Matur. Arrianum *vocat*': *cf. III 2, 1. IV 12* 18 pulcrum **M** deinde quod **MVDpra** deinde cum **F** *Riccard.* 19 cum *om.* **D** relegiosum **V** tum] cum **p** 20 nam alia **MVDpr** nam cetera **Fa** quamquam — 21 paria *om.* **F** *Riccard.* 22 illud etiam **MVDϛ** etiam illud **Fpa** illud **r** 23 successu forntino **M** 24 uiro] nero **F** nominationū *corr.* —nis **F** 25 *sacerdotis* **MV** coaptaret **Fp** 26 videatur *Barthius* 27 ob *om.* **pra**

M. Tullius augur fuit. laetaris enim, quod honoribus eius in-
sistam; quem aemulari studiis cupio. sed utinam, ut sacerdotium 5
idem, ut consulatum multo etiam iuvenior quam ille sum con-
secutus, ita senex saltem ingenium eius aliqua ex parte adsequi
possim! sed nimirum, quae sunt in manu hominum et mihi et 6
multis contigerunt, illud vero ut adipisci arduum, sic etiam
sperare nimium est, quod dari non nisi a dis potest. vale.

VIIII.

C. PLINIUS CORNELIO URSO SUO S.

Causam per hos dies dixit Iulius Bassus, homo laboriosus 1
et adversis suis clarus. accusatus est sub Vespasiano a privatis
duobus; ad senatum remissus diu pependit, tandem absolutus
vindicatusque: Titum timuit ut Domitiani amicus, a Domitiano 2
relegatus est: revocatus a Nerva sortitusque Bithyniam rediit
reus, accusatus non minus acriter quam fideliter defensus. varias
sententias habuit, plures tamen quasi mitiores. egit contra eum 3
Pomponius Rufus, vir paratus et vehemens: Rufo successit Theo-
phanes, unus ex legatis, fax accusationis et origo. respondi 4
ego. nam mihi Bassus iniunxerat ut totius defensionis funda-
menta iacerem, dicerem de ornamentis suis, quae illi et ex ge-
neris claritate et ex periculis ipsis magna erant, dicerem de 5
conspiratione delatorum, quam in quaestu habebant, dicerem
causas quibus factiosissimum quemque, ut illum ipsum Theo-
phanen, offendisset. eundem me voluerat occurrere crimini quo
maxime premebatur. in aliis enim quamvis auditu gravioribus
non absolutionem modo verum etiam laudem merebatur, hoc 6
illum onerabat, quod homo simplex et incautus quaedam a pro-
vincialibus ut amicus acceperat: nam fuerat in eadem provincia

---

2 aemulari in studiis **Fpra** 3 idem ut consulatum **MVDrς** idem consulatum **F** idem et consulatum **pa** etiam] enim **V** iunior **rς** 5 possim **FDpa** possem **MVς** possum **r** hominum ea et mihi **MV** 6 illud uero ingenium adipisci ut arduum **r** apisci **MV** 7 quod dari nisi a diis non potest **pr** dis **D** diis **MVFa**

VIIII 9 CORNELIO *om.* **MVFDpra**: 'Cornelium Ursum *vocat Riccardianus in indice*' 10 Iulius Bassus dixit **r** Iunius Bassus dixit *Pomponius Laetus* 12 a senatu **MV** tandemque **Fa** 13 uindicatusque **MVD** uindicatusque est **Fpra** Domitiani amicus a *om.* **V** 14 bythiniam **M** rediit **MVς** redit **FDpra** 16 quasi *om.* **Dp** 17 paratus] peritus **pr** succedit **r** theofanes **MV** 18 fax acusationis **MVF** *Riccard.* **rς** princeps accusationis **Dp** princeps fax accusationis **a** 19 nam] num **a** ut *om.* **MV** 20 dicerem *om.* **D** et *om.* **MVrς** 21 et *om.* **MV** de] et **p** 23 theophanem **Fa** 24 quo] quod **V** 28 amicis **F** *Sichardus* in eadem *prouincia* **MVDς** in prouincia eadem **Fpra**

quaestor. haec accusatores furta ac rapinas, ipse munera vocabat:
7 sed lex munera quoque accipi vetat. hic ego quid agerem, quod
iter defensionis ingrederer? negarem? verebar ne plane furtum
videretur quod confiteri timerem. praeterea rem manifestam
infitiari augentis erat crimen, non diluentis, praesertim cum reus
ipse nihil integrum advocatis reliquisset. multis enim atque
etiam principi dixerat sola se munuscula dumtaxat natali suo
8 aut Saturnalibus accepisse et plerisque misisse. veniam ergo
peterem? iugulassem reum, quem ita deliquisse concederem, ut
servari nisi venia non posset. tamquam recte factum tuerer?
9 non illi profuissem, sed ipse inpudens extitissem. in hac diffi-
cultate placuit medium quiddam tenere: videor tenuisse. actionem
meam, ut proelia solet, nox diremit. egeram horis tribus et dimidia,
supererat sesquihora. nam cum e lege accusator sex horas, no-
vem reus accepisset, ita diviserat tempora reus inter me et eum
qui dicturus post erat, ut ego quinque horis, ille reliquis utere-
10 tur. mihi successus actionis silentium finemque suadebat. temera-
rium est enim secundis non esse contentum. ad hoc verebar ne
me corporis vires iterato labore desererent, quem difficilius est
11 repetere quam iungere. erat etiam periculum ne reliqua actio
mea et frigus ut deposita et taedium ut resumpta pateretur.
ut enim faces ignem adsidua concussione custodiunt, dimissum
aegerrime reparant, sic et dicentis calor et audientis intentio
continuatione servatur, intercapedine et quasi remissione langue-
12 scit. sed Bassus multis precibus, paene etiam lacrimis obse-
crabat implerem meum tempus. parui utilitatemque eius prae-
tuli meae. bene cessit: inveni ita erectos animos senatus, ita
recentes, ut priore actione incitati magis quam satiati videren-

1 ac rapinas Da et rapinas MVpr aut rapinas F 2 quoque munera D 5 deluentis F 6 integrum aduocatus (i *superscr.*) F aduocatis integrum rς enim] etiam D 7 principis V dexerat (i *superscr.*) V dexerat D se sola D 8 accepisse saturnalibus pr* mississe M 9 iugulassem MVς iugulasset D iugularem F *Riccard.* pra reliquisse D: deliquisse — 10 posset *in marg. add.* V 12 quiddam (quoddam r) medium pr* 13 nox] nos F dimia D 14 sesquiora MV e lege MFa ex lege Dpr lege V accussator M 15 accipisset V 18 contemptum F ne me MVF *Riccard.* a ne mox Drς ne me mox p *Catanaeus* 19 desererent MVF *Riccard.* a deficerent Dpr quem] quae p 21 et (et *om.* rς) frigus ut (ut *om.* a) deposita (deposite V) et taedium ut (ut *om.* a) resumpta pateretur MVDpra ut frigus ui deposita tedium aut risum pateretur F: ut frigus ut deposita *Riccard.* '*a man. sec.*', *deinde* taedium et risum pateretur *Riccard.* 22 demissum F *Riccard.* a 23 calore et V 24 intercapedine autem et D 25 paene] multis r etiam] et p 26 eius *om.* D 27 inuenit ita r *erectos]* rectos D ereptos F

tur. successit mihi Lucceius Albinus tam apte, ut orationes
nostrae varietatem duarum, contextum unius habuisse credantur.
respondit Herennius Pollio instanter et graviter, deinde Theo- 14
phanes rursus. fecit enim hoc quoque, ut cetera, inpudentissime,
quod post duos et consulares et disertos tempus sibi et quidem
laxius vindicavit. dixit in noctem atque etiam nocte inlatis lu-
cernis. postero die egerunt pro Basso Homullus et Fronto miri- 15
fice: quartum diem probationes occuparunt. censuit Baebius 16
Macer, consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri,
Caepio Hispo, salva dignitate iudices dandos: uterque recte. qui 17
fieri potest, inquis, [ut uterque recte] cum tam diversa censuerint?
quia scilicet et Macro legem intuenti consentaneum fuit dam-
nare eum qui contra legem munera acceperat, et Caepio, cum
putaret licere senatui, sicut licet, et mitigare leges et intendere,
non sine ratione veniam dedit facto vetito quidem, non tamen
inusitato. praevaluit sententia Caepionis, quin immo consurgenti 18
ei ad censendum adclamatum est, quod solet residentibus. ex
quo potes aestimare, quanto consensu sit exceptum, cum diceret,
quod tam favorabile fuit, cum dicturus videretur. sunt tamen 19
ut in senatu ita in civitate in duas partes hominum iudicia
divisa. nam quibus sententia Caepionis placuit, sententiam Macri
ut rigidam duramque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram
dissolutam atque etiam incongruentem vocant; negant enim con-
gruens esse retinere in senatu cui iudices dederis. fuit et tertia 20
sententia: Valerius Paulinus adsensus Caepioni hoc amplius cen-
suit referendum de Theophane, cum legationem renuntiasset.
arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae illa ipsa lege,
qua Bassum accusaverat, tenerentur. sed hanc sententiam con- 21
sules, quamquam maximae parti senatus mire probabatur, non
sunt persecuti. Paulinus tamen et iustitiae famam et constantiae

1 lucceius albinus **MVD** luceius albinus *Riccard.* ς lucius (lutius **p**) albinus **Fp** *Catanaeus* L. Albenius **r** Lucetius Albinus **a** orationis *corr.* — nes **D** 2 uarietate **D** 3 Pallio **a** thophanes **M** 5 tempus ibit quidem **M** 6 nocte *om.* **pra** 7 Homullus **Fa** homulus **D** Nomulus **p** Romulus **r** titius homullus **MV**ς: titius *om. Riccard.* 8 occupauerunt **pa** 10 Hispo] his **Dr** iudices dandos] iud. tandos **M** iudicandos **V** 11 inquis cum tam diuersa censuerint (censuerunt **r**ς) quia (aqua **F**) scilicet **Fpra** inquis ut uterque recte quia scilicet **MV** inquis quia scilicet **D** 12 intuen consectaneum **V** damnari **D** 13 acceperat. Coepio **r**ς 17 ei *om.* **MV** 18 potes *om.* **p** existimare **pr** sit *om.* **r** 19 uidetur **MV** tamen] enim **r** 20 in ciuitate duas **a** hominum partis **r** 21 caepionis (caepitionis **V**) sententia **MV** 22 ut duram rigidamque **r** illam *om.* **r** 23 adque **M** 26 legatione *Riccard.* legationi **Fr**ς 27 ille **r** 28 bassus **D** 29 probabitur **D** 30 consientiae **D**

22 tulit. misso senatu Bassus magna hominum frequentia, magno
clamore, magno gaudio exceptus est. fecerat eum favorabilem
renovata discriminum vetus fama notumque periculis nomen et
23 in procero corpore maesta et squalida senectus. habebis hanc
interim epistulam ut πρόδρομον, expectabis orationem plenam
onustamque, expectabis diu: neque enim leviter et cursim, ut
de re tanta, retractanda est. vale.

X.

C. PLINIUS STATIO SABINO SUO S.

1 Scribis mihi Sabinam, quae nos reliquit heredes, Modestum
servum suum nusquam liberum esse iussisse, eidem tamen sic
adscripsisse legatum, 'Modesto, quem liberum esse iussi.' quaeris
2 quid sentiam. contuli cum peritis iuris: convenit inter omnes
nec libertatem deberi, quia non sit data, nec legatum, quia
servo suo dederit. sed mihi manifestus error videtur, ideoque
puto nobis, quasi scripserit Sabina, faciendum quod ipsa scripsisse
3 se credidit. confido accessurum te sententiae meae, cum religio-
sissime soleas custodire defunctorum voluntatem, quam bonis
heredibus intellexisse pro iure est. neque enim minus apud nos
4 honestas quam apud alios necessitas valet. moretur ergo in liber-
tate sinentibus nobis, fruatur legato, quasi omnia diligentissime
caverit. cavit enim quae heredes bene elegit. vale.

XI.

C. PLINIUS CORNELIO MINICIANO SUO S.

1 Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? nondum
te puto audisse: est enim recens nuntius. praetorius hic modo
inter eloquentissimos causarum actores habebatur; nunc eo de-

2 fecerit r 4 maiesta *corr.* maesta M 5 epistolam V ut ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ F *Beroaldus* πρόδρομον Da ut ΥΠΥΟΔΡΟΜΟΝ MV ut a *lacuna post* a *relicta* p ut *sequente lacuna* r 6 leuiter ut cursim D breuiter et cursim rς

X 9 STATIO *om.* MVFDpra: 'Statium Sabinum *vocat Riccardianus in indice*' 10 reliquid V 11 suum] meum V sic] se r 12 adscribsisse MF esse liberum r 13 quid sententiam D cum peritis iuris MVDς cum prudentibus Fa cum prudentibus cum peritis iuris (uiris p) pr inter omnis nec libertate quia non D 16 scribserit M scribsisse M 17 se *om.* V te accessurum r 18 defunctorum uoluntates custodire r uoluntem M 19 neque — 20 valet *om.* MVD

XI 24 CORNELIO MINUCIANO F Cornelio Minutiano p MINICIANO MVD *Riccard.* a Minutiano rς 25 Licinianum] '*Riccardianus in indice, quo etiam principia epistolarum exhibere solet,* Minicianum, *in textu ipso vulgatam agnoscit*' in *om.* F *Riccard.* 26 modo hic MVς 27 eo] ego M

cidit, ut exul de senatore, rhetor de oratore fieret. itaque ipse 2
in praefatione dixit dolenter et graviter 'quos tibi, Fortuna, ludos
facis? facis enim ex senatoribus professores, ex professoribus
senatores.' cui sententiae tantum bilis, tantum amaritudinis inest,
ut mihi videatur ideo professus, ut hoc diceret. idem, cum graeco 3
pallio amictus intrasset (carent enim togae iure quibus aqua et
igni interdictum est), postquam se composuit circumspexitque
habitum suum, 'latine' inquit 'declamaturus sum.' dices tristia 4
et miseranda, dignum tamen illum, qui haec ipsa studia incesti
scelere maccularit. confessus est quidem incestum, sed incertum 5
utrum quia verum erat, an quia graviora metuebat, si negasset.
fremebat enim Domitianus aestuabatque in ingenti invidia desti-
tutus. nam cum Corneliam, Vestalium maximam, defodere vivam 6
concupisset, ut qui inlustrari saeculum suum eius modi exem-
plis arbitraretur, pontificis maximi iure seu potius immanitate
tyranni, licentia domini, reliquos pontifices non in Regiam, sed
in Albanam villam convocavit. nec minore scelere quam quod
ulcisci videbatur absentem inauditamque damnavit incesti, cum
ipse fratris filiam incesto non polluisset solum, verum etiam
occidisset: nam vidua abortu periit. missi statim pontifices, qui 7
defodiendam necandamque curarent. illa nunc ad Vestam, nunc
ad ceteros deos manus tendens, multa, sed hoc frequentissime
clamitabat, 'me Caesar incestam putat, qua sacra faciente vicit,
triumphavit?' blandiens haec an inridens, ex fiducia sui an ex 8
contemptu principis dixerit dubium est: dixit, donec ad suppli-
cium, nescio an innocens, certe tamquam innocens, ducta est.
quin etiam cum in illud subterraneum demitteretur haesissetque 9
descendenti stola, vertit se ac recollegit, cumque ei manum

---

3 ex senatoribus professores ex professoribus senatores **MVD**ς ex professoribus senatores ex (et ex **r**) senatoribus professores **Fpr** *Catanaeus* **a** 5 ideo *om.* **F** 8 inquid **MV** dices **MVD** *Riccard.* dicens **Fpra** tristia **Fpra** tristitia **MVD** 9 studia] tristia **p** 10 est *om.* **p** incestum] ingestum **M** 11 utrunque uerum **pr*** an *om.* **D** 12 aestuabatque in ingenti **FD** aestuabatque (aestuebatque **V**) ingenti **MVpra** insidia **r** destitutus **MVF**ς**a** constitutus **Dpr** 13 uestalium maximam **MVD**ς maximillam uestalem **F** *Riccard.* **pra** 14 concupisset **MVDr**ς cupisset **Fa** concupisceret **p** *Catanaeus* ut] et ut **p** inlustrali **V** inlustraret **D** exemplo **Fa** 16 reliquos pontificis **M** 17 minore quam quo duci uidebatur scelere absentem **D** 19 filiam in incesto **D** 20 perit **D** statim *om.* **p** 21 ad uestem **F** 22 sed haec **r**ς 23 quā sacra facientē **F** 24 an ridens **D** 26 tamquam innocens **MVD** tamquam nocens **Fpra** 27 in *om.* **F** subterraneum **MVD** subterraneum cubiculum **Fpra** dimitteretur **D** demitterentur **p** 28 discendenti stola **M** descendente scala **r** cumque] cum **pr** manum carnifex **MVD**ς carnifex manum **Fpra**

carnifex daret, aversata est et resiluit foedumque contactum
quasi plane a casto puroque corpore novissima sanctitate reiecit
omnibusque numeris pudoris πολλὴν πρόνοιαν ἔcχεν εὐcχήμων
10 πεcεῖν. praeterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia obiciebatur,
cum in comitio virgis caederetur, in hac voce perstiterat, 'quid
11 feci? nihil feci.' ardebat ergo Domitianus et crudelitatis et iniqui-
tatis infamia: arripit Licinianum, quod in agris suis occultasset
Corneliae libertam. ille ab iis quibus erat curae praemonetur,
si comitium et virgas pati nollet, ad confessionem confugeret,
12 quasi ad veniam: fecit. locutus est pro absente Herennius Se-
necio tale quiddam, quale est illud κεῖται Πάτροκλος. ait enim
13 'ex advocato nuntius factus sum: Licinianus recessit.' gratum
hoc Domitiano, adeo quidem ut gaudio proderetur diceretque 'ab-
solvit nos Licinianus.' adiecit etiam non esse verecundiae eius
instandum: ipsi vero permisit, siqua posset, ex rebus suis raperet,
ante quam bona publicarentur, exiliumque molle velut praemium
14 dedit. ex quo tamen postea clementia divi Nervae translatus est
in Siciliam, ubi nunc profitetur seque de fortuna praefationibus
15 vindicat. vides quam obsequenter paream tibi, qui non solum
res urbanas verum etiam peregrinas tam sedulo scribo, ut altius
repetam. et sane putabam te, quia tunc afuisti, nihil aliud de
Liciniano audisse, quam relegatum ob incestum. summam enim
16 rerum nuntiat fama, non ordinem. mereor ut vicissim quid in
oppido tuo, quid in finitimis agatur (solent enim quaedam nota-
bilia incidere) perscribas: denique quidquid voles, dum modo
non minus longa epistula nuntia. ego non paginas tantum sed
versus etiam syllabasque numerabo. vale.

---

1 aduersata pr resiliit pr resoluit D contactum MVDpr contagium F *Riccard.* a 2 plane *om.* F: plane quasi *G. H. Schaeferus* casto puroque corpore MVDςa casto corpore puroque Fpr 3 πολλὴν — πεcεῖν *om.* p *et in lacuna* r, *add.* ς: *Eurip. Hecub. 569* ΕΥϹΧΗΜΩΝ MFD ΕΥϹΧΕΜΟΝ V εὐcχήμωc *Beroaldus* a 4 eqnos M 5 perstiterat F *Beroaldus* a persteterat MV persisterat *corr.* perstiterat D praestiterat pr quid feci nihil feci nihil feci D 6 et *posteriore loco om.* r 8 ab his FDpς praemoneretur F 9 uirgam pr* 10 senecio Fa senicio MV senectio D 11 κεῖται Πάτροκλοc MVFςa καῖται Νατρόκλοc D, *in lacuna om.* pr: *Hom. Il.* Σ *20* 12 aduocata M factus sum Licinianus recessit adiecit etiam gratum hoc p recessit licinianus Fa 13 proderetur MVFD *Pomponius Laetus* a proderet r prodiret p *Beroaldus* 15 promisit r posset MVDpr possit Fa rapere MV 17 est *om.* Dr 21 afuisti MV abfuisti rςa adfuisti Fp affuisti D 24 quaedam notabilia MVς notabilia quaedam Fpra: quaedam *om.* D 25 quicquid VF quid r 26 longua F epistola V nuntia MVD nunties Fpra sed uersus etiam MVDς sed etiam uersus Fpra

XII.

C. PLINIUS MATURO ARRIANO SUO S.

Amas Egnatium Marcellinum atque etiam mihi saepe com- 1
mendas: amabis magis commendabisque, si cognoveris eius re-
cens factum. cum in provinciam quaestor exisset scribamque, 2
qui sorti obtigerat, ante legitimum salarii tempus amisisset, quod
acceperat scribae daturus intellexit et statuit subsidere apud se
non oportere. itaque reversus Caesarem, deinde Caesare auctore 3
senatum consuluit, quid fieri de salario vellet. parva quaestio,
sed tamen quaestio. heredes scribae sibi, praefecti aerari populo
vindicabant. acta causa est: dixit heredum advocatus, deinde 4
populi, uterque percommode. Caecilius Strabo aerario censuit
inferendum, Baebius Macer heredibus dandum: obtinuit Strabo.
tu lauda Marcellinum, ut ego statim feci. quamvis enim abunde 5
sufficiat illi quod est et a principe et a senatu probatus, gau-
debit tamen testimonio tuo. omnes enim qui gloria famaque 6
ducuntur mirum in modum adsensio et laus a minoribus etiam
profecta delectat. te vero Marcellinus ita veretur, ut iudicio tuo
plurimum tribuat. accedit his quod, si cognoverit factum suum 7
isto usque penetrasse, necesse est laudis suae spatio et cursu et
peregrinatione laetetur. etenim nescio quo pacto, vel magis ho-
mines iuvat gloria lata quam magna. vale.

XIII.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

Salvum in urbem venisse gaudeo. venisti autem, siquando 1
alias, nunc maxime mihi desideratus. ipse pauculis adhuc diebus

---

XII 2 MATURO *om.* **MVDpra**: *inscriptione epistulae omissa* plinius arriano suo salutem *in marg.* **F**: '*Riccardianus in indice* Matur. Arrianum *vocat*' 3 mihi *om.* **V**ς saepe commendas magisque commendabis si **F** *Riccard.* 4 recens cius **Fa** 5 prouincia **F** 6 qui sorte **F** *Beroaldus* a cui sorti **MV** cui sorte **D**ς qui forte **r** cui forte **p** salari tempus **D** tempus salarii **p**: salarii *om.* **F** 7 et statuit] constatuit **p** 9 uelit **D** parua (et parua pr) quaestio sed tamen quaestio heredes **F** *Riccard.* **pra** parua (et parua **D**) quaestio heredes **MVD** 10 aerari populo **MV**ς aerario populo **D** aerario populoque **Fpra** 11 iudicabant **pr*** deinde populum **D** 12 caecilius strabo aerario **VDr**ς caelius strabo aerario **Fpa** caecilius strabo tu lauda marcellinum aerario **M** 14 ut ego statim feci *om.* **MVD**, *add.* **F** *Riccard.* **pra** 15 et *priore loco om.* **Dp** 18 ita ueretur **FD** *Riccard.* **pra** ita reueretur **MV** ut] et **D** 19 cognorit **p**ς cognouerat **r** 20 spatium **V** 21 etenim nescio **MVFpa** enim nescio **D** nescio enim **r**ς homines magis **r**ς

XIII 24 *Inscriptione epistulae omissa* plinius tacito suo sal' *in marg.* **F** 25 Saluum te in urbem **pra** 26 mihi maxime **p** adhuc pauculis **p**

in Tusculano commorabor, ut opusculum quod est in manibus
2 absolvam. vereor enim ne, si hanc intentionem iam in fine inter-
misero, aegre resumam. interim ne quid festinationi meae pereat,
quod sum praesens petiturus hac quasi praecursoria epistula
3 rogo. sed prius accipe causas rogandi. proxime cum in patria
mea fui, venit ad me salutandum municipis mei filius praetextatus.
huic ego 'studes?' inquam. respondit 'etiam'. 'ubi?' 'Mediolani.'
'cur non hic?' et pater eius (erat enim una atque etiam ipse
4 adduxerat puerum), 'quia nullos hic praeceptores habemus.' 'quare
nullos? nam vehementer intererat vestra, qui patres estis', et
opportune conplures patres audiebant, 'liberos vestros hic potis-
simum discere. ubi enim aut iucundius morarentur, quam in
patria, aut pudicius continerentur, quam sub oculis parentum,
5 aut minore sumptu, quam domi? quantulum est ergo collata
pecunia conducere praeceptores, quodque nunc in habitationes,
in viatica, in ea quae peregre emuntur (omnia autem peregre
emuntur) inpenditis adicere mercedibus? atque adeo ego, qui
nondum liberos habeo, paratus sum pro re publica nostra, quasi
pro filia vel parente, tertiam partem eius quod conferre vobis
6 placebit dare. totum etiam pollicerer, nisi timerem ne hoc munus
meum quandoque ambitu corrumperetur, ut accidere multis in
7 locis video, in quibus praeceptores publice conducuntur. huic
vitio occurri uno remedio potest, si parentibus solis ius condu-
cendi relinquatur isdemque religio recte iudicandi necessitate
8 collationis addatur. nam qui fortasse de alieno neglegentes, certe
de suo diligentes erunt dabuntque operam ne a me pecuniam
9 [non] nisi dignus accipiat, si accepturus et ab ipsis erit. proinde
consentite, conspirate maioremque animum ex meo sumite, qui
cupio esse quam plurimum quod debeam conferre. nihil honestius

---

2 in finem **Fpra** intermisero **MVrς** laxauero **FDpa** 4 praecursoria **MVpς** praecusori **D** praeceptoria **Fra** epistola **V** 5 causas rogandi deinde ipsum quod peto proxime **Fpra** in *om.* **F** 6 fui] fuit **F** 7 huc ego **M** ego huic **p** ubi *om.* **r** 8 adque **M** 9 quare nullus tam uehementer **D** 11 conplures **MFDrς** cum plures **Vpa** 12 aut *priore loco om.* **r** iocundius **V** in patria ... aut *deletis aliquot verbis post* patria **F** 13 pudicius **MVFD** *Catanaeus* **a** pudicitius **pr** parentur **M** 14 minores sumptu **M** quantum **D** ergo *om.* **MV** 15 ducere **r** nunc habitationes **D** 16 omnia autem peregre emuntur *om.* **FDpra**, *add.* **MV** *Riccard.* **ς**: *cf. V 19, 8* 17 addicere **r** adeo *om.* **Fra** 18 nundum **Dp**, *corr.* nondum **F** nostra] uestra **D** 20 ne] nisi **r** 21 ambitus **p** 23 uno remedio occurri **Fa** 24 iisdem religio **p** 25 neglentes **V** 26 ne a me pecuniam **MVDp** ne eam pecuniam **Fa** ne eam a me pecuniam **rς** 27 non *uncis inclusit Gesnerus* nisi] fusi **V** et *om.* **D** ipsis] his **pr** 28 conspirate consentite **pr*** 29 honescius **M**

praestare liberis vestris, nihil gratius patriae potestis. educentur
hic qui hic nascuntur statimque ab infantia natale solum amare
frequentare consuescant. atque utinam tam claros praeceptores
inducatis, ut finitimis oppidis studia hinc petantur, utque nunc
liberi vestri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum con-
fluant!' haec putavi altius et quasi a fonte repetenda, quo magis 10
scires, quam gratum mihi foret, si susciperes quod iniungo.
iniungo autem et pro rei magnitudine rogo ut ex copia studio-
sorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui convenit, circum-
spicias praeceptores, quos sollicitare possimus, sub ea tamen
condicione, ne cui fidem meam obstringam. omnia enim libera
parentibus servo: illi iudicent, illi eligant; ego mihi curam tan-
tum et inpendium vindico. proinde siquis fuerit repertus, qui 11
ingenio suo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud certum
quam fiduciam suam ferat. vale.

XIIII.

C. PLINIUS PATERNO SUO S.

Tu fortasse orationem, ut soles, et flagitas et expectas; at 1
ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi
prodo. accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros, quibus 2
nos in vehiculo, in balineo, inter cenam oblectamus otium tem-
poris. his iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, irasci- 3
mur, describimus aliquid modo pressius modo elatius, atque ipsa
varietate temptamus efficere ut alia aliis, quaedam fortasse om-
nibus placeant. ex quibus tamen si non nulla tibi petulantiora 4
paulo videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare summos illos et
gravissimos viros, qui talia scripserunt, non modo lascivia rerum
sed ne verbis quidem nudis abstinuisse; quae nos refugimus, non

---

1 liberis] litteris **r** educentur **FD** *Riccard.* **pra** edocentur **MVς** edoceantur *Beroaldus* 2 hic *posteriore loco om.* **pr*** 3 adque **M** clareos **V** 4 ut finitimis **MV** ut in finitimis **FDpa** ut a finitimis **rς**: *fortasse* ut etiam finitimis oppidis hinc studia qui nunc aliena in loca ita lieni in hunc locum fiunt **D** hinc studia **pr*** 5 nostri **p** alicui] aliena **r** hunc in locum **p** 7 floret **V** susceperis **MVς** 8 studiosorum **MVς** studiorum **FDpra** 9 ad te] apte **F** 10 ea] eadem **p** 11 conditione **MVF** 13 fuit **p** 14 ea lege **FDpra** ex lege **MV**

XIIII 19 deligataque **V** 20 hac] haec **MV** epistola **V** hendicasyllabos **M** 21 in uehiculo uersuum commoditas in balneo **p** intra coenam **rς** otio **D** 22 quaeremur **p** 23 modo pressius modo elatius **MVς** modo pressius modo latius **D** modo pressius modo altius **a** modo altius modo pressius **Fpr** adque **M** ipsa] eadem **p** 24 aliis alia **pr*** quaedam] quae **MV** 25 petulantiora paulo **MVDς** paulo petulantiora **Fpra** 27 scribserunt **M** non modo lasciuia **MVFDςa** non modo a lasciuia **pr** *Catanaeus*

5 quia severiores (unde enim?), sed quia timidiores sumus. scimus alioqui huius opusculi illam esse verissimam legem, quam Catullus expressit,

nam castum esse decet pium poetam
ipsum, versiculos nihil necesse est,
qui tum denique habent salem et leporem,
si sunt molliculi et parum pudici.

6 ego quanti faciam iudicium tuum, vel ex hoc potes aestimare, quod malui omnia a te pensitari quam electa laudari. et sane quae sunt commodissima desinunt videri, cum paria esse coe-
7 perunt. praeterea sapiens subtilisque lector debet non diversis conferre diversa, sed singula expendere nec deterius alio putare
8 quod est in suo genere perfectum. sed quid ego plura? nam longa praefatione vel excusare vel commendare ineptias ineptissimum est. unum illud praedicendum videtur, cogitare me has nugas ita inscribere, 'hendecasyllabi', qui titulus sola metri lege
9 constringitur. proinde sive epigrammata sive idyllia sive eglogas sive, ut multi, poematia seu quod aliud vocare malueris licebit
10 voces, ego tantum hendecasyllabos praesto. a simplicitate tua peto ut quod de libello meo dicturus es alii mihi dicas; neque est difficile quod postulo. nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset aut solum, fortasse posset durum videri dicere 'quaere quod agas': molle et humanum est 'habes quod agas.' vale.

---

2 alioquin **F** Catullus] 16, 5 5 uersiculo **MV** 6 tum denique r**ς** tunc denique **MVFDpa** 8 existimare r**ς** 9 mallui **MV** a te omnia **Dς** omnia apte r laudari] laudii **D** 10 parua **D** 11 suptilisque **M** subillisqne **D** debet nou **FDpra** non debet **MVς** 12 nec] ne **F** alio **MVDpr** alios a alind **F** id alio **ς** 13 quid *om.* **D** 14 longa **MVDς** longiore **Fpra** 15 me (me *om.* **D**) has nugas ita inscribere hendecasyllabi **Dp** me has meas (meas *om.* r) nugas ita inscribere hendecasyllabos **MVrς** me has nugas meas inscribere hendecasyllabi a me has nugas inscribere endecasyllabi **F** 16 solam et lege **D** 17 constringitur **MVDς**a conscribitur **Fpr** idyllia **MV** *Beroaldus* edyllia p hedylia **D** dullia **F** dugtia *Riccard.* edullia a elezidria r eglogas **MFD** *Riccard.* egloga **V** 18 poematia **MV** poemata **Fpra** poematica **D** siue quod **V** sed quid r mallueris **V** 19 tantum] tamen r praesto *om.* **MVr** 20 ut *om.* **Dpra** alii **MVFD** aliis pra 21 est] erit **D** oposculum **M** opus *Muretus var. lect. XVI 12* 22 aut solum aut fortasse posset durum uideri diceres quaere quod agas dicere quere quid agas molle r fortasse *om.* p dicere **FDpa** diceres **MVς** 23 habes *om.* p

XV.

C. PLINIUS FUNDANO SUO S.

Siquid omnino, hoc certe iudicio facio, quod Asinium Rufum 1
singulariter amo. est homo eximius et bonorum amantissimus.
cur enim non me quoque inter bonos numerem? idem Cornelium
Tacitum (scis quem virum) arta familiaritate conplexus est.
proinde si utrumque nostrum probas, de Rufo quoque necesse 2
est idem sentias, cum sit ad conectendas amicitias vel tenacissimum
vinculum morum similitudo. sunt ei liberi plures. nam 3
in hoc quoque functus est optimi civis officio, quod fecunditate
uxoris large frui voluit eo saeculo, quo plerisque etiam singulos
filios orbitatis praemia graves faciunt; quibus ille despectis avi
quoque nomen adsumpsit. est enim avus, et quidem ex Saturio
Firmo, quem diliges ut ego, si ut ego propius inspexeris. haec 4
eo pertinent, ut scias quam copiosam, quam numerosam domum
uno beneficio sis obligaturus; ad quod petendum voto primum,
deinde bono quodam omine adducimur. optamus enim tibi omina- 5
murque in proximum annum consulatum: ita nos virtutes tuae,
ita iudicia principis augurari volunt. concurrit autem ut sit 6
eodem anno quaestor maximus ex liberis Rufi, Asinius Bassus,
iuvenis (nescio an dicam quod me pater et sentire et dicere
cupit, adulescentis verecundia vetat) ipso patre melior. difficile 7
est ut mihi de absente credas, quamquam credere soles omnia,
tantum in illo industriae, probitatis, eruditionis, ingenii, studii,
memoriae denique esse, quantum expertus invenies. vellem tam 8
ferax saeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Basso praeferre
deberes: tum ego te primus hortarer moneremque circumferres
oculos ac diu pensitares, quem potissimum eligeres. nunc 9

XV 3 hoc certe iudicio **FDpra** hoc ex iudicio **M** ex iudicio **V** 5 numerum **V** 6 arta] aucta **p** 7 nostrum *om.* **D** 8 est ut idem **Vς** coniectendas **V** 9 ei] et **p** 10 in *om.* **F** quoque] cum **p** quod de fecunditate **Vς** 12 orbatis **p** dispectis **Dpr*** auibus quoque **M** 13 assummit **D** est enim est enim auus et quidem **D** est enim et auus quod **r** 14 diligens **F** proprius **D** 15 eo] ego **VD** quam ad numerosam **D** 18 consolatum **M** uirtutes (uirtutis **VDp**) tuae ita iudicia **MVDp** uirtute tua iudicia **Fr** uirtuti tuae iudicia **ς** uirtus tua et iudicia **a** 19 sit] si **a** 20 Asinius] anus (si i) **M** 22 uerecunda **p** ipso pratre **V** ipso pat **M** 23 mihi ut **rς** quamquam amicis credere soles omnia *Reifferscheidius mus. Rhen. noviss. v. XV (a. 1860) p. 636* 24 industriae est **r** 25 inuenies] iuuenis **p** 27 moraremque **V** 28 nun uero **D** hunc uero **pς**

vero — sed nihil volo de amico meo adrogantius dicere, hoc solum dico, dignum esse iuvenem quem more maiorum in filii
10 locum adsumas. debent autem sapientes viri, ut tu, tales quasi liberos a re publica accipere, quales a natura solemus optare. decorus erit tibi consuli quaestor patre praetorio, propinquis consularibus, quibus iudicio ipsorum, quamquam adulescentulus adhuc,
11 iam tamen invicem ornamento est. proinde indulge precibus meis, obsequere consilio et ante omnia, si festinare videor, ignosce; primum quod in ea civitate, in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur, quae legitimum tempus expectant non matura, sed sera sunt, deinde quod rerum quas adsequi cupias
12 praesumptio ipsa iucunda est. revereatur iam te Bassus ut consulem, tu dilige illum ut quaestorem, nos denique utriusque
13 vestrum amantissimi laetitia duplici perfruamur. etenim cum sic te, sic Bassum diligamus, ut et illum cuiuscumque et tuum quemcumque quaestorem in petendis honoribus omni ope labore gratia simus iuvaturi, perquam iucundum nobis erit, si in eundem iuvenem studium nostrum et amicitiae meae et consulatus tui ratio contulerit, si denique precibus meis tu potissimum adiutor accesseris, cuius et suffragio senatus libentissime indulgeat et testimonio plurimum credat. vale.

XVI.

C. PLINIUS VALERIO PAULINO SUO S.

1 Gaude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine: adhuc honor studiis durat. proxime cum dicturus apud centumviros essem, adeundi mihi locus nisi a tribunali, nisi per ipsos iudices

---

2 malorum V 3 loco *corr.* locum V tales quasi liberos a re publica accipere MVF tales a rep. liberos accipere pra tales quasi liberos accipere D tales quasi a re publica liberos accipere *Sichardus* 5 decorum rς decus p praetorio] praetore V 8 consilio] consulo p 9 primum quod MVDpr primum quia uotis suis amor plerumque praecurrit deinde quod Fςa 10 occupationibus MV 11 deiude quod MVDpr in summa quod Fa 12 ipsa *om.* p te iam D basus V 13 dilige illum MVFςa diliges illum pr dilige ut illum D 14 vestrum] nostrum D duplici laetitia Fpr*a perfluamur M 15 et tum quaecunque p 16 omni ope (opere D) labore gratia MVDς omni ope (opere p) omni labore omni gratia Fpr omni ope omni labore gratia a omni opera omni labore gratia *Sichardus* 17 iuuaturi MVFa adiuuaturi Dp adiuturi rς 18 iuvenem *om.* MVς meae] nostrae pr* 19 potissimus Fa 20 et suffragio senatus MVD senatus et suffragio Fpra et senatus suffragio ς 21 testimonii D

XVI 23 VALERIO PAULINO Fpra: VALERIO *om.* MVD 24 gaudeo meo gaude tuo gaude etiam V gaudeo meo gaudeo tuo gaudeo etiam ς 26 adeundem mihi D

non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur. ad hoc quidam 2
ornatus adulescens scissis tunicis, ut in frequentia solet fieri,
sola velatus toga perstitit, et quidem horis septem. nam tam 3
diu dixi magno cum labore, maiore cum fructu. studeamus ergo
nec desidiae nostrae praetendamus alienam. sunt qui audiant,
sunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum
chartis elaboremus. vale.

XVII.

C. PLINIUS ASINIO GALLO SUO S.

Et admones et rogas ut suscipiam causam Corelliae absentis 1
contra C. Caecilium, consulem designatum. quod admones,
gratias ago; quod rogas, queror. admoneri enim debeo, ut sciam,
rogari non debeo, ut faciam quod mihi non facere turpissimum
est. an ego tueri Corelli filiam dubitem? est quidem mihi cum 2
isto contra quem me advocas non plane familiaris, sed tamen
amicitia. accedit huc dignitas hominis atque hic ipse cui desti- 3
natus est honor; cuius nobis hoc maior agenda reverentia est,
quod iam illo functi sumus. naturale est enim ut ea quae quis
adeptus est ipse quam amplissima existimari velit. sed mihi cogi- 4
tanti adfuturum me Corelli filiae omnia ista frigida et inania
videntur. obversatur oculis ille vir, quo neminem aetas nostra
graviorem sanctiorem subtiliorem tulit. quem ego cum ex admi-
ratione diligere coepissem, quod evenire contra solet, magis ad-
miratus sum, postquam penitus inspexi. inspexi enim penitus: 5
nihil a me ille secretum, non ioculare, non serium, non triste,
non laetum. adulescentulus eram, et iam mihi ab illo honor 6
atque etiam, audebo dicere, reverentia ut aequali habebatur. ille
meus in petendis honoribus suffragator et testis, ille in inchoan-

---

1 ad hoc] at r quidem (a) M 2 scissa toga — sola velatus tunica *Marklandus in Stat. silv. IV 9, 24* fieri· sola *om.* F: fieri *om.* a 4 labore sed maiore Fa

XVII 9 ASINIO *om.* MVDpra: *inscriptione epistulae omissa* plinius .sinio ga...(asinio gallo, *ut videtur*) suo salutem *in marg.* F: '*Riccardianus in indice* D. Ursinio Gallo *inscribit*' 10 et *priore loco om.* p absentis corelliae causam Fpra absentis causam Coreliae ς 11 G. caecilium MV 12 admoneri enim debeo ut sciam rogari non (non *om.* V) debeo (debeo *om.* p) ut faciam MVFpa admoneri enim debeo rogari non (non rogari ς) ut faciam rς admoneri enim debeo ut faciam D 14 est quidem mihi FDa est mihi quidem MVpr 15 familiaris MVFD *Riccard.* familiaritas pra 16 atque hic FDpra ad hoc MVς 17 agenda FD pra habenda MVς 19 ipsa pς aestimari F *Riccard.* a 20 me *om.* p 21 obseruatur D 22 sanctiorem *om.* MV subtiliorem tulit MVDς suptiliorem denique tulit Fpra 25 a me ille FDpa a me illi r illo a me MVς 27 adque MV dicere etiam reuerentia pr* ut aequali MF Da aut equali V *ut ab aequali* pr 28 suffragatori r illo inchoandis Dr

dis deductor et comes, ille in gerendis consiliator et rector, ille
denique in omnibus officiis nostris, quamquam et inbecillus et
7 senior, quasi iuvenis et validus conspiciebatur. quantum ille famae
meae domi, in publico, quantum etiam apud principem adstruxit!
8 nam cum forte de bonis iuvenibus apud Nervam imperatorem
sermo incidisset et plerique me laudibus ferrent, paulisper se
intra silentium tenuit, quod illi plurimum auctoritatis addebat;
deinde gravitate quam noras 'necesse est' inquit 'parcius laudem
9 Secundum, quia nihil nisi ex consilio meo facit.' qua voce tri-
buit mihi quantum petere voto inmodicum erat, nihil me facere
non sapientissime, cum omnia ex consilio sapientissimi viri face-
rem. quin etiam moriens filiae suae (ipsa solet praedicare),
'multos quidem amicos tibi ut longiore vita paravi, praecipuos
10 tamen Secundum et Cornutum'. quod cum recordor, intellego
mihi laborandum ne qua parte videar hanc de me fiduciam pro-
11 videntissimi viri destituisse. quare ego vero Corelliae adero
promptissime nec subire offensas recusabo: quamquam non solum
veniam me verum etiam laudem apud istum ipsum, a quo, ut
ais, nova lis fortasse ut feminae intenditur, arbitror consecuturum,
si haec eadem in actione, latius scilicet et uberius, quam epistu-
larum angustiae sinunt, vel in excusationem vel etiam commen-
dationem meam dixero. vale.

XVIII.

C. PLINIUS ARRIO ANTONINO SUO S.

1 Quem ad modum magis adprobare tibi possum, quanto opere
mirer epigrammata tua graeca, quam quod quaedam latine
aemulari et exprimere temptavi? in deterius tamen. accidit hoc
primum inbecillitate ingenii mei, deinde inopia ac potius, ut

---

1 ille *posteriore loco om.* **D** 2 quamquam] quam **p** 3 qua tum ille **V** 4 domū publico **V** domi quantum in publico *Sichardus* adstrinxit **r** 6 se *om.* **D** 7 intra] inter **r** 8 deinde *om.* **MV** inquid **MVF** 9 qua] quia **M** 10 voto] uolo **D** me *om.* **MV** 11 sapientissime — consilio *om.* **D** facere **D** 12 ipsa **MVD** ut ipsa **Fpra** 13 ut longiore **MVD** in longiore **Fpra** 14 cum recordor **MVDς** dum recordor **Fpra** 15 prudentissimi **rς** 16 desciuisse **F** 17 tamquam **D** me non solum ueniam **MV** 20 si haec **MVFςa** si hac **Dpr** lautius **F** epistolarum **V** 21 uel in excusationem uel etiam commendationem meam dixero **D** uel in excusationem meam dixero **MV** contigerit mihi uel in excusationem uel etiam (in *add.* **pra**) commendationem meam dicere **Fpra**

XVIII 24 ARRIO *om.* **MVFDpra**: '*Riccardianus in indice* Arrium Antoninum *vocat*' ANTONIO **D** ANTONI **M** 25 magis *om.* **F** 26 miror **Dpa** latine aemulari **MVDς** aemulari latine **Fpra** 27 in deterius tamen **MVD** *Riccard.* ς in deterius quidem **Fpra** accedit **p**

Lucretius ait, egestate patrii sermonis. quod si haec, quae sunt 2
et latina et mea, habere tibi aliquid venustatis videbuntur, quantum putas inesse iis gratiae, quae et a te et graece proferuntur? vale.

XVIIII.

C. PLINIUS CALPURNIAE HISPULLAE SUAE S.

Cum sis pietatis exemplum fratremque optimum et aman- 1
tissimum tui pari caritate dilexeris filiamque eius ut tuam diligas nec tantum amitae ei adfectum verum etiam patris amissi repraesentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoveris
dignam patre, dignam te, dignam avo evadere. summum est 2
acumen, summa frugalitas: amat me, quod castitatis indicium est. accedit his studium litterarum, quod ex mei caritate concepit: meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam. qua illa solli- 3
citudine, cum videor acturus, quanto, cum egi, gaudio adficitur! disponit qui nuntient sibi, quem adsensum, quos clamores excitarim, quem eventum iudicii tulerim. eadem, siquando recito, in proximo discreta velo sedet laudesque nostras avidissimis
auribus excipit. versus quidem meos cantat etiam formatque 4
cithara, non artifice aliquo docente, sed amore, qui magister est
optimus. his ex causis in spem certissimam adducor perpetuam 5
nobis maioremque in dies futuram esse concordiam. non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt ac senescunt,
sed gloriam diligit. nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis 6
praeceptis institutam, quae nihil in contubernio tuo viderit nisi sanctum honestumque, quae denique amare me ex tua praedica-

---

1 Lucretius] I 832 patri sermonis **D** haec quae sunt et latina **MVD** haeo et quac sunt latina pa haec quae sunt latinu **Fr**ς 2 uetustatis **Dr** 3 his gratiae **MV** gratiae eis **r**ς quae et a te **MV**ς**a** quae a te **r** qua ea etatē **D** quac mihi et a te **F** *Riccard.* **p** *Catanaeus* praeferuntur **p**

XVIIII 6 CALPURNIAE *om.* **MVFDpra**: '*Riccardianus in indice* Calpurniam Hispullam *vocat*' ISISPULLAE **MV** 7 fratremque et optimum et **r**ς 9 amitae ei (eius **D**) adfectum uerum etiam patris amissi repraesentes (repraesentis **M**) **MVD** amitae (amice **r**) ei (eius **Fa**) uerum etiam patris amissi affectum (effectum **a**) repraesentes **Fpra** 10 dubio (t) **M** 11 auo suadere **D** 12 fragulitas **r*** fragilitas **p*** 16 nuntiet **MV** 17 iudici **D** recitem **Dpr*** 18 inproximum **Fpa** discreto (*corr.* —ta) uelo **M** discerctauelo **V** auidissimum **D** 19 cantat etiam formatque **MVD**ς cantat etiam (et **p**) forma (format **r**) atque **Fpr** cantat formatque **a** 20 aliquod docento **M** sed amaro **F** 26 honestumque] honestum **MV** amarem ex tua **V** praelectione **MV**

7 tione consueverit. nam cum matrem meam parentis loco vere-
reris, me a pueritia statim formare, laudare talemque, qualis
8 nunc uxori meae videor, ominari solebas. certatim ergo tibi
gratias agimus, ego quod illam mihi, illa quod me sibi dederis,
quasi invicem elegeris. vale.

XX.

C. PLINIUS NONIO MAXIMO SUO S.

1 Quid senserim de singulis tuis libris notum tibi, ut quemque
perlegeram, feci: accipe nunc quid de universis generaliter iudi-
2 cem. est opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans,
purum, figuratum, spatiosum etiam et cum magna tua laude
diffusum, in quo tu ingenii simul dolorisque velis latissime vectus
3 es. horum utrumque invicem adiumento fuit. nam dolori subli-
mitatem et magnificentiam ingenium, ingenio vim et amaritu-
dinem dolor addidit. vale.

XXI.

C. PLINIUS VELIO CERIALI SUO S.

1 Tristem et acerbum casum Helvidiarum sororum! utraque
2 a partu, utraque filiam enixa decessit. adficior dolore, nec tamen
supra modum doleo: ita mihi luctuosum videtur, quod puellas
honestissimas in flore primo fecunditas abstulit. angor infantium
sorte, quae sunt parentibus statim et dum nascuntur orbatae,
3 angor optimorum maritorum, angor etiam meo nomine. nam
patrem illarum defunctum quoque perseverantissime diligo, ut
actione mea librisque testatum est; cui nunc unus ex tribus
liberis superest domumque pluribus adminiculis paulo ante fun-
4 datam desolatus fulcit ac sustinet. magno tamen fomento dolor
meus adquiescet, si hunc saltem fortem et incolumem paremque

---

1 loco] uice **MV**ς uenereris me **F** *Riccard.* uenerere me **pra** uerere me **D** dilexeris meque **MV** dilexeris me ς uenerarere me quoque *Casaubonus* 2 laudareque talem r 4 illam] illa **D** 5 eligeres **MV**

XX 7 Nonio Maximo **pr** NOVIO MAXIMO **F** MAXIMO **MVDa**: '*Riccardianus in indice* Novium *vocat*' 8 tuis libris **MVD**ς libris tuis **Fpra** quemquam **pr*** 9 quid *om.* **D** 11 laude] lauda **M** 12 in quo tui ingenii r inquotiū ingenii **V** uectus es horum **MD**ς uectus est horum **V** uectus es et horum **Fpra** 13 fuit] fecit **V**

XXI 17 VELIO CEREALI **Fpra** CERIALI *Riccard.* CEREALI **MVD** 18 heluidiarum **MFr**ς**a** heruidiarum **V** Heluiduarum **p** heluiarum **D** 19 a *om.* **V** filiam *om.* r 20 luctuosam (v) **M** 21 flore] ore **a** fecunditatis *corr.* —tas **V** 22 orabatae **D** 23 angor optimorum maritorum *om.* **MV** 27 fulgit **MV** 28 adquiescit **D** et *om.* **MV** paremque ut illi **D**

illi patri, illi avo fortuna servaverit. cuius ego pro salute, pro
moribus hoc sum magis anxius, quod unicus factus est. nosti 5
in amore mollitiam animi mei, nosti metus; quo minus te mirari
oportebit, quod plurimum timeam de quo plurimum spero. vale.

XXII.

C. PLINIUS SEMPRONIO RUFO SUO S.

Interfui principis optimi cognitioni in consilium adsumptus. 1
gymnicus agon apud Viennenses ex cuiusdam testamento celebrabatur: hunc Trebonius Rufinus, vir egregius nobisque amicus,
in duumviratu tollendum abolendumque curavit: negabatur ex
auctoritate publica fecisse. egit ipse causam non minus feliciter 2
quam diserte. commendabat actionem quod tamquam homo Romanus et bonus civis in negotio suo mature et graviter loquebatur. cum sententiae perrogarentur, dixit Iunius Mauricus, quo 3
viro nihil firmius, nihil verius, non esse restituendum Viennensibus agona: adiecit 'vellem etiam Romae tolli posset.' constanter, inquis, et fortiter. quidni? sed hoc a Maurico novum non 4
est. idem apud imperatorem Nervam non minus fortiter. cenabat Nerva cum paucis: Veiento proximus atque etiam in sinu recumbebat: dixi omnia, cum hominem nominavi. incidit sermo 5
de Catullo Messalino, qui luminibus orbatus ingenio saevo mala caecitatis addiderat: non verebatur, non erubescebat, non miserebatur; quo saepius a Domitiano non secus ac tela, quae et ipsa caeca et inprovida feruntur, in optimum quemque contorquebatur. de huius nequitia sanguinariisque sententiis in com- 6
mune omnes super cenam loquebantur, cum ipse imperator 'quid

---

1 illi patri *om.* MV 2 hoc *om.* MV 4 de quo] cui Dp
XXII 6 SEMPRONIO RUFO Fpra: SEMPRONIO *om.* MVD *Riccard.*
8 celebratur MV 9 trebinus (o i) V nouisque amicis D 10 in duumuiratu tollendum MVDς in duumuiratu suo tollendum Fpa in in duumuiratu tollendum suo r 11 non minus] nominis p 12 quod quamquam r 13 et mature et grauiter pr 14 perrogarentur VFD *Riccard.* a prorogarentur Mpr rogarentur ς Iunius] iuuenis D 16 agonem D uellem *om.* D tolli posset Roma (Rome r) pr* possit V 17 inquis] iniquis p hoc a maurico MV hoc maurico Fςa hoc fortiter maurico Dpr novum] noum MV 18 imperatorem neruam MVDς neruam imperatorem Fpra non minus forte *Riccard.* forte (*om.* non minus) Fr 19 ueiento MDςa uelento V uegento Fpr recumbebat proximus atque etiam in sinu pr* adque M 21 catulo ra, *om.* F mesallino D orbatus Fa orbus Dpr captus MVς 22 nonne rubescat D miserabatur pr 23 quo *om.* Fa quae ipsa r 24 optimum] oppidum F contorquebat F *Riccard.* p *Beroaldus* 25 sanguinarique sententia D 26 cum ipse MVDrς Tum ipse Fpa

putamus passurum fuisse, si viveret?' et Mauricus 'nobiscum ce-
7 naret.' longius abii, libens tamen. placuit agona tolli, qui mores
Viennensium infecerat, ut noster hic omnium. nam Viennensium
vitia intra ipsos residunt, nostra late vagantur, utque in corpo-
ribus sic in imperio gravissimus est morbus qui a capite diffun-
ditur. vale.

XXIII.

C. PLINIUS POMPONIO BASSO SUO S.

1 Magnam cepi voluptatem, cum ex communibus amicis cognovi
te, ut sapientia tua dignum est, et disponere otium et ferre, ha-
bitare amoenissime et nunc terra nunc mari corpus agitare,
multum disputare, multum audire, multum lectitare, cumque plu-
2 rimum scias, cotidie tamen aliquid addiscere. ita senescere oportet
virum qui magistratus amplissimos gesserit, exercitus rexerit
3 totumque se rei publicae, quam diu decebat, obtulerit. nam et
prima vitae tempora et media patriae, extrema nobis impertire
debemus, ut ipsae leges monent, quae maiorem annis otio red-
4 dunt. quando mihi licebit, quando per aetatem honestum erit
imitari istud pulcherrimae quietis exemplum? quando secessus
mei non desidiae nomen, sed tranquillitatis accipient? vale.

XXIIII.

C. PLINIUS FABIO VALENTI SUO S.

1 Proxime cum apud centumviros in quadruplici iudicio di-
xissem, subiit recordatio egisse me iuvenem aeque in quadruplici.
2 processit animus, ut solet, longius: coepi reputare, quos in hoc
iudicio, quos in illo socios laboris habuissem. solus eram qui
in utroque dixissem: tantas conversiones aut fragilitas mortali-
3 tatis aut fortunae mobilitas facit. quidam ex iis qui tunc egerant

---

1 et *om.* Fp 4 residunt MVF *Riccard.* pra resident D

XXIII 8 POMPONIO BASSO SUO Fpa Pomponio suo Basso r Pomponio Basso ς BASSO SUO MVD 9 coepi MV 11 amaenissime M corpus *om.* D 13 scis r aliquid adisci recta senescere D oportet uirum ita senescere MVς 15 optulerit VF 16 impertire Drςa impetire MV impartire p imperare F *Riccard.* 17 maiorem annis otio (anni socio M) MVFD *Riccard.* rp maiorem annis LX ocio *Catanaeus* a 20 accipiant V

XXIIII 22 Fabio Valenti suo pr FABIO SUO F VALENTI SUO MVDa 23 in quadruplici iudicio *om.* F *Riccard.* 24 subit a aequi D 26 laboris socios rς 27 in utrũque D conuersationes MV mortis aut fortunae mobilitas mouet facit D 28 mobilitas fortunae pr* ex his MVFD

decesserunt, exulant alii, huic aetas et valetudo silentium suasit, hic sponte beatissimo otio fruitur, alius exercitum regit, illum civilibus officiis principis amicitia exemit. circa nos ipsos quam 4 multa mutata sunt! studiis processimus, studiis periclitati sumus rursusque processimus: profuerunt nobis bonorum amicitiae, bo- 5 norum obfuerunt iterumque prosunt. si conputes annos, exiguum tempus, si vices rerum, aevum putes. quod potest esse docu- 6 mento nihil desperare, nulli rei fidere, cum videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi. mihi autem familiare est 7 omnes cogitationes meas tecum communicare isdemque te vel praeceptis vel exemplis monere, quibus ipse me moneo; quae ratio huius epistulae fuit. vale.

XXV.

C. PLINIUS MESSIO MAXIMO SUO S.

Scripseram tibi verendum esse ne ex tacitis suffragiis vitium 1 aliquod existeret. factum est. proximis comitiis in quibusdam tabellis multa iocularia atque etiam foeda dictu, in una vero pro candidatorum nominibus suffragatorum nomina inventa sunt. excanduit senatus magnoque clamore ei qui scripsisset iratum 2 principem est comprecatus. ille tamen fefellit et latuit, fortasse etiam inter indignantes fuit. quid hunc putamus domi facere, 3 qui in tanta re tam serio tempore tam scurriliter ludat, qui denique omnino in senatu dicax et urbanus et bellus est? tantum 4 licentiae pravis ingeniis adicit illa fiducia, 'quis enim sciet?'. poposcit tabellam, stilum accepit, demisit caput, neminem veretur, se contemnit. inde ista ludibria scaena et pulpito digna.

---

1 decesserunt exulant alii **Dpra** recesserunt exulant alii **F** *Riccard.* decesserunt alii exulant alii **MV** 2 alius] aliis **M** regit] legit **D** 3 amicitiae **V** 4 studiis processimus *om.* p 5 profuerunt nobis (nonis **D**) bonorum amicitiae bonorum obfuerunt **D** *Riccard.* a profuerunt bonis bonorum amicitiae bonorum defuerunt **MV** profuerunt nobis amicitiae bonorum et obfuerunt **Fpr** 6 iterumqui **D** 7 aevum putes] computes **MV** quod potest] quot post **V** docimento **Ma** dicumerito **D** 8 nulli rei fidere decere *G. H. Schaeferus* 10 communicarem sdemque **V** isdemque — 12 monere *om.* **D** 11 me *om.* **D** 12 epistolae **V**

XXV 14 MESIO MAXIMO **pra** MESIO NOMIMO **F** Metio (Messio *Catanaeus*) Maximo ς: MESSIO *om.* **MVD** *Riccardianus 'in contextu': 'Riccardianus in indice* Maesium *vocat'.* 15 scribseram **M** tibi *om.* r nerecundum **D** ne extractis **Fa** 16 existere **V** 17 iacularia **V** adque **M** 19 ei qui **MVa** et qui **FD** *Riccard.* p in eum qui (i) rς scribsisset **M** scripsissem **D** 21 quod hunc **V** quo hunc **D** 22 seris **D** tam *posteriore loco om.* pr scuriliter **M** laudat **D** ludit *Sichardus* 24 ingenis **M** 25 tabellam **MV** tabellas **Dpra** tabulas **F** dimisit **Dpr*** capud **M** 26 se] sed **Dpr** condemnit **M**

5 quo te vertas? quae remedia conquiras? ubique vitia remediis fortiora. ἀλλὰ ταῦτα τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς μελήσει, cui multum cotidie vigiliarum, multum laboris adicit haec nostra iners et tamen effrenata petulantia. vale.

XXVI.

C. PLINIUS MAECILIO NEPOTI SUO S.

1 Petis ut libellos meos, quos studiosissime conparasti, legendos recognoscendosque curem. faciam. quid enim suscipere
2 libentius debeo, te praesertim exigente? nam cum vir gravissimus doctissimus disertissimus, super haec occupatissimus, maximae provinciae praefuturus, tanti putes scripta nostra circumferre tecum, quanto opere mihi providendum est ne te haec pars sar-
3 cinarum tamquam supervacua offendat? adnitar ergo, primum ut comites istos quam commodissimos habeas, deinde ut reversus invenias quos istis addere velis. neque enim mediocriter me ad nova opera tu lector hortaris. vale.

XXVII.

C. PLINIUS POMPEIO FALCONI SUO S.

1 Tertius dies est, quod audivi recitantem Sentium Augurinum cum summa mea voluptate, immo etiam admiratione. poematia appellat. multa tenuiter, multa sublimiter, multa venuste, multa
2 tenere, multa dulciter, multa cum bile: aliquot annis puto nihil generis eiusdem absolutius scriptum, nisi forte me fallit aut
3 amor eius aut quod ipsum me laudibus vexit. nam lemma sibi

---

2 ἀλλὰ ταῦτα τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς μελήσει *Beroaldus* ἀλλὰ ταῦτα τῶν περὶ . . ἡμᾶς μελήσει *duabus litteris post* περὶ *deletis* **D** ἀλλὰ ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἄλλῳ μελήσει **a** ΛΜΑΤΑΤѠΥΠΕΡΗϹΜΑϹΕΕΙ **M** ΛΛΛΛΤΥΛΥΤΛΤΟΝΙ-ΠΕΡΕΜΛϹΜΕΑΝϹΕΙ **F**, *in lacuna om.* **Vpr**: ΤΥΑΓΙΑ *pro* ταῦτα *exhibet Riccardianus* 3 addicit **r** nostra *om.* **p** iners et tamen **D** iners sed tamen **Fςa** iners et tam **r** inter se tam **MV** iners et (*om.* tamen) **p**

XXVI 6 *omissa est epistula in* **F**. '*Riccardianus in ipsa serie hanc epistolam omisit, in indice tamen* Maecil. Nepoti *scriptam esse adserit*'. MAECILIO *om.* **MVDpra** Neroni **r** 7 legendos recognoscendosque **MV** recognoscendos emendandosque **Dpra** 8 suscipere libentius **Dpra** libentius suscipere **MV** 10 dissertissimus **M** super haec occupatissimus *om.* **MV** 11 tante **V** 12 tecum est quantopere **p** quantopere **MV** 14 commendissimos **D** 15 uelis istis addere **pr*** istis] istos **M**

XXVII 18 Pompeio Falconi *Riccardianus in indice* POMPEIO SUO **F** FALCONI SUO **MVDpra** 19 recitantem *om.* **MVς** 20 poematia **MVς** poemata **F** *Riccard.* **a** poemati **r** poematica **Dp** 21 tenuiter] enuiter **MV** 22 tenere *corr.* temere **M** tenerrime **r** aliquod **V** 23 absolutius] ab se lucidius **r** 24 amore eius **D** quod] aliquod **V** me ipsum **Fpra** euexit *vulgo* lema **MV**

sumpsit, quod ego interdum versibus ludo. atque adeo iudicii mei te iudicem faciam, si mihi ex hoc ipso lemmate secundus versus occurrerit (nam ceteros teneo), et iam explicui.

canto carmina versibus minutis, 4
his olim quibus et meus Catullus
et Calvus veteresque. sed quid ad me?
unus Plinius est mihi priores:
mavult versiculos foro relicto
et quaerit quod amet putatque amari.
ille o Plinius, ille quot Catones!
i nunc, quisquis amas, amare noli.

vides quam acuta omnia, quam apta, quam expressa. ad hunc 5
gustum totum librum repromitto, quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo. interim ama iuvenem et temporibus nostris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. vivit cum Spurinna, vivit cum Antonino, quorum alteri adfinis, utrique contubernalis est. possis ex hoc facere coniecturam, quam sit 6
emendatus adulescens, qui a gravissimis senibus sic amatur. est enim illud verissimum,

γινώϲκων ὅτι
τοιοῦτόϲ ἐϲτιν, οἷϲπερ ἥδεται ϲυνών.

vale.

---

1 adque adeo **M** indicii] iudici **V** 2 ipso *om.* **rς** 3 occurrerit **Fpra** occurrit **D** occurrat **MV** 5 meis **V** 6 Calvus] catullus **D** quid] quidem **r** 7 unus] unius **V** prioris **MV** 9 putatque amari **Dpr** putatque amare **MVF** *Riccard.* **a** iuuatque amare **ς** probatque amari *Casaubonus: cf. IX 33, 6* 10 ille o plinius ille **MVD** illos plinius ille **rς** ille plinius ille **Fpa** quot Catones, i nunc *Barthius* quod (quid **pr**) catones i nunc **MDpra** quod catone . Si nunc **F** quod catones in hunc **V** 11 quisquis amas **MD ς** quisque amas **V** quisqui sapias *Riccard.* quisquis sapias **Fpr** qui sapias **a** 12 expressa] ex . p̄s . sa **M** 13 ut *om.* **D** 14 exhibeo **MV** iuuenem] iuuente **F** nostri **F** 15 gratulare si pro **F** *Riccard.* **pr*** cum spurinā **D** cumpurinna **MV** 16 antonipio **V** 18 sic ornatur amaturque **rς** 20 γινώϲκων (ΤΕΙΝΩϹΚΩΝ **M**) — ϲυνών **MD** ΓΕΙΓΝΩϹΚΩΝΩΤΙ ΤΟϹ ΕϹΤΙΝ ΟΙϹΠΕΡ ΗΔΕΤΑΙ ϹΥΝΩΝ *et in marg.* γιγνωϲκων οτι τοιουτοϲ εϲτιν οιϲπερ ηδεται ξυνων **F** γιγνώϲκων ὅτι τοιοῦτόϲ ἐϲτιν ἕκαϲτοϲ οἷϲπερ ἥδεται ξυνών (ξυνῶν **a**) **ςa**, *lacuna relicta om.* **Vp** *et sine indicio lacunae* **r**. *versus sunt Euripidis saepius ab aliis scriptoribus citati, cf. Nauck fragm. trag. graec. p. 490* 21 ΕΤΙΝ **M** οἵοπεν **D** 22 vale *om.* **VF**

XXVIII.

C. PLINIUS VIBIO SEVERO SUO S.

1 Herennius Severus, vir doctissimus, magni aestimat in bi-
bliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Corneli Ne-
potis et Titi Cati, petitque, si sunt istic, ut esse credibile est,
2 exscribendas pingendasque delegem. quam curam tibi potissimum
iniungo, primum quia desideriis meis amicissime obsequeris,
deinde quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor
studiosorum, postremo quod patriam tuam omnesque qui nomen
3 eius auxerunt ut patriam ipsam veneraris et diligis. peto autem
ut pictorem quam diligentissimum adsumas. nam cum est arduum
similitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima est imita-
tionis imitatio. a qua rogo ut artificem, quem elegeris, ne in
melius quidem sinas aberrare. vale.

XXVIIII. (a. 105)

C. PLINIUS ROMATIO FIRMO SUO S.

1 Heia tu, cum proxime res agentur, quoquo modo ad iudi-
candum veni: nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dor-
2 mias: non inpune cessatur. ecce Licinius Nepos praetor, acer
et fortis et praetor, multam dixit etiam senatori. egit ille in
senatu causam suam, egit autem sic ut deprecaretur. remissa
3 est multa; sed timuit, sed rogavit, sed opus venia fuit. dices
'non omnes praetores tam severi.' falleris: nam vel instituere
vel reducere eius modi exemplum non nisi severi, institutum
reductumve exercere etiam lenissimi possunt. vale.

XXVIII 2 '*Riccardianus in indice* Vibium Severum *vocat*'. IUBIO SEUERO **F** Iulio Seuero suo pr SEUERO SUO **VDa** SEUERO **M** 3 in byblitheca sua pondere **V** 4 cornelii nepotis **MVp**ς**a** Cornelie Nepotis r cornelię nepotię **F** *Riccard.* 5 cati **MV** Catii ς atti **D** atii **p** Actii r Cassii *Catanaeus* **a** catilli **F** catilii *Riccard.* petitque si sunt **M** istic ut] isti cui **V** 6 delege **D** delegere r 9 studiosorum *om.* **D** quod] quo **F** *Riccard.* omnisque **D** 10 autem *om.* pr* 12 effingere — difficillima *om.* **D** difficillima (difficillime **V**) estimationis imitatio **VF** *Riccard.* 13 a qua rogo **MVF**ς**a** quare rogo **Dpr** eligeris **MV** 14 quidam **V**

XXVIIII 16 ROMATIO FIRMO *Riccardianus in indice:* ROMATIO **MVD** ROMANO **Fpra** 17 Heia **MV**ς Hea *Riccard.* Eia **FDpra** proximae res **MV** proximo res **D** agantur **D** 18 est *om.* **MV** dexteram **M** fiduciam mei **D** 19 Nepos] ne **V** praetor acer et fortis et praetor (praecor **M**) **MVD** praetor acer et fortis ς praetor acer et fortis uir **Fpra** 20 multam etiam dixit senatori pr 21 ut retractaretur **D** 23 nam instituere **MV** 25 reductum uero exercere **MV** reductumue exercere omnem r lenissimi **MVD** *Riccard.* pra leuissimi **Fa**

XXX.

C. PLINIUS LICINIO SURAE SUO S.

Attuli tibi ex patria mea pro munusculo quaestionem altis- 1
sima ista eruditione dignissimam. fons oritur in monte, per 2
saxa decurrit, excipitur cenatiuncula manu facta: ibi paulum
retentus in Larium lacum decidit. huius mira natura: ter in die
statis auctibus ac diminutionibus crescit decrescitque. cernitur 3
id palam et cum summa voluptate deprehenditur. iuxta re-
cumbis et vesceris atque etiam ex ipso fonte (nam est frigidis-
simus) potas; interim ille certis dimensisque momentis vel subtra-
hitur vel adsurgit. anulum seu quid aliud ponis in sicco, ad- 4
luitur sensim ac novissime operitur, detegitur rursus paulatimque
deseritur: si diutius observes, utrumque iterum ac tertio videas.
spiritusne aliquis occultior os fontis et fauces modo laxat, modo 5
includit, prout inlatus occurrit aut decessit expulsus? quod in 6
ampullis ceterisque generis eiusdem videmus accidere, quibus
non hians nec statim patens exitus. nam illa quoque, quam-
quam prona atque vergentia, per quasdam obluctantis animae
moras crebris quasi singultibus sistunt quod effundunt. an quae 7
oceano natura, fonti quoque, quaque ille ratione aut inpellitur
aut resorbetur, hac modicus hic umor vicibus alternis supprimi-
tur vel egeritur? an ut flumina quae in mare deferuntur adver- 8
santibus ventis obvioque aestu retorquentur, ita est aliquid quod
huius fontis excursum repercutiat? an latentibus venis certa 9

XXX 2 Licinio Surae *Catanaeus* a SURAE **MVD**ς Surrae **pr** LICINIO **F** '*Riccardianus quidem in indice ad* Licinium Suram *scriptam esse ait epistolam, in contextu vero plane ut Mediceus*' 3 tibi *om.* **F** 4 ista *om.* **MV** 5 excipitur *om.* **F** cenatiumcula **V** paululum **pra** 7 statis **MV Dpra** statutis **F** statuis *Riccard.* ac] aut **MV** 9 adque **M** frigidissimus **MVDa** frigidus **Fpr** frigidus si *Riccard.* 10 putas **M** momentis ut subtrahitur **D** 13 iterum atque tertio **pr** 14 occultioris fontis et faucis **D** 15 prout inlatus (in latus **pa**) occurrit (incurrit **Fa**) aut decessit **FDpa** aut in latus occurrit aut decidit **MV** aut in latus occurrit aut decessit **r** prout illatus occurrit aut decidit *Beroaldus* prout aut illatus occurrit aut decedit *G. H. Schaeferus* 17 extus **F** quamquam] quam **D** 18 atque] et **pr*a** urgentia **MV** luctantis **V** 19 crebras (i) **M** an] aut **F** 20 illa **Dp** rationes aut inpellit aut resorbet **r** 21 hac] ac *corr.* hac **F** ac **p** supprimitur uel egeritur **Fp** supprimitur uel geritur **a** supprimitur et egeritur **Dr** subprimitur erigitur **M** supprimitur erigiturque **V** supprimitur erigiturque et egeritur ς: *cf. V 6, 37. VIII 20, 9* 22 an ut] aut an ut **r** 23 aestua **D** aliquit **V** 24 excursu **F** *Riccard.* repercutiat **MVF** *Riccard.* per momenta repercutiat **Dpra**

mensura, quae dum colligit quod exhauserat, minor rivus et
10 pigrior, cum collegit, agilior maiorque profertur? an nescio quod libramentum abditum et caecum, quod cum exinanitum est, suscitat et elicit fontem, cum repletum, moratur et strangulat?
11 scrutare tu causas (potes enim), quae tantum miraculum efficiunt: mihi abunde est, si satis expressi quod efficitur. vale.

---

1 minor riuus et pigrior cum MVF *Riccard.* ς minor est riuus et pigrior is cum pr minor riuus est et pigrior cum a minor est et pigrior cum D 2 collegit] colligit MVFp nescio quidem r 3 exinanitum esuscitat V 4 eligit M repletum MVDς repletur F *Riccard.* pra 6 C. PLINII CAECILII SECUNDI EPISTULARUM FINIT LIBER IIII V

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBER QUINTUS.

(a. 105. 106)

I.

C. PLINIUS ANNIO SEVERO SUO S.

Legatum mihi obvenit modicum, sed amplissimo gratius. 1
cur amplissimo gratius? Pomponia Galla exheredato filio Asudio Curiano heredem reliquerat me, dederat coheredes Sertorium Severum, praetorium virum, aliosque splendidos equites Romanos.
Curianus orabat ut sibi donarem portionem meam seque praeiu- 2
dicio iuvarem; eandem tacita conventione salvam mihi pollicebatur.
respondebam non convenire moribus meis aliud palam, 3
aliud agere secreto, praeterea non esse satis honestum donare et locupleti et orbo, in summa non profuturum ei, si donassem, profuturum, si cessissem, esse autem me paratum cedere, si inique exheredatum mihi liqueret. ad hoc ille 'rogo cognoscas.' 4
cunctatus paulum 'faciam' inquam: 'neque enim video cur ipse me minorem putem, quam tibi videor. sed iam nunc memento non defuturam mihi constantiam, si ita fides duxerit, secundum matrem tuam pronuntiandi.' 'ut voles' ait: 'voles enim quod 5
aequissimum.' adhibui in consilium duos quos tunc civitas nostra

---

1 G. PLINI CAECILI SECU. SS. EPISTOLARUM FINIT LIBER.IIII. EIUSDEM INCIPIT LIBER V **M** C. PLINII . SECUNDI . NOVOCOMENSIS . EPISTOLARUM . LIBER . QUARTUS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . V. foeliciter **D** Liber C. Plinii epistolarum Quintus Incipit **p** C. Plinii Secundi Liber quartus explicit. Incipit Liber Quintus lege foeliciter **r** C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS **a**, *om.* **F**

I 6 Annio Severo suo *Riccard.* SEUERO SUO **MDpra** ANNIO SUO **F** 8 pompania **D** Galla] Gratilla ς asudio **FD** asidio **M** Assudio **pra** 10 virum] utrum **p** equites Romanos splendidos **Fa** 11 Curianus filius *Sichardus* sibi] si **D** 12 eadem taca conuentione **D** 15 in summam **M** 18 cuntater **r** faciam] facias **D** neque] que **D** ipse *om.* **p** 20 defuturam inconstantiam **r** si] sit **M** 21 ait] aut **D** 22 *adhibuit* **M**

spectatissimos habuit, Corellium et Frontinum. his circumdatus
6 in cubiculo meo sedi: dixit Curianus quae pro se putabat: re-
spondi paucis ego (neque enim aderat alius qui defunctae pudo-
rem tueretur): deinde secessi et ex consilii sententia 'videtur'
inquam, 'Curiane, mater tua iustas habuisse causas irascendi
tibi.' post hoc ille cum ceteris subscripsit centumvirale iudicium,
7 non subscripsit mecum. adpetebat iudicii dies. coheredes mei
conponere et transigere cupiebant, non diffidentia causae, sed
metu temporum. verebantur quod videbant multis accidisse, ne
8 ex centumvirali iudicio capitis rei exirent. et erant quidam in
illis quibus obici et Gratillae amicitia et Rustici posset. rogant
9 me ut cum Curiano loquar. convenimus in aedem Concordiae.
ibi ego 'si mater' inquam 'te ex parte quarta scripsisset
heredem, num queri posses? quid si heredem quidem instituis-
set ex asse, sed legatis ita exhausisset, ut non amplius apud
te quam quarta remaneret? igitur sufficere tibi debet, si exhe-
redatus a matre quartam partem ab heredibus eius accipias,
10 quam tamen ego augebo. scis te non subscripsisse mecum et
iam biennium transisse omniaque me usu cepisse. sed ut te co-
heredes mei tractabiliorem experiantur, utque tibi nihil abstu-
lerit reverentia mei, offero pro mea parte tantundem.' tuli
11 fructum non conscientiae modo verum etiam famae. ille ergo
Curianus legatum mihi reliquit et factum meum, nisi forte
12 blandior mihi, antiquum notabili honore signavit. haec tibi
scripsi, quia de omnibus quae me vel delectant vel angunt non
aliter tecum quam mecum loqui soleo; deinde quod durum
existimabam te amantissimum mei fraudare voluptate quam ipse
13 capiebam. neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit,
an iis quae honeste fecisse me credo testificatio quaedam et
quasi praemium accedat. vale.

---

1 expectatissimos F corellium MF Corelium pr Correlium a cornelium D 2 curianianus D 3 nec enim pr 4 deinde decessi p consili D 5 curiani D iustas] multas pς 6 illi M susscripsit M ascripsit r 7 non subscripsit (susscripsit M) mecum MD mecum non subscripsit Fpra mei] me D 9 metu ipsorum temporum rς 10 quidam ex illis rς 11 possent D 12 me *om.* pr curianio D coueniemus r 13 ego] ergo D 14 num] non p si *om.* p 15 ita] ista D 16 si] se r exhereditatas F 18 ego *om.* M subscribsisse M 19 iam *om.* pa omniaque mea suscepisse F, *om.* M 20 abstuleris F 21 mei] me D 23 et factum et factum meum D 24 antiquum MD antiquorum Fpra nobili M honore] more pr 25 vel *priore loco om.* pr 28 capiam D nec enim p ut] quod p 29 his MD me *om.* D

II.

C. PLINIUS CALPURNIO FLACCO SUO S.

Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum 1
ponere nec urbis copiis ex Laurentino nec maris tam turbidis
tempestatibus possum. recipies ergo epistulas steriles et simpli- 2
citer ingratas ac ne illam quidem sollertiam Diomedis in per-
mutando munere imitantes. sed quae facilitas tua, hoc magis
dabis veniam, quod se non mereri fatentur. vale.

III.

C. PLINIUS TITIO ARISTONI SUO S.

Cum plurima officia tua mihi grata et iucunda sunt, tum 1
vel maxime quod me celandum non putasti fuisse apud te de
versiculis meis multum copiosumque sermonem eumque diver-
sitate iudiciorum longius processisse, extitisse etiam quosdam
qui scripta quidem ipsa non inprobarent, me tamen amice sim-
pliciterque reprehenderent, quod haec scriberem recitaremque.
quibus ego, ut augeam meam culpam, ita respondeo: facio non 2
numquam versiculos severos parum, facio, et comoedos audio
et specto mimos et lyricos lego et Sotadicos intellego; aliquando
praeterea rideo, iocor, ludo, utque omnia innoxiae remissionis
genera breviter amplectar, homo sum. nec vero moleste fero 3
hanc esse de moribus meis existimationem, ut qui nesciunt talia
doctissimos gravissimos sanctissimos homines scriptitasse me
scribere mirentur. ab illis autem quibus notum est, quos quan- 4
tosque auctores sequar, facile impetrari posse confido ut errare
me, sed cum illis sinant, quorum non seria modo verum etiam
lusus exprimere laudabile est. an ego verear (neminem viven- 5
tium, ne quam in speciem adulationis incidam, nominabo), sed
ego verear ne me non satis deceat quod decuit M. Tullium,

II 2 Calpurnio Flacco *Riccardianus in indice* CALPURNIO SUO **F** FLACCO SUO **MDpra** 4 urbis] ullis *Catanaeus* ruris *Gruterus* 6 Diomedis *om.* **M** intmutando **M** 7 imitantis **FDpr**

III 10 Titio Aristoni *Riccardianus in indice*, '*in contextu vero, ut celeri codices, ille quidem male* Aristoni suo': TITIONI SUO **F** ARISTONI SUO **MDpra** 11 tum] tunc **D** 13 eumque] eum **F** 15 ipsa probarent **M** 16 haec **MFD** *Catanaeus* **a** hoc **pr** recitarem quibus **r** 18 facio et comoedias audio **Dpς** facio et cōmedias audeo **r** facio nam et comoedias audio **MF** *Riccard.* **a** facio etiam comoedias et audio *vel* facio iambos, comoedias audio *coniecit Cortius* 19 Sotadicos *coniecit Catanaeus*[2] socraticos **MFDpra** satyricos ς 20 ludo iocor **D** innoxia **p** 21 amplectas **D** 22 extimationem **D** 23 scripsisse me scribere remirentur **D** 26 lusus *etiam* **p**

C. Calvum, Asinium Pollionem, M. Messalam, Q. Hortensium,
M. Brutum, L. Sullam, Q. Catulum, Q. Scaevolam, Ser. Sulpi-
cium, M. Varronem, Torquatum, immo Torquatos, C. Mem-
mium, Lentulum Gaetulicum, Annaeum Senecam, Annaeum
Lucanum et proxime Verginium Rufum, et si non sufficiunt
exempla privata, divum Iulium, divum Augustum, divum Ner-
6 vam, Tiberium Caesarem? Neronem enim transeo, quamvis
sciam non corrumpi in deterius quae aliquando etiam a malis,
sed honesta manere quae saepius a bonis fiunt, inter quos vel
praecipue numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos et
prius Accius Enniusque. non quidem hi senatores, sed sancti-
7 tas morum non distat ordinibus. recito tamen, quod illi an fe-
cerint nescio. etiam: sed illi iudicio suo poterant esse contenti,
mihi modestior constantia est, quam ut satis absolutum putem
8 quod a me probetur. itaque has recitandi causas sequor, pri-
mum quod ipse qui recitat aliquanto acrius scriptis suis audi-
torum reverentia intendit, deinde quod de quibus dubitat quasi
9 ex consilii sententia statuit. multa etiam a multis admonetur,
et si non admoneatur, quid quisque sentiat perspicit ex vultu
oculis nutu manu murmure silentio; quae satis apertis notis iu-
10 dicium ab humanitate discernunt. atque adeo, sicui forte eorum
qui interfuerunt curae fuerit eadem illa legere, intelleget me
quaedam aut commutasse aut praeterisse, fortasse etiam ex suo
11 iudicio, quamvis ipse nihil dixerit mihi. atque haec ita disputo,
quasi populum in auditorium, non in cubiculum amicos advo-

---

1 pollionem **FDpra** polionem **M** messallam **p** quintum hortensium **MD** 2 syllam **Fpra** sillam **D** Q. Catullum **r** ser. sulpicium **Fpra** seruium sulpicium **MD** 3 M. Varronem *Mommsenus* uarronem **MF Dpra** memium **F** 4 C. Lentulum, Getulicum ς annaeum senecam lucanum **M** Anneum (Aneum **r**) Senecam et Lucanum **r**ς annaeum senecam **FDpa** Annaeum Senecam, Luceium *Catanaeus*[2] 5 uirginium **pr** ruffum **p** 6 neruum **M** 7 tiberium caesarem **MD** Ti. caesarem **Fa** T. Caesarem **p**ς Titum Caesarem **r** 8 sciam] scientia **r** aliquando etiam a malis **Da** aliquando etima malis **M** aliqnando etiam malis **F** etiam a malis aliquando **p**ς etiam in aliis aliquando **r** 9 honestam manere **M** mansere **D** fiunt *om.* **D** 10 est *om.* **r**ς uirgiliūs **Fpr** 11 accius enniusque **M** actius enniusque **D** ennius acciusque **Fa** ennius actiusque **pr** 12 an etiam fecerint nescio sed **r** an fecerint nescio sed ς**a** 13 illi in iudicio **r** 14 constantia] conscientia *Casaubonus: cf. V 12, 4* est *om.* **D** 16 aliquanto **MF** *Catanaeus* a aliquando **Dpr** 17 reuerentiam **Mpr** *Riccard.* 18 consili **D** a *om.* **D** 19 et si non admoneatur *om.* **D** perspexit (ic) **M** percipit **D** 20 nutu manu **MD** *Riccard.* **pra** nutu manuum **F** nutu manuum motu *Sichardus* 22 curae fuerit *om.* **M** intellegit **F** 23 aut commutasse *om.* **D** fortasse et etiam **D** 24 quamvis] quam **D** atque haec ita disputo **F** *Riccard.* **a** sed haec ita disputo **M** *atque ita dispositio* **D** atque ita hoc disputo **pr**

carim, quos plures habere multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit. vale.

IIII. (a. 105)

C. PLINIUS IULIO VALERIANO SUO S.

Res parva, sed initium non parvae. vir praetorius Sollers 1
a senatu petiit ut sibi instituere nundinas in agris suis permitteretur: contra dixerunt legati Vicetinorum: adfuit Tuscilius Nominatus: dilata causa est. alio senatu Vicetini sine advocato 2
intraverunt, dixerunt se deceptos, lapsine verbo, an quia ita sentiebant. interrogati a Nepote praetore, quem docuissent, responderunt quem prius: interrogati, an tunc gratis adfuisset, responderunt sex milibus nummum: an rursus aliquid dedissent, dixerunt mille denarios. Nepos postulavit ut Nominatus induceretur. hactenus illo die. sed quantum auguror, longius res 3
procedit. nam pleraque tacta tantum et omnino commota latissime serpunt. erexi aures tuas. quam diu nunc oportet, quam 4
blande roges ut reliqua cognoscas! si tamen non ante ob haec ipsa veneris Romam spectatorque malueris esse quam lector. vale.

V.

C. PLINIUS NONIO MAXIMO SUO S.

Nuntiatum mihi est C. Fannium decessisse, qui nuntius me 1
gravi dolore confudit, primum quod amavi hominem elegantem disertum, deinde quod iudicio eius uti solebam. erat enim acutus natura, usu exercitatus, veritate promptissimus. angit me 2
super ista casus ipsius: decessit veteri testamento, omisit quos

---

1 multis *om.* F 2 vale *om.* F
IIII 4 Iulio Valeriano suo *Riccardianus in indice* IULIO F UALERIANO SUO MDpra 5 non paruae MD non paruum Fpra vir] A uir a solers pra 6 petiit M *Catanaeus* a petit FDpr in agris suis nundinas pra 7 uicetinorum legati Fpra tuscilius Drϛa tusculius M tuscillus Fp nominatus dilato senatu D 9 an antiqui ita *Riccard.*
10 interrogatio nepote M: interrogati a Nepote praetore quem docuissent responderunt *om.* F *Riccard.* 11 quem prius *Catanaeus* a Qui prius F que prius D quod prius pr: quem prius — 12 responderunt *om.* M adfuisset *Beroaldus* a adfuissent FDpr 15 procedit MD procedet Fpra tacta *Schefferus* tacita MFpra iacta D 16 nunc] non r q (*h. e.* quia *vel* qui) blande F 18 mallueris M
V 20 Nonio Maximo *Riccardiani index:* MAXIMO SUO MDpra *inscriptione epistulae omissa* plinius ...... maximo suo *in marg.* F 21 Nuntiatum mihi est M Nuntiatum mihi D Nunciatur (Nonciatur F) mihi F *Riccard.* pra g. fannium F 22 graui me pra confundit M primum quia p hominem *om.* r elegantem et disertum pra 23 natura acutus Fpra 24 uarietate pϛ ubertate *Mommsenus* 25 uetere D omissit M

maxime diligebat, prosecutus est quibus offensior erat. sed hoc
utcumque tolerabile, gravius illud, quod pulcherrimum opus in-
3 perfectum reliquit. quamvis enim agendis causis distringeretur,
scribebat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone et
iam tres libros absolverat, subtiles et diligentes et latinos atque
inter sermonem historiamque medios, ac tanto magis reliquos
4 perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur. mihi
autem videtur acerba semper et inmatura mors eorum qui im-
mortale aliquid parant. nam qui voluptatibus dediti quasi in
diem vivunt vivendi causas cotidie finiunt; qui vero posteros
cogitant et memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors
non repentina est, ut quae semper inchoatum aliquid abrumpat.
5 Gaius quidem Fannius quod accidit multo ante praesensit. visus
est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus
in habitum studentis, habere ante se scrinium (ita solebat):
mox imaginatus est venisse Neronem, in toro resedisse, prom-
psisse primum librum quem de sceleribus eius ediderat eumque
ad extremum revolvisse, idem in secundo ac tertio fecisse, tunc
6 abisse. expavit et sic interpretatus est, tamquam idem sibi fu-
turus esset scribendi finis, qui fuisset illi legendi, et fuit idem.
7 quod me recordantem miseratio subit, quantum vigiliarum, quan-
tum laboris exhauserit frustra. occursant animo mea mortali-
tas, mea scripta. nec dubito te quoque eadem cogitatione ter-
8 reri pro istis quae inter manus habes. proinde dum suppetit
vita, enitamur ut mors quam paucissima quae abolere possit
inveniat. vale.

VI.

C. PLINIUS DOMITIO APOLLINARI SUO S.

1 Amavi curam et sollicitudinem tuam, quod, cum audisses
me aestate Tuscos meos petiturum, ne facerem suasisti, dum

1 offensor **M** 3 reliquid **M** 4 occiosorum **D** 5 adque **M** 7 hi] in **M** 8 sors **D** 9 in diem] in die r 11 suis **D** 12 quae] qui **M** abrumpant **M** 13 Gaius (Cains a. C. **MDpr**) quidem Fannius **MD** *Riccard.* **pra** g. fannius quidem **F** multum **D** 15 in habitum **F** in habitu *una littera deleta* **D** in habitu **Mpra** ita solebat **MF** *Riccard.* ra ita ut solebat **Dpς** 16 est *om.* **Dpr** resedisse **MD** *Riccard.* pr sedisse **Fa** promisisse **D** 17 librum primum p quem] quoniam p cumque **M** 18 reuoluisse **Dpra** reuoluisset **M** uoluisse **F** *Riccard.* evolvisse *Cortius* 19 abiisse **Mr** 21 misera r 22 animum **D** 23 nec quoque dubito te quoque r quoque] cum p 24 pro istis] possitis **D**

VI. 28 DOMITIO *om.* **MFDpra**: '*Riccardianus in indice* Domitium Apollinarem *vocat*' 29 quod] qui pς audisses maiestate (e *supra* a) **F** 30 petituros **D**

putas insalubres. est sane gravis et pestilens ora Tuscorum 2
quae per litus extenditur; sed hi procul a mari recesserunt, quin
etiam Appennino, saluberrimo montium, subiacent. atque adeo 3
ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem caeli, re-
gionis situm, villae amoenitatem; quae et tibi auditu et mihi
relatu iucunda erunt. caelum est hieme frigidum et gelidum: 4
myrtos oleas, quaeque alia adsiduo tepore laetantur, aspernatur
ac respuit; laurum tamen patitur atque etiam nitidissimam pro-
fert, interdum, sed non saepius quam sub urbe nostra, necat.
aestatis mira clementia: semper aër spiritu aliquo movetur; fre- 5
quentius tamen auras quam ventos habet. hinc senes multi: 6
videas avos proavosque iam iuvenum, audias fabulas veteres
sermonesque maiorum, cumque veneris illo, putes alio te sae-
culo natum. regionis forma pulcherrima: imaginare amphi- 7
theatrum aliquod inmensum et quale sola rerum natura possit
effingere. lata et diffusa planities montibus cingitur, montes
summa sui parte procera nemora et antiqua habent. frequens 8
ibi et varia venatio. inde caeduae silvae cum ipso monte de-
scendunt. has inter pingues terrenique colles (neque enim facile
usquam saxum, etiam si quaeratur, occurrit) planissimis cam-
pis fertilitate non cedunt opimamque messem serius tantum, sed
non minus percoquunt. sub his per latus omne vineae porri- 9
guntur unamque faciem longe lateque contexunt; quarum a fine
imoque quasi margine arbusta nascuntur. prata inde campi- 10
que: campi, quos non nisi ingentes boves et fortissima aratra
perfringunt: tantis glaebis tenacissimum solum, cum primum
prosecatur, adsurgit, ut nono demum sulco perdometur. prata 11
florida et gemmea trifolium aliasque herbas teneras semper et

---

1 est] et p 3 adque M 6 est] et D erant r 7 myrtos oleas Dpra myrto stilius M mistas oleas F adsiduo tepore M assiduo tempore D aestiuo tepore *Catanaeus* a aestiuo tempore (tēpore F) F *Riccard.* pr 8 ac respuit Ma et respuit FDpr Larum F adque M 9 negat F *Riccard.* 10 aër *om.* M frequenter D 11 hic M multi MF *Riccard.* a multos Dpr 12 audias] aut in M 13 cum ueneris pς quomodo ueneris r illo *om.* D te alio pr 14 imaginari D 15 et *om.* D 17 procera nemora] progenera more F habens D

18 caeduae MFra caedae *Riccard.* crebrae Dpς ipso mente (o *sup.*) M monte ipso pς 19 facilius quam M 20 plenissimis r 21 optimamque p 22 percoquunt rςa perquoquunt D *Riccard.* perquoqunt F decoqunt M percoquit p omnes p 23 unaque facie F *Riccard.* r 24 ambusta F *Riccard.* 26 tantis] is M cum primum prosecatur MFD *Catanaeus* a cum prosecatur pr 27 ut *om.* D demum nono pς demum nouo r perdomatur D 28 florida FDpra frigida M et gemmea MDrςa et gemme F et gemma p et iemme *Riccard.* semperque molles pr

molles et quasi novas alunt: cuncta enim perennibus rivis nu-
triuntur. sed ubi aquae plurimum, palus nulla, quia devexa
terra, quidquid liquoris accepit nec absorbuit, effundit in Tibe-
12 rim. medios ille agros secat, navium patiens, omnesque fruges
devehit in urbem, hieme dumtaxat et vere; aestate summittitur
immensique fluminis nomen arenti alveo deserit, autumno re-
13 sumit. magnam capies voluptatem, si hunc regionis situm ex
monte prospexeris. neque enim terras tibi, sed formam ali-
quam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere: ea
varietate, ea descriptione, quocumque inciderint oculi, reficien-
14 tur. villa in colle imo sita prospicit quasi ex summo: ita leni-
ter et sensim clivo fallente consurgit, ut, cum ascendere te non
putes, sentias ascendisse. a tergo Appenninum, sed longius ha-
bet: accipit ab hoc auras quamlibet sereno et placido die, non
tamen acres et immodicas, sed spatio ipso lassas et infractas.
15 magna sui parte meridiem spectat aestivumque solem ab hora
sexta, hibernum aliquanto maturius quasi invitat in porticum
latam et prominulam. multa in hac membra, atrium etiam ex
16 more veterum. ante porticum xystus in plurimas species di-
stinctus concisusque buxo; demissus inde pronusque pulvinus,
cui bestiarum effigies invicem adversas buxus inscripsit: acan-
17 thus in plano mollis et paene dixerim liquidus. ambit hunc
ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa; ab his ge-
statio in modum circi, quae buxum multiformem humilesque et
retentas manu arbusculas circumit. omnia maceria muniun-
18 tur: hanc gradata buxus operit et subtrahit. pratum inde non
minus natura quam superiora illa arte visendum: campi deinde
19 porro multaque alia prata et arbusta. a capite porticus tricli-
nium excurrit: valvis xystum desinentem et protinus pratum

---

2 sed ubi MDa sed ibi pr ibi F 3 accipit pr teberim M 4 omnisque FDpr 6 deserat M reassumit pς reassummunt r 8 respexeris D 9 ad eximiam MDpra et eximiam *Riccard.* eximiamque F uidebis r 10 describtione M reficiuntur pr 11 uilla] utilia D prospici p le-niter *Beroaldus* leuiter MFDpra 13 sententias D appeninum M 14 quaslibet r sereno et et placido M 15 sed] et D ipso *om.* M 16 sole F 17 aliquanto] aliquod r 18 prominulam M pro modo longam FDpra: *fortasse* pro modo villae longam in haec F in hoc r 19 in plurimas species distinctus concisusque buxo MD concisus in plurimas species distinctusque (distinctus F) buxo Fpra 20 puluinusque cui r 21 aduersa M 23 tunsis F 24 quam buxum r humilesque et
e a
retantes M humilisque retentas r humilesque et retonsas *vulgo* 25 materia r matheria F 26 gradata] grata r non inde r 28 multa *quae* alia D multa alia F a *om.* F *Riccard.* porticum D

multumque ruris videt, fenestris hac latus xysti et quod prosilit
villae, hac adiacentis hippodromi nemus comasque prospectat.
contra mediam fere porticum diaeta paulum recedit, cingit areo- 20
lam, quae quattuor platanis inumbratur. inter has marmoreo
labro aqua exundat circumiectasque platanos et subiecta platanis
leni aspergine fovet. est in hac diaeta dormitorium cubiculum, 21
quod diem clamorem sonum excludit, iunctaque ei cotidiana
amicorumque cenatio: areolam illam, porticum [aliam] eadem-
que omnia quae porticus aspicit. est et aliud cubiculum a pro- 22
xima platano viride et umbrosum, marmore excultum podio
tenus, nec cedit gratiae marmoris. ramos insidentesque ramis
aves imitata pictura: fonticulus in hoc, in fonte crater; circa 23
sipunculi plures miscent iucundissimum murmur. in cornu por-
ticus amplissimum cubiculum triclinio occurrit; aliis fenestris
xystum, aliis despicit pratum, sed ante piscinam, quae fenestris
servit ac subiacet, strepitu visuque iucundam: nam ex edito de- 24
siliens aqua suscepta marmore albescit. idem cubiculum hieme
tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur. cohaeret hypo- 25
causton, et si dies nubilus, inmisso vapore solis vicem supplet.
inde apodyterium balinei laxum et hilare excipit cella frigida-
ria, in qua baptisterium amplum atque opacum. si natare la-
tius aut tepidius velis, in area piscina est, in proximo puteus,
ex quo possis rursus adstringi, si paeniteat teporis. frigidariae 26
cellae conectitur media, cui sol benignissime praesto est; cal-
dariae magis: prominet enim. in hac tres descensiones, duae
in sole, tertia a sole longius, a luce non longius. apodyterio 27

---

1 hoc latus **M** 2 hac adiacentis **MD** ac adiacentis **Fpra** heliodromi **p** heliodrome **D** 3 diaeta **MFςa** zeta **Dp** directa **r** paulum] parum **pr** rescidit **F** *Riccard.* 4 quae *om.* **D** in has marmore labro exundat aqua circumiectasque **D** 6 leni aspergine **M** diaeta **MFςa** zeta **Dpr** 7 iunctaque ei (et **D**) cotidiana amicorumque cenatio **FDa** iunctaque et cotidiana amicorum cenatio quae **M** iunctaque quotidiana amicorum coenatio **pr** 8 areolam illam porticum aliam eademque **M** areolam illam porticus alia eademque **Fpra** areola illa eademque **D** 9 proxuma **M** 10 exculptum **rς** 11 nec] ne **D** gratiae] genere **r** 12 pictura et fonticulus *Riccard.* pictura cui subest fonticulus *Catanaeus* fonticulus (fonti cuius **D** fonticulis **r**) in hoc in fonte **MDr** fonticulus in hoc fonte **Fpς,a** 14 cubiculum a triclinio **M** *Riccard.* triclino **D** 15 dispicit **M** piscina **ς** 16 iucundam **M** iucunda **FDpra** 20 apodyterion **Fr** frigida **M** 21 baptisterium] sphaeristerium **Dp** adque **M** 22 in area piscina est *om.* **a** proxumo **M** 23 possit **D** temporis **pr*** 24 benignissima **r** est praesto **p** 25 prominent **Mpr** descensiones **MFςa** discessiones **Dp** disensiones **r** 26 a sole longius a luce non longius **MDpς** a sole a luce non longius **r** a sole non longius **F** *Riccard.* **a**

superpositum est sphaeristerium, quod plura genera exercita-
tionis pluresque circulos capit. non procul a balineo scalae,
quae in cryptoporticum ferunt, prius ad diaetas tres. harum
alia areolae illi, in qua platani quattuor, alia prato, alia vineis
28 imminet diversasque caeli partes ut prospectus habet. in summa
cryptoporticu cubiculum ex ipsa cryptoporticu excisum, quod
hippodromum vineas montes intuetur. iungitur cubiculum ob-
vium soli, maxime hiberno. hinc oritur diaeta, quae villae hip-
29 podromum adnectit. haec facies, hic usus a fronte. a latere
aestiva cryptoporticus in edito posita, quae non aspicere vineas,
sed tangere videtur: in media triclinium saluberrimum adflatum
ex Appennini vallibus recipit: post latissimis fenestris vineas,
30 valvis aeque vineas, sed per cryptoporticum, quasi admittit. a
latere triclinii, quod fenestris caret, scalae convivio utilia secre-
tiore aditu suggerunt. in fine cubiculum, cui non minus iucun-
dum prospectum cryptoporticus ipsa quam vineae praebent.
subest cryptoporticus subterraneae similis; aestate incluso frigore
31 riget contentaque aëre suo nec desiderat auras nec admittit. post
utramque cryptoporticum unde triclinium desinit incipit porticus,
ante medium diem hiberna, inclinato die aestiva. hac adeuntur
diaetae duae, quarum in altera cubicula quattuor, altera tria, ut
32 circumit sol, aut sole utuntur aut umbra. hanc dispositionem
amoenitatemque tectorum longe longeque praecedit hippodro-
mus. medius patescit statimque intrantium oculis totus offertur;
platanis circumitur: illae hedera vestiuntur, utque summae suis
ita imae alienis frondibus virent: hedera truncum et ramos per-
errat vicinasque platanos transitu suo copulat: has buxus in-
teriacet: exteriores buxos circumvenit laurus umbraeque plata-

---

1 phaeristerium MD 2 non procul MDr nec procul Fpςa balieno D balienos M 3 crypioporticum M 4 alia prato uineis r 5 imminet diuersasque Mrς imminent diuersasque F *Riccard.* a minet diuer imminet diuersasque D iminet diuersis diuersasque p prospectus] profectus r 6 ipso p 8 hinc colitur F: hinc — villae *om.* M diaeta Fςa zeta Dpr 9 hic] hinc D usus] uisus rς 10 aestiva] estimo r 11 tricilinium D 12 appennini M appenninis FDpra accipit Dpr 14 triclini D triclinio M paret D utilia] ut illa M utillia D secretior M 15 aditu *Pomponius Laetus* ambitu MFDpa ambitus r 17 subest] sub isto r 18 contemptaque F aëre *om.* D 19 tricilinum D 20 hac] haec D 21 in latera M cubila D 22 aut sole utuntur *om.* D 23 tectorum *al. man. in litura* D longe longeque F longe lateque M *Riccard.* rς late longeque a longeque Dp longe *vulgo* 24 intrantium] in transitum D effertur D

25 edera M 26 imae] me D hedera^{t}runcum M edera trunculum F *Riccard.* et] ut r 28 exterioris D blatanorum M

norum suam confert. rectus hippodromi limes in extrema parte 33
hemicyclio frangitur mutatque faciem: cypressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque; interioribus circulis
(sunt enim plures) purissimum diem recipit. inde etiam rosas 34
effert umbrarumque frigus non ingrato sole distinguit. finito vario illo multiplicique curvamine recto limiti redditur, nec huic
uni: nam viae plures intercedentibus buxis dividuntur. alibi 35
pratulum, alibi ipsa buxus intervenit in formas mille discripta, litteras interdum, quae modo nomen domini dicunt, modo artificis: alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt poma, et in opere urbanissimo subita velut inlati ruris imitatio. medium
spatium brevioribus utrimque platanis adornatur: post has acan- 36
thus hinc inde lubricus et flexuosus, deinde plures figurae pluraque nomina. in capite stibadium candido marmore vite protegitur, vitem quattuor columellae Carystiae subeunt. ex stibadio aqua, velut expressa cubantium pondere, sipunculis effluit, cavato lapide suscipitur, gracili marmore continetur atque ita oc-
culte temperatur, ut impleat nec redundet. gustatorium gra- 37
viorque cena margini inponitur, levior naucularum et avium figuris innatans circumit. contra fons egerit aquam et recipit: nam expulsa in altum in se cadit iunctisque hiatibus et absorbetur et tollitur. e regione stibadii adversum cubiculum tantum
stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo. marmore splen- 38
det, valvis in viridia prominet et exit, alia viridia superioribus inferioribusque fenestris suspicit despicitque. mox zothecula

---

1 rectus hic hippodromi (hypodromi **F**) limes **Fpra** 2 hemicyclo **pr** 3 opatior **MF** 4 plurissimum **F** etiam *om.* **pr** rosa **r** 5 ecfert **M** 6 limiti *Catanaeus* **a** limite (i *superscr.*) **F** limite **MDpr** nec huic uni **M** *Beroaldus* **a** ne huic uni **Fpr** nec uni huic **D** 7 nam viae] manię (n *superscr.*) **M** nam me **r** 8 discripta **D** descripta **MFpra** 9 litteras **MD** litteris **Fpra** quae] quo **M** dicunt *om.* **r** 10 metulae surgunt **MFDpa** metulae exurgunt **ς** mactule exurgunt **r** uiticulae surgunt *Sichardus* 11 ueluti **D** medium in spatium **Fpra** 12 breuibus **M** acamthus **M** 13 hinc inde *om.* **F** plures figurae plurae pluraque nomina capite **D** 14 stipadium **M** 15 caristiae **M** subeunt ex stebadio **M** subeunt e stibadio **pra** subeunte stibadio **D** subeunt stibadio **ς** subeunt Extibadiu **F** 16 aquae **D** exprassa **D** siponculis **F** 17 suspicitur **r** gratili **D**: gracili marmore continetur *om.* **F** adque **M** 18 temperatur **MFrςa** uerberatur **D** uerberatum **p** retundet **M** redundet et **D** 19 cena **D** cenam **M** cenatio **Fpra** naucularum **M** nauclarum **D** nauicularum **Fpra** 20 egerit] eiicit **r** 21 hiatibus] partibus **M** adsorbetur **D** 22 stibadii] stibadi **D** stipadi **M** 23 marmore **MDr** a marmore **Fpςa** 24 et exit **MDa** et texit **Frς** texit **p** alia uiridis **a** superioribus inferioribusque **MFa** superioribus atque inferioribus **pr** superioribusqne **D** 25 suspicit despicitque mox zetecula (diaetula **ςa**) refugit **pra** suscipit descipitque mox zetaecula reful-

refugit quasi in cubiculum idem atque aliud. lectus hic et undique fenestrae, et tamen lumen obscurum umbra premente.
39 nam laetissima vitis per omne tectum in culmen nititur et ascendit. non secus ibi quam in nemore iaceas, imbrem tantum
40 tam quam in nemore non sentias. hic quoque fons nascitur simulque subducitur. sunt locis pluribus disposita sedilia e marmore, quae ambulatione fessos ut cubiculum ipsum iuvant. fonticuli sedilibus adiacent. per totum hippodromum inducti fistulis strepunt rivi et qua manus duxit sequuntur: his nunc illa viridia, nunc haec, interdum simul omnia lavantur. vitassem iam dudum ne viderer argutior, nisi proposuissem omnes angulos tecum
41 epistula circumire. neque enim verebar ne laboriosum esset legenti tibi quod visenti non fuisset, praesertim cum interquiescere, si liberet, depositaque epistula quasi residere saepius posses. praeterea indulsi amori meo: amo enim quae maxima ex
42 parte ipse inchoavi aut inchoata percolui. in summa (cur enim non aperiam tibi vel iudicium meum vel errorem?) primum ego officium scriptoris existimo ut titulum suum legat atque identidem interroget se, quid coeperit scribere, sciatque, si materiae immoratur, non esse longum, longissimum, si aliquid arcessit
43 atque attrahit. vides quot versibus Homerus, quot Vergilius arma, hic Aeneae, Achillis ille, describat; brevis tamen uterque est, quia facit quod instituit. vides ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur et colligat; modum tamen servat: non enim
44 excursus hic eius, sed opus ipsum est. similiter nos, ut parva magnis, cum totam villam oculis tuis subicere conamur, si nihil inductum et quasi devium loquimur, non epistula quae de-

---

get D suscipit quae mox zothecula refugit M suscipit. Quem exodio thecula refugit F 1 qua quasi D adque M lectulus pς hic] hinc p 3 lectissima D 4 abscendit D ibi *om.* D iaceas] iaceri M tantum] tamen rς 6 sedile marmoreum quod M 8 sedilibus] sedibus pr inductis fistulis strepunt Fpra inducti strepunt D dulces strepunt M 10 haec *om.* F lauantur MDrς iunantur Fa laetantur p 11 omnis FD 12 circumire] concurrere r ne] nec D 13 tibi legenti pr visenti] ut absenti D absenti p 14 si libesceret D 15 inclusi p meo amori M maxime D 16 aut *om.* D in summam M: in summa — 17 primum *om.* F enim *om.* p 17 meum *om.* p primo ego r 18 extimo D ut *om.* Da adque M et pr 19 interroget si quid M interroges si quod D 20 demoratur F arcessit M accersit Fςa accessit Dr accerssit p 21 adque M quod quod uersibus *deleto priore* quod M quod uergilius M quot uirgilius FDpr 22 hic aeneae ae achillis ille M hic Aeneae ille Achillis rς discribat M 23 vides ut *om.* D 24 consecratur et colligit D 25 excursus] est cursus D similiter nos (nos *om.* p) ut parua magnis MFpa similiter nos ut ex parua magnis D similiter *ut nos parua magnis* comparemus rς 26 conemur M 27 devium] deum D

scribit, sed villa quae describitur magna est. verum illuc unde coepi, ne secundum legem meam iure reprehendar, si longior fuero in hoc in quod excessi. habes causas, cur ego Tuscos 45
meos Tusculanis, Tiburtinis Praenestinisque praeponam. nam super illa quae rettuli altius ibi otium et pinguius eoque securius: nulla necessitas togae, nemo arcessitor ex proximo: placida omnia et quiescentia, quod ipsum salubritati regionis ut purius caelum, ut aër liquidior accedit. ibi animo, ibi corpore maxime valeo. nam studiis animum, venatu corpus exerceo. mei quoque nusquam salubrius degunt: usque adhuc certe ne- 46
minem ex iis quos eduxeram meeum (venia sit dicto) ibi amisi. di modo in posterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco servent. vale.

VII.

C. PLINIUS CALVISIO RUFO SUO S.

Nec heredem institui nec praecipere posse rem publicam 1
constat. Saturninus autem, qui nos reliquit heredes, quadrantem rei publicae nostrae, deinde pro quadrante praeceptionem quadringentorum milium dedit. hoc, si ius aspicias, inritum, si defuncti voluntatem, ratum et firmum est. mihi autem de- 2
functi voluntas (vereor quam in partem iuris consulti quod sum dicturus accipiant) antiquior iure est, utique in eo quod ad communem patriam voluit pervenire. an, cui de meo sester- 3
tium sedecies contuli, huic quadringentorum milium paulo amplius tertiam partem ex adventicio denegem? scio te quoque a iudicio meo non abhorrere, cum eandem rem publicam ut

1 illud **M** 3 fuerit in hoc quod es excessi **D** quod] quo **Fpr** ego] ergo **M** tusicos *deleta* i *littera* **M** 4 tulculanis **M** praenestinisque meis praeponam **Fpra** praenestinis meis praeponam ς 5 eoque] atque **M** 6 arcessitor **D** accersitor **MFra** accersitur **p** ex] e **F** 7 ipsum] tum **D**, *om.* **p** salubritati **D** salubritate **MFpςa** salubertate **r** 10 mequoque **F** 11 ex his **MDpr** quoque seduxeram **D** uenia sit dicto (dictu **p**) ibi amisi **MFpa** uenias id dicti ibi amissi **D** uenia sibi dictum amisi **r** uenia sit dicto amisi ς 12 di **M** dii **Fpra**, *om.* **D** posterom **M**
VII 15 RUFO *om.* **MDpra**: '*Riccardianus in indice ad* Calpurnium Rufum *scriptam esse ait*' 18 deinde pro quadrante **MDςa** deinde quadrantem **p** deinde de quadrante **r** perceptionem **r** 19 ius] uis **p** inritum sed defuncti uoluntas uereor **M** 21 sim **Dp** 22 antiquiore iure **M** 23 de meo sestertium sedecies **Ma** de meo his edicies **D** de meo his adiiciens **pr** de meo sex decies adiiciens ς de meo undecies adiiciens *Catanaeus* de meo sestertium undecies *vulgo: cf. Momms. Herm. III (a. 1868) p. 101 Ztschr. f. Rechtsgesch. a. 1867 p. 314* 24 huic qua quadringentorum milium **M**: huic quadringenta milia *Sichardus* 25 aduentitio **M** 26 cadem **D**

4 civis optimus diligas. velim ergo, cum proxime decuriones contrahentur, quid sit iuris indices, parce tamen et modeste; deinde subiungas nos quadringenta milia offerre, sicut praeceperit Saturninus. illius hoc munus, illius liberalitas; nostrum
5 tantum obsequium vocetur. haec ego scribere publice supersedi, primum quod memineram pro necessitudine amicitiae nostrae, pro facultate prudentiae tuae et debere te et posse perinde meis ac tuis partibus fungi; deinde quia verebar ne modum, quem tibi in sermone custodire facile est, tenuisse in epistula non
6 viderer. nam sermonem vultus, gestus, vox ipsa moderatur; epistula omnibus commendationibus destituta malignitati interpretantium exponitur. vale.

VIII.

C. PLINIUS TITINIO CAPITONI SUO S.

1 Suades ut historiam scribam, et suades non solus: multi hoc me saepe monuerunt, et ego volo, non quia commode facturum esse confidam (id enim temere credas nisi expertus), sed quia mihi pulchrum in primis videtur non pati occidere quibus aeternitas debeatur aliorumque famam cum sua exten-
2 dere. me autem nihil aeque ac diuturnitatis amor et cupido sollicitat, res homine dignissima, eo praesertim qui nullius sibi
3 conscius culpae posteritatis memoriam non reformidet. itaque diebus ac noctibus cogito, 'siqua me quoque possim tollere humo': id enim voto meo sufficit, illud supra votum, 'victorque virum volitare per ora. quamquam o!' sed hoc satis est,

---

2 sit] si D indices **Ma** dices **Dpr** dicas ς parce] pacce D 3 CCCC millium p offerre *om.* Dp praecepit p 4 liberalitas **MDςa** liberalitatis pr nostrum *om.* Dp 5 tantum **Ma** tam̄ D tamen pr 6 nostrae — prudentiae *om.* Dpr 7 perinde meis ac tuis partibus **Mςa** fieri de (de *om.* r) meis actibus partibus Dpr 8 quem tibi **Ma** tibi quem Dpr 12 exponit p

VIII 14 TITINIO *om.* **MDpra**: '*Riccardianus in indice ad* Titinium Caepionem *mittit*'. *ad Tacitum scriptam epistulam indicare videtur Sidonius Apollinaris IIII 21*, namque et antiquitus cum Gaius Cornelius Gaio Secundo paria suasisset, ipse postmodum quod iniunxit arripuit 15 solum D multa r 16 hoc me **Ma** me hoc Dpr moũere D non *om.* D

17 confidam M confido Dpra id *om.* D 18 non pati (non n pati D) occidere Dpra posteris tradere M 19 cum ex sua extendere M 20 amor et cupido **Ma** amoris cupido Dp et amoris cupido rς 21 homine dignissime o praesertim M homine (homines D) dignissimae praesertim Dp homine (eo homine a) dignissima praesertim rςa 23 siqua] *Verg. georg. III 8* quoque] quom p 24 humo] homo D sufficis r 25 quamquam] *Verg. Aen. V 195* o *om.* M sed hoc satis est quod a *sed hoc satis est* et quod M sed satis est quod Dpr

quod prope sola historia polliceri videtur. orationi enim et car- 4
mini parva gratia, nisi eloquentia est summa; historia quoquo
modo scripta delectat. sunt enim homines natura curiosi et
quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis
etiam fabellisque ducantur. me vero ad hoc studium impellit
domesticum quoque exemplum: avunculus meus idemque per 5
adoptionem pater historias et quidem religiosissime scripsit. in-
venio autem apud sapientes honestissimum esse maiorum vesti-
gia sequi, si modo recto itinere praecesserint. cur ergo cunctor? 6
egi magnas et graves causas: has, etiamsi mihi tenuis ex iis
spes, destino retractare, ne tantus ille labor meus, nisi hoc
quod reliquum est studii addidero, mecum pariter intercidat.
nam si rationem posteritatis habeas, quidquid non est pera- 7
ctum, pro non inchoato est. dices 'potes simul et rescribere
actiones et componere historiam.' utinam! sed utrumque tam
magnum est, ut abunde sit alterum efficere. unodevicensimo 8
aetatis anno dicere in foro coepi, et nunc demum quid prae-
stare debeat orator, adhuc tamen per caliginem video. quid, si 9
huic oneri novum accesserit? habet quidem oratio et historia multa
communia, sed plura diversa in his ipsis quae communia viden-
tur. narrat illa, narrat haec, sed aliter: huic pleraque humilia
et sordida et ex medio petita, illi omnia recondita splendida
excelsa conveniunt: hanc saepius ossa musculi nervi, illam tori 10
quidam et quasi iubae decent: haec vel maxime vi amaritudine
instantia, illa tractu et suavitate atque etiam dulcedine placet:
postremo alia verba, alius sonus, alia constructio. nam pluri- 11
mum refert, ut Thucydides ait, κτῆμα sit an ἀγώνισμα; quorum

---

1 pollicenri M enim *om.* rς carmini est parua a 4 qualibet pr ut qui Mpςa utque Dr 5 ad *om.* r 6 quoque *om.* Dpr 7 adeptionem D scribsit M 8 sapientis Mpr 9 cur ergo cunctor M cui ergo cunctor a cur enim cunctor D cur enim cum tot pr interim cum tot ς 10 ex eis a ex his MDpr 12 pariter] paratus r 14 pro non inchoato est Mςa pro non inchoatum Dpr 16 unodeuicensimo M undeuicesimo Dpra 17 coepit nunc M demum] denique r quid] quidem r 19 habet Dpra habere M habent ς 20 communia sed plura rςa communia sunt sed plura D communia sunt plura p: communia sed plura diversa in his ipsis quae *om.* M quae communis D 21 huic] hinc p humilat sordida M 23 tori] tor D 24 iube Mrς tubae Dpa ui in amaritudine r 25 adque M placent M 27 ut Thucydides ait κτῆμα sit an ἀγώνισμα a ut ^{t}hucydides rei hi hm misit an^{a}a TωNIEM *et in marg.* c' thucydides M ut hucidides item asyntana gonisma D ut thucydides ait item asinta nagonisma p ut Thucidides ait item Sint anagonisma r ut Thucidides ait ἤδημα καὶ ἀγώνισμα *Pomponius Laetus* ut Thucidides ait ηδημα sit an αγωνισμα *Beroaldus: Thucyd. I* 22

alterum oratio, alterum historia est. his ex causis non addu-
cor ut duo dissimilia et hoc ipso diversa, quod maxima, con-
fundam misceamque, ne tanta quasi colluvione turbatus ibi fa-
ciam quod hic debeo; ideoque interim veniam, ne a meis verbis
12 recedam, advocandi peto. tu tamen iam nunc cogita quae po-
tissimum tempora aggrediar. vetera et scripta aliis? parata in-
quisitio, sed onerosa collatio: intacta et nova? graves offensae,
13 levis gratia. nam praeter id quod in tantis vitiis hominum
plura culpanda sunt quam laudanda, tum, si laudaveris, parcus,
si culpaveris, nimius fuisse dicaris, quamvis illud plenissime,
14 hoc restrictissime feceris. sed haec me non retardant: est enim
mihi pro fide satis animi. illud peto, praesternas ad quod hor-
taris eligasque materiam, ne mihi iam scribere parato alia rur-
sus cunctationis et morae iusta ratio nascatur. vale.

VIIII. [XXI.] (a. 105)

C. PLINIUS RUFO SUO S.

1 Descenderam in basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima
2 comperendinatione respondere debebam. sedebant iudices, de-
cemviri venerant, obversabantur advocati, silentium longum,
tandem a praetore nuntius. dimittuntur centumviri, eximitur
dies, me gaudente, qui numquam ita paratus sum, ut non
3 mora laeter. causa dilationis Nepos praetor, qui legibus quaerit.

---

1 est his ex causis **Ma** et ex his causis **Dpr** ex his causis **ς** adducor **Mςa** abducor **Dpr** 2 ipsa **r** quod **Dpςa** quo **M** quidem **r** confundam *om.* **r** 3 misceam ne tanta **D** 4 ideoque interim ueniam et (ut **a**) ne **Ma** quae interim ueniet ne **Dp** sed interim ueniet ne **r** sed interim ueniam ne *Catanaeus* a meis uerbis **M** a forensibus uerbis **Dpra** 5 aduocandum **r** iam nunc **Dpa** immo nunc **M** nunc **rς** cogita quae potissimum tempora (temporum **r**) **Dpra** cogitaque potissimum quo tempore **M** 6 aggrediar **Mra** aggrediamur **Dpς** aliis] mallis **M** 7 sed] set **M** grauis **M** 8 gratiam **M** nam praeter id quod **M** nam praeterii quod **a** hanc praeterea quod **Dp** praeterea quidem **r** praeterea quod **ς** praetereo quod *Gruterus: cf. paneg. c. 59 extr.* 9 tum] tu *Mommsenus* 10 quamvis — feceris *om.* **p** 11 hoc restrictissime *om.* **M**: *cf. infra 14* sed haec] haec autem **p** retardant **Ma** tardant **Dpr** 12 mihi profunde satis cum illud **r** praesternas **Ma** praestruas **pς** prostruas **r** praestuas **D**: *cf. paneg. c. 31* 13 iam a eam **M** tam **Dpr** 14 cunctationis] cum **M** nascatur hoc strictissime uale **M**

VIIII *Proximas epistulas hoc ordine dispositas habent* **Dpra**, 8. 21. 15. 10—14. 16—20. 9. *Medicei codicis ordo, quem restitui, etiam in Riccardiano fuisse videtur: cf. ep. 15. 21* 16 RUFO *om.* **M** 18 decemuiri **MDpr** centumuiri **ςa** 19 obuersabant **a** aduocati **Mςa** aduocatis **Dpr** 20 dimittitur Cum eximitur **r** 22 mora laeter **Ma** moraliter **Dp** morer **rς**

causas **r** praetor **Dpra** preter **M** praetor des. **ς** qui legi de muneribus praeposuerat *Sichardus et 'membranae' Modii novant. lect. 51 Grut. lamp. V p. 136, unde* qui lege de muneribus quaerit *coniecerunt Modius et Casaubonus*

proposuerat breve edictum: admonebat accusatores, admonebat
reos executurum se quae senatus consulto continerentur. sube- 4
rat edicto senatus consultum: hoc omnes, qui quid negotii ha-
berent, iurare prius quam agerent iubebantur nihil se ob ad-
vocationem cuiquam dedisse promisisse cavisse. his enim verbis
ac mille praeterea et venire advocationes et emi vetabantur.
peractis tamen negotiis permittebatur pecuniam dumtaxat decem
milium dare. hoc facto Nepotis commotus praetor qui centum- 5
viralibus praesidet, deliberaturus an sequeretur exemplum, inopi-
natum nobis otium dedit. interim tota civitate Nepotis edictum 6
carpitur laudatur. multi 'invenimus qui curva corrigeret. quid?
ante hunc praetores non fuerunt? quis autem hic est, qui emen-
det publicos mores?' alii contra 'rectissime fecit: initurus ma-
gistratum iura cognovit, senatus consulta legit, reprimit foe-
dissimas pactiones, rem pulcherrimam turpissime venire non
patitur.' tales ubique sermones, qui tamen alterutram in par- 7
tem ex eventu praevalebunt. est omnino iniquum, sed usu re-
ceptum, quod honesta consilia vel turpia, prout male aut pro-
spere cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur. inde ple-
rumque eadem facta modo diligentiae modo vanitatis, modo
libertatis modo furoris nomen accipiunt. vale.

X. [XI.]

C. PLINIUS SUETONIO TRANQUILLO SUO S.

Libera tandem hendecasyllaborum meorum fidem, qui scripta 1
tua communibus amicis spoponderunt. appellantur cotidie et
flagitantur, ac iam periculum est ne cogantur ad exhibendum

---

1 praeposuerat p   2 exsecutorum M   senatus consulto — edicto *om.* D   3 edicto | senatus consultum . . . | tionem cuiquam *trium fere versuum spatio post* senatus consultum *relicto* M   qui quid negotii haberent a quisquis negotium haberet Dpr   4 agerent a agere Dpr   6 advocationes] aduocationis Dpr*   et] set M   emi] enim r   uetabantur MDpa uetebatur r uctabatur ς   7 peractis — permittebatur *om.* Dp   permittebatur Mr permittebantur a permittebat ς   8 qui *om.* r   9 praesidet Dpra praesidebat M   11 quid] quod M   14 iura recognouit *Catanaeus*   foedissimas Ma nouissimas Dpr   17 iniquum ςa iniquom M iniquom r inimicum Dp   18 aut] aū D   19 ita *om.* p   probantur Ma procedunt Dpr   reprehendentur M   20 modo diligentiae modo uanitatis *om.* Dpr

X 23 SUETONI SUO M, TRANQUILLO SUO Dpra: '*integrum nomen* Suetonium Tranquillum *exhibet in indice Riccardianus*'   25 et flagitantur Dpra efflagitantur M et efflagitantur ς

2 formulam accipere. sum et ipse in edendo haesitator, tu tamen meam quoque cunctationem tarditatemque vicisti. proinde aut rumpe iam moras aut cave ne eosdem istos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere non possunt, convicio
3 scazontes extorqueant. perfectum opus absolutumque est nec iam splendescit lima, sed atteritur. patere me videre titulum tuum, patere audire describi legi venire volumina Tranquilli mei. aequum est nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. vale.

XI. [XII.]

C. PLINIUS CALPURNIO FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Recepi litteras tuas, ex quibus cognovi speciosissimam te porticum sub tuo filiique tui nomine dedicasse, sequenti die in portarum ornatum pecuniam promisisse, ut initium novae liberali-
2 tatis esset consummatio prioris. gaudeo primum tua gloria, cuius ad me pars aliqua pro necessitudine nostra redundat; deinde quod memoriam soceri mei pulcherrimis operibus video proferri; postremo quod patria nostra florescit, quam mihi a
3 quocumque excoli iucundum, a te vero laetissimum est. quod superest, deos precor ut animum istum tibi, animo isti tempus quam longissimum tribuant. nam liquet mihi futurum ut peracto quod proxime promisisti inchoes aliud. nescit enim semel incitata liberalitas stare, cuius pulchritudinem usus ipse commendat. vale.

XII. [XIII.]

C. PLINIUS TERENTIO SCAURO SUO S.

1 Recitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, advocavi aliquos, ut vererer, paucos, ut verum audirem. nam mihi du-

---

1 sum et ipse **Mrςa** summe ipse **D** sume ipse **p** haesitator tu tamen **Ma** haesitatortuosa tamen **Dpr** haesitator tu o si tamen ς haesitator tu mora tamen *Sichardus* 3 iam *om.* **Dpr** eosdem istos **Mpr** eosdem eistos **D** eos de me istos **r** eosdem illos **a** 4 conuicio **Ma** conuiciis ς conuitiosiu' **D** cum (quom **r**) uitiosius **pr** 5 extorqueant **Mra** extorquent **Dp** perfectam *corr.* — um **M** 6 splendescet **r** lima **Dpςa** luna **r**, *om.* **M** 8 aequ$\overset{v}{o}$m **M** nos *om.* **r** 9 qua] que **r**

XI 11 Calpurn. Fabato *Riccardianus in indice:* CALPURNIO *om.* **MDpra** IABATO **M** 12 Recepi **MDςa**. ecepi **r** Praecepi *Riccardianus in indice* Accepi **p** *Catanaeus* speciosissimam te **Dpra** te speciosissimam **M** 13 filique **D** 14 promississe **M** nouae **MDa** sequentis *Sichardus in marg.*, *om.* **pr** 16 nostra *om.* **Dpr** 18 mihi et a quocumque **rς** 22 proxime **MDa** maxime **pr**

XII 26 TERENTIO *om.* **MDpra**: '*Riccardianus in indice* Terentium Scaurum *nominat*' 28 uererer **Dpra** reuererer **M** audire **D** mihi **MDa** *hic pr*

plex ratio recitandi, una, ut sollicitudine intendar, altera, ut
admonear, siquid forte me ut meum fallit. tuli quod pete- 2
bam, inveni qui mihi copiam consilii sui facerent. ipse prae-
terea quaedam emendanda adnotavi. emendavi librum, quem
misi tibi. materiam ex titulo cognosces, cetera liber explicabit, 3
quem iam nunc oportet ita consuescere, ut sine praefatione in-
tellegatur. tu velim quid de universo, quid de partibus sentias 4
scribas mihi. ero enim vel cautior in continendo vel constan-
tior in edendo, si huc vel illuc auctoritas tua accesserit. vale.

XIII. [XIIII.] (a. 105)

C. PLINIUS VALERIANO SUO S.

Et tu rogas et ego promisi, si rogasses, scripturum me 1
tibi, quem habuisset eventum postulatio Nepotis circa Tusci-
lium Nominatum. inductus est Nominatus, egit ipse pro se nullo
accusante. nam legati Vicetinorum non modo non presserunt
eum, verum etiam sublevarunt. summa defensionis, non fidem 2
sibi in advocatione, sed constantiam defuisse; descendisse ut
acturum atque etiam in curia visum, deinde sermonibus ami-
corum perterritum recessisse: monitum enim ne desiderio sena-
toris non iam quasi de nundinis, sed quasi de gratia fama
dignitate certantis tam pertinaciter, praesertim in senatu, repu-
gnaret, alioqui maiorem invidiam quam proxime passurum. erat 3
sane prius, a paucis tamen, adclamatum exeunti. subiunxit
preces multumque lacrimarum: quin etiam tota actione homo in
dicendo exercitatus operam dedit ut deprecari magis (id enim
et favorabilius et tutius) quam defendi videretur. absolutus est 4
sententia designati consulis Afrani Dextri, cuius haec summa,
melius quidem Nominatum fuisse facturum, si causam Vicetino-

---

1 intendar **MD** incendar **pra** alt̄ aut admonear **M** 2 siquid forte me ut meum **Mrςa** si quia forte me ut mecum **Dp** 3 consuli sui **D** consilii tui **r** 4 librumque misi *Mommsenus* 5 tibi misi **rς** explicauit **D** 6 ita *om.* **a**

XIII 12 Et *priore loco om.* **p** 13 circa] contra **rς** 15 nam legati **M** etenim legati **Dpra** non modo precesserunt **r** 16 subleuarunt **M** subleuauerunt **Dpra** 17 in aduocationem **D** 18 adque **M** 19 perterritum *om.* **Dpr** ne *om.* **r** desideras **M** 20 non iam quasi **Da** non quasi **Mς** nimiam quasi **p** minime quasi **r** denumdinis **M** gratia] gloria **rς** 22 quam *om.* **Dpr** passurum **M** passurus **Dpra** 23 a paucis tamen **M** tamen paucis **Dpr** tamen a paucis *Catanaeus* **a** exeuntis **p** 25 id enim fauorabilius **rς** 27 designato **D** afrani (Afranii *Cat.*) dextri **MD** *Catanaeus* **a** afrani dextra **p** Afranii Dexteri **r** summa sententia melius **r**

rum eodem animo quo susceperat pertulisset; quia tamen in hoc
genus culpae non fraude incidisset nihilque dignum animadver-
sione admisisse convinceretur, liberandum, ita ut Vicetinis quod
5 acceperat redderet. adsenserunt omnes praeter Fabium Aprum.
is interdicendum ei advocationibus in quinquennium censuit, et
quamvis neminem auctoritate traxisset, constanter in sententia
mansit: quin etiam Dextrum, qui primus diversum censuerat,
prolata lege de senatu habendo iurare coëgit e re publica esse
6 quod censuisset. cui quamquam legitimae postulationi a quibus-
dam reclamatum est. exprobrare enim censenti ambitionem vide-
batur. sed prius quam sententiae dicerentur, Nigrinus, tribunus
plebis, recitavit libellum disertum et gravem, quo questus est
venire advocationes, venire etiam praevaricationes, in lites coiri
et gloriae loco poni ex spoliis civium magnos et statos reditus.
7 recitavit capita legum, admonuit senatus consultorum: in fine
dixit petendum ab optimo principe ut, quia leges, quia senatus
8 consulta contemnerentur, ipse tantis vitiis mederetur. pauci
dies, et liber principis severus et tamen moderatus: leges ipsum,
est in publicis actis. quam me iuvat quod in causis agendis
non modo pactione dono munere verum etiam xeniis semper
9 abstinui! oportet quidem quae sunt inhonesta non quasi inlicita,
sed quasi pudenda vitare; iucundum tamen, si prohiberi publice
10 videas quod numquam tibi ipse permiseris. erit fortasse, immo
non dubie huius propositi mei et minor laus et obscurior fama,
cum omnes ex necessitate facient quod ego sponte faciebam.
interim fruor voluptate, cum alii divinum me, alii meis rapinis,
meae avaritiae occursum per ludum ac iocum dictitant. vale.

---

3 ita ut uicetinis **M**a ita uicentinis **D**pr ita tamen ut Vicentinis ς 4 praeter fabium aprum is **M** praeter Flauium Aprum is a praeter lacrumis **D**p praeterquam Lacerius r praeterquam Licinius is ς 5 int̄ interdicendum **M** aduocationibus **M**a aduocationi **D**p aduocatione rς 7 primum a 8 prolata **M**a perlata **D**pr e rep. esse **M**a eripuisse **D**p e. re. p. erripuisse r e re. p. fuisse *Beroaldus* 10 exprobrae **M** exprobare **D** censenti — priusquam *om.* **D**p 11 sententiam **D**p nigrius **M** 13 etiam] et rς coire **M** 14 statos reditus **M**a statutos reditus pr statutos reditus reditus **D** 15 senatus consultorum] senatus consulti **M** 16 optimos *corr.* —mo **M** 17 vitiis *om.* **D**p 18 moderatus] moratus **M** legis **M** 20 non modo *om.* r pactione **M**ςa pactionē **D**p pactinoem r xenis **D** 21 inlicita sed quasi *om.* **M** 22 pudenda **M**a iubenda **D**pr puplice **M** 23 erit *om.* **M** 26 ali *utroque loco* **D** 27 ac iocum **M**a acceptum **D**pr

XIIII. [XV.]

C. PLINIUS PONTIO SUO S.

Secesseram in municipium, cum mihi nuntiatum est Cor- 1
nutum Tertullum accepisse Aemiliae viae curam. exprimere 2
non possum, quanto sim gaudio adfectus et ipsius et meo no-
mine; ipsius, quod, sit licet, sicut est, ab omni ambitione longe
remotus, debet tamen ei iucundus honor esse ultro datus; meo,
quod aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, post-
quam par Cornuto datum video. neque enim augeri dignitate 3
quam aequari bonis gratius. Cornuto autem quid melius? quid
sanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis
expressius? quod mihi cognitum est non fama, qua alioqui optima
et meritissima fruitur, sed longis magnisque experimentis. una 4
diligimus, una dileximus omnes fere quos aetas nostra in utro-
que sexu aemulandos tulit; quae societas amicitiarum artissima
nos familiaritate coniunxit. accessit vinculum necessitudinis 5
publicae. idem enim mihi, ut scis, collega quasi voto petitus
in praefectura aerarii fuit, fuit et in consulatu. tum ego qui
vir et quantus esset altissime inspexi, cum sequerer ut magistrum,
ut parentem vererer; quod non tam aetatis maturitate quam
vitae merebatur. his ex causis ut illi sic mihi gratulor, nec 6
privatim magis quam publice, quod tandem homines non ad
pericula, ut prius, verum ad honores virtute perveniunt. in in- 7
finitum epistulam extendam, si gaudio meo indulgeam. prae-
vertor ad ea quae me agentem hic nuntius deprehendit. eram 8
cum prosocero meo, eram cum amita uxoris, eram cum amicis
diu desideratis, circumibam agellos, audiebam multum rusticarum
querellarum, rationes legebam invitus et cursim (aliis enim char-
tis, aliis sum litteris initiatus), coeperam etiam itineri me prae-

XIIII 2 Pontitio r 3 Secesseram MD *Beroaldus* a . ecesseram r Recesseram p 4 accipisse M viae] uitae a et primere M 5 gaudeo pr* et ipsius et meo nomine licet ab omni M 6 quod sit licet a quod scilicet Dpς quod. s. r quod *Catanaeus* 7 ei] et M esse honor a ultra r 8 magisque delectat r 9 dignitatem pr 10 quid autem r 11 in *om.* a exemplum M 13 sed] et Dp 14 diligimus] diligamus p in *om.* a 17 potitus r 18 aerarii fuit fuit et Ma aerarii (aerari D) fuit et Dpr tum ego Dpra cum eo M 19 inspexi Dpra inspexeram M 20 ut parentem uererer quod Dpra aut parentem uerererque quod M 21 merebamur M mihi] mi M 22 quod *om.* pr 24 gaudeo r praeuertor Ma praeuertam (t) Dpr 26 eram *postremo loco om.* rς 28 querelarum rusticarum p cursim rςa cursum *corr.* cursim M causis Dp aliis enim chartis Mrςa malis enim chartis Dp 29 aliis *om.* Dpr* etiam in itineri M

9 parare. nam includor angustiis commeatus eoque ipso, quod delegatum Cornuto audio officium, mei admoneor. cupio te quoque sub idem tempus Campania tua remittat, ne quis, cum in urbem rediero, contubernio nostro dies pereat. vale.

XV. [X.]

C. PLINIUS ARRIO ANTONINO SUO S.

1 Cum versus tuos aemulor, tum maxime quam sint boni experior. ut enim pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor et decido.
2 quo magis hortor ut quam plurima proferas quae imitari omnes concupiscant, nemo aut paucissimi possint. vale.

XVI.

C. PLINIUS MARCELLINO SUO S.

1 Tristissimus haec tibi scribo Fundani nostri filia minore defuncta. qua puella nihil umquam festivius, amabilius nec
2 modo longiore vita, sed prope immortalitate dignius vidi. nondum annos quattuordecim impleverat, et iam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat, et tamen suavitas puellaris cum
3 virginali verecundia. ut illa patris cervicibus inhaerebat! ut nos amicos paternos et amanter et modeste complectebatur! ut nutrices, ut paedagogos, ut praeceptores pro suo quemque officio diligebat! quam studiose, quam intellegenter lectitabat! ut parce custoditeque ludebat! qua illa temperantia, qua patientia, qua
4 etiam constantia novissimam valetudinem tulit! medicis obsequebatur, sororem, patrem adhortabatur ipsamque se destitutam
5 corporis viribus vigore animi sustinebat. duravit hic illi usque ad extremum nec aut spatio valetudinis aut metu mortis infra-

---

2 quoque] quom p 3 ne quisquam cum **M**
XV 6 ARRIO *om.* **MDpra**: *'legitur autem haec epistola in ms. Mediceo post XV', i. e. XIV huius editionis, 'quo loco eum et Riccardiani index sistit, qui praeterea ad* Arrium Antoninum *scriptam esse dicit'* 9 nisi impeius **M** ab] ob **Dr** archetepo **D** labor et decido **rς** laboro et decido **MDp** labore decido **a** 11 aut] autem **r** vale *om.* **M**

XVI 14 Tristulimus haec **p** filia minore **Da** filiā more **M** filia minor **pr** filia minor est *vulgo* 15 qua] qui **r** nec] enim **r** 16 longiori **D** prope immortalitate **a** prope ima mortalitate **M** paene immortalitate **Dpr** 17 anno XIIII **M** impleuerat **Ma** expleuerat **Dpr** anilis **Mrςa** talis **Dp** 18 motronalis **D** 19 illa *om.* **rς** 20 complectabatur **D** 21 ut paedagogos **MDp** et pedagogos **rςa** 22 ut parce custoditeque ludebat *om.* **M** 23 laudebat **D** qua patientia *om.* **Dpr** 25 *patrem* **Ma** partim **Dpr** 26 corporis sui uiribus **a**

ctus est, quo plures gravioresque nobis causas relinqueret et
desiderii et doloris. o triste plane acerbumque funus! o morte 6
ipsa mortis tempus indignius! iam destinata erat egregio iuveni,
iam electus nuptiarum dies, iam nos vocati. quod gaudium quo 7
maerore mutatum est! non possum exprimere verbis, quantum
animo vulnus acceperim, cum audivi Fundanum ipsum, ut multa
luctuosa dolor invenit, praecipientem, quod in vestes margarita
gemmas fuerat erogaturus, hoc in tus et unguenta et odores
inpenderetur. est quidem ille eruditus et sapiens, ut qui se ab 8
ineunte aetate altioribus studiis artibusque dediderit; sed nunc
omnia quae audiit saepe, quae dixit aspernatur expulsisque vir-
tutibus aliis pietatis est totus. ignosces, laudabis etiam, si 9
cogitaveris quid amiserit. amisit enim filiam quae non minus
mores eius quam os vultumque referebat totumque patrem mira
similitudine exscripserat. proinde siquas ad eum de dolore tam 10
iusto litteras mittes, memento adhibere solacium, non quasi
castigatorium et nimis forte, sed molle et humanum. quod ut
facilius admittat multum faciet medii temporis spatium. ut 11
enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde
patitur atque ultro requirit, sic recens animi dolor consolationes
reicit ac refugit, mox desiderat et clementer admotis adquiescit.
vale.

XVII.

C. PLINIUS SPURINNAE SUO S.

Scio quanto opere bonis artibus faveas, quantum gaudium 1
capias, si nobiles iuvenes dignum aliquid maioribus suis faciant:

---

1 causas nobis **pr** 2 desideri **D** o morte **M** morte (*om.* o) **Dpra** 3 erat *om.* **p** 4 iam electus nuptiarum dies *om.* **M** nos aduocati **pr** 5 merorem **D** 6 audii **D** fundanum **Mrςa** fundanium **Dp** ipsum *om.* **Dpr** 7 margarita **M** margaritas **Dpra** 8 in tus et unguenta **M** in tura et unguenta **a** in tura et in unguenta **Dpr** 9 se in abeunte **r** 10 abtioribus **D** artibusque **Mrςa** altiusque **Dp** 11 quae audiit saepe quae dixit **M** quae audiit saepeque dixit **a** quae audiit querit saepe quae dixit **rς** quaerit saepe quae dixit **Dp** uirtutibus aliis **M** *Beroaldus* **a** uirtutibus et aliis **r** uirtutibus et talis **Dp** 12 pietatis est totus ignosces **Mrςa** pietas est cui signos **Dp** pietatis est totus et talis est pietas cui ignoscas *Catanaeus* laudabis] laudaueris **ς** 13 amiserit] amisit **p** 14 mores eius **Mςa** mores oris eius **r** formam oris eius **Dp** reuerebat **D** 15 exscribserat **M** de dolore tam iusto litteras **Ma** de dore tan ius litteras **D** de dolore litteras **pr** 16 adhibere **Mrςa** habere **Dp** solatium **M** 17 castigatorium **M** castigaturum **Dpr** castigatorum **a** 18 faciet **Mra** fauet **Dpς** medi **D** 20 adque **M** sic] si **M** conso- reicit lationes ac **M** 21 clementer **MDa** uehementer **pr** ad mortis **D**
XVII 25 quanto opere **MDa** *Riccardianus in indice* quantopere **pr** gaudii **pς**

quo festinantius nuntio tibi fuisse me hodie in auditorio Cal-
2 purni Pisonis. recitabat καταστερισμῶν eruditam sane luculen-
tamque materiam. scripta elegis erat fluentibus et teneris et
enodibus, sublimibus etiam, ut poposcit locus. apte enim et
varie nunc attollebatur, nunc residebat: excelsa depressis, exilia
3 plenis, severis iucunda mutabat, omnia ingenio pari. commen-
dabat haec voce suavissima, vocem verecundia: multum sangui-
nis, multum sollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis.
etenim nescio quo pacto magis in studiis homines timor quam
4 fiducia decet. ne plura, quamquam libet plura, quo sunt pul-
chriora de iuvene, rariora de nobili: recitatione finita multum
ac diu exosculatus adulescentem, qui est acerrimus stimulus mo-
nendi, laudibus incitavi, pergeret qua coepisset lumenque, quod
5 sibi maiores sui praetulissent, posteris ipse praeferret. gratu-
latus sum optimae matri, gratulatus et fratri, qui ex auditorio
illo non minorem pietatis gloriam quam ille alter eloquentiae
tulit: tam notabiliter pro fratre recitante primum metus eius,
6 mox gaudium eminuit. di faciant ut talia tibi saepius nuntiem!
faveo enim saeculo, ne sit sterile et effetum, mireque cupio ne
nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum nisi imagines
habeant, quae nunc mihi hos adulescentes tacite laudare ad-
hortari, et quod amborum gloriae satis magnum est, agnoscere
videntur. vale.

---

1 nuntios **M** aditorio **r** adiutorio **D** 2 ΚΑΤΑϹΤЄΡΙϹΜѠΝ **Ma** tactae pigmon **D** tacte pingmon **p** apte πειvίον *Pomponius Laetus* ερωτοπαιγνιον *Catanaeus*, *om.* **r** 3 scripta elegis erat **D** *Catanaeus* scriptae (scripte **r**) legis erat **pra** scripta leges erant **M** fluentibus et teneris **Ma** fluentibus it tineris **D** fluentibus teneris **pr** 4 sublimibus etiam uerbis ut ς poposcit locus **Ma** poscit locus **r**ς poscit loco **Dp** apte **Ma** alte **Dp** alto **r** altae ς 5 uarie sententie (uariae sententiae ς) nunc attollebantur nunc residebant **r**ς 7 uocem uerecundia **Ma** uoce uerecundia **D** uoce uerecunda **pr** 8 magna ortam ornamenta *deleto v.* ortam **M** recitatis **D** recitantitis **p** 9 timore **D** 10 docet **D** sunt] sum **D** pulchriora de iuuene rariora de nobili (de nob' **M**) recitatione finita **Ma** pulchriora de iuueneratione de nobili recitatione fine fini de iuuene ratiora de nobile recitatione finita **D** pulchriora de ui ueneratiore de nobili recitatione fine fini finita **p** pulchriora de ueneratione rariora de iuuene nobile recitatione fiuita **r** pulchriora de iuuene nobili rariora de nobis recitatione finita ς 12 monendis **M** 13 quod sui maiores praetulissent **r**ς 14 ipse **M** ipsis *vulgo*, *om.* **Dpra** 15 fratris **D** ex auditorio **Mra** in auditorio **p**ς auditorio **D** 17 tulit **Ma** rettulit **D** retulit **pr** iam nobiliter **a** 18 di **D** dii **Mpra**
t
ut alia **M** 19 sterile et effetum **M** sterile et effoetum **a** sterile et effectum **D** sterile effetum ς 21 tacite **pra** tacitae **D** tacitos **M** 22 agnoscere **Mra** adcognoscere **D** id cognoscere **p** cognoscere ς

XVIII.

C. PLINIUS CALPURNIO MACRO SUO S.

Bene est mihi, quia tibi bene est. habes uxorem tecum, 1 habes filium; frueris mari, fontibus, viridibus, agro, villa amoenissima. neque enim dubito esse amoenissimam, in qua se conposuerat homo felicior, ante quam felicissimus fieret. ego 2 in Tuscis et venor et studeo, quae interdum alternis, interdum simul facio; nec tamen adhuc possum pronuntiare, utrum sit difficilius capere aliquid an scribere. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

Video quam molliter tuos habeas, quo simplicius tibi con- 1 fitebor qua indulgentia meos tractem. est mihi semper in ani- 2 mo et Homericum illud πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν et hoc nostrum 'pater familiae'. quod si essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zosimi, cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto nunc illa magis eget. homo probus officiosus litteratus; et ars quidem eius et quasi 3 inscriptio comoedus, in qua plurimum facit. nam pronuntiat acriter, sapienter, apte, decenter etiam; utitur et cithara perite, ultra quam comoedo necesse est. idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur. haec tibi sedulo exposui, quo magis scires quam multa 4 unus mihi et quam iucunda ministeria praestaret. accedit longa iam caritas hominis, quam ipsa pericula auxerunt. est enim 5

XVIII 2 Calpurnio Macro *Riccardianus in indice* MACRO Dpϛa Marco r SPURINNAE M 4 frontibus M uiridibus Ma uiribus D auribus p ruribus rϛ 5 neque — amoenissimam *om.* M 7 quae interdum alternis interdum simul M quae interdum alternis et interdum simul a quae interdum simul Dpr 8 adhuc] et huc M

XVIIII 12 quo] quos r confitebor tibi rϛ 14 et *priore loco om.* Dpϛ: *Homer. Odyss.* B *47. 234* πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν et hoc Dϛa ΠΑΤΗΡΡѠϹΙΠΙΟϹΗΕΝΕΤ hoc M et hoc *graecis in lacuna omissis* pr nostrum] numermm r 15 familias a dubior D 17 quanto nunc (nunc *om.* a) illa magis eget homo Ma quanto nunc utilior humanitas iam agisse (agi se p) et homo Dp quanto nunc minor uendibilitas iam agitur. Est homo r quanto nunc maior uenit debilitas aegrotanti. est homo *Catanaeus* quanto nunc utilior humanitas aegrotanti. est homo *Sichardus* 18 probus et officiosus (et *add.* ϛ) litteratus prϛ 19 inscriptio comoedus MDϛa inscriptor comoedus p inscriptio in comedus r 20 et *om.* pr 21 comoedo] cōmede D commode orationes ϛa comode orationes r comode orationis D commode et orationes p commode rationes M 24 praestarent D accedit MDpϛ accedat r accedit huc a 25 est enim ita natura Mr est enim a natura a est enim natura Dpϛ

ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat quam carendi metus, quem ego pro hoc non semel patior.
6 nam ante aliquot annos, dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper; deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tus-
7 sicula admonitus rursus sanguinem reddidit. qua ex causa destinavi eum mittere in praedia tua, quae Foro Iuli possides. audivi enim te saepe referentem esse ibi et aëra salubrem et
8 lac eius modi curationibus accommodatissimum. rogo ergo scribas tuis ut illi villa, ut domus pateat, offerant etiam sumptibus
9 eius, siquid opus erit; erit autem opus modico. est enim tam parcus et continens, ut non solum delicias verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. ego proficiscenti tantum viatici dabo, quantum sufficiat eunti in tua. vale.

XX.

C. PLINIUS URSO SUO S.

1 Iterum Bithyni: breve tempus a Iulio Basso, et Rufum Varenum proconsulem detulerunt, Varenum, quem nuper ad-
2 versus Bassum advocatum et postularant et acceperant. inducti in senatum inquisitionem postulaverunt. Varenus petiit ut sibi quoque defensionis causa evocare testes liceret: recusantibus Bithynis cognitio suscepta est. egi pro Vareno non sine eventu:

---

2 patior] facio **p** 3 nam] non **D** aliquod **M** pronuntiaret **rς** 4 reiicit **r** adque **M** 5 rediit **Mrςa** redit **Dp** 6 continuos **pra** cotinuos **D** cotidianos **M** nimis *om.* **Dpr** imperat' uoci **D** imperatus uoci **p** 7 admonitus **Ma** admonetur **Dpς** admouetur **r** rursus sanguinem reddidit **Mrςa** ausus sanguinem reddit **Dp** 8 possides] possised **M** 9 audi **D** esse ibi et aera **MDa** esse tibi aera **p** esse ibi aerem **rς** salubrem et in huius modi **a** 10 accommoditatissimum **M** accommodissimum **D** 11 ut domus **MDa** ut illi domus **p** illi domus **rς** 12 si quod **Dpς** autem] enim **r** tam *om.* **pr** 14 frugalitatem **Dr** 15 sufficiat eunti **M** sufficit et eunti **Dpr** sufficit eunti **a**

XX 18 Iterum bithyni breue tempus **Dpra** Fieret in bytheni breui tempus **M** Iterum Bythini post breue tempus *Catanaeus*: Feriati Bithyni breue tempus; a Iulio Basso Rufum *Mommsenus* et] etiam *Catanaeus* rufium **Dpa** 19 proconsulem detulerunt **rςa** proconsule tetulerunt **M** quem proconsulem detulerunt **p** quem proconsulem detulerunt proconsulem detulerunt **D** nuper *om.* **Dpr** 20 advocatum *om.* **p** 21 postulauerunt tum uarenus **Dpr** petit **MDpra** 22 quoque **Drςa** undique **M** quom **p**: *cf. VI 29, 11* causa euocare **Mςa** causae uocare **p** cause uocare **D** causa uocare **r** 23 egi pro **Mrς** egi ego pro **a** ei pro **Dp** *non sine* **Mrςa** non nisi **Dp** euento (v above) **M**

nam bene an male, liber indicabit. in actionibus enim utram- 3
que in partem fortuna dominatur: multum commendationis et
detrahit et adfert memoria, vox, gestus, tempus ipsum, postremo
vel amor vel odium rei: liber offensis, liber gratia, liber et se-
cundis casibus et adversis caret. respondit mihi Fonteius Magnus, 4
unus ex Bithynis, plurimis verbis, paucissimis rebus. est ple-
risque Graecorum, ut illi, pro copia volubilitas: tam longas tam-
que frigidas periodos uno spiritu quasi torrente contorquent.
itaque Iulius Candidus non invenuste solet dicere aliud esse 5
eloquentiam, aliud loquentiam. nam eloquentia vix uni aut
alteri, immo, si M. Antonio credimus, nemini, haec vero
quam Candidus loquentiam appellat multis atque etiam inpuden-
tissimo cuique maxime contingit. postero die dixit pro Vareno 6
Homullus callide acriter culte, contra Nigrinus presse graviter
ornate. censuit Acilius Rufus, consul designatus, inquisitionem
Bithynis dandam; postulationem Vareni silentio praeteriit. haec
forma negandi fuit. Cornelius Priscus consularis et accusatori- 7
bus quae petebant et reo tribuit vicitque numero. impetravi-
mus rem nec lege conprehensam nec satis usitatam, iustam
tamen. quare iustam, non sum epistula exsecuturus, ut desi- 8
deres actionem. nam si verum est Homericum illud,

τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείους' ἄνθρωποι,
ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

---

1 indicabit rς indicabit Mpa indicauit D 3 detrahit Dpra deicit M 4 amor Mςa amorem Dpr liber et secundis casibus Ma et liber secundis casibus rς et liber et (et *om.* p) secundis gratia casibus Dp 5 respondit Mςa et respondit Dpr Fonteius Magius ς 6 plurimis Mςa pluribus Dpr paucissimis] suacissimis D sanctissimis p est — uolubilitas Ma est plerisque Graecorum ut cito copia uolubilitas r est plerisque graecorum ut citro (cito p) copia uolubilis Dp mos est plerisque Graecorum, ut sit illis pro copia uolubilitas ς 8 frigidas Mrς rigidas Dpa perihodos M contorquent] torquente M 9 aliud loquentiam nam eloquentia *om.* M 10 uni aut alteri immo si Marco Antonio credimus a uni aut alteri notā immo notam si m. antonino credimus M unis aut alteri iam nō simus antoni credamus D uni aut alteri iam non sumus antonii (ut *add.* ς) credamus pr: *cf. Cic. de or. I 21, 94. orat. 5, 18* 12 multum a adque M 13 contingit Dpra contigit M 14 homullus MDςa homulus p homilius r callide ςa callidie r calide M calde Dp presse] prae se p 16 praeteriit Mςa praeterit Dpr 17 Cornelius Priscus consularis et accusatoribus a cornelius sertorius consularis accusatoribus M cornelius priscus actoribus Dpr 18 vicitque] nec cuique M impetrauimus pra imperauimus D impetraueram M 19 rem nec lege a rem lege M rem negleget D rem negligenter pr usitatam Ma suis tantum Dpr subsistentem *Beroaldus* 20 sum] summa D 21 Homericum] *Odyss.* A *351* 22 τὴν — ἀμφιπέληται a ΤΗΝ ΓΑΡ ΑΟΙΑΗΔΙΖΑΜΩΝ ΕΠΙΚΛΕΙΟΥΟΛΝΘΡΩΠΟΥCΛΤΗΛΜΦΙΠΕΝΙΤΛΙ M, *in lacuna om.* Dpr τω ουτι χρη μυθον οφελλειν (*Il.* Π *631*) *Catanaeus* 23 ἥ τις] ἥπερ a

providendum est mihi ne gratiam novitatis et florem, quae oratiunculam illam vel maxime commendat, epistulae loquacitate praecerpam. vale.

XXI. [VIIII.]

C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

1 Varie me adfecerunt litterae tuae. nam partim laeta par-
tim tristia continebant: laeta, quod te in urbe teneri nuntia-
bant; 'nollem' inquis, sed ego volo: praeterea quod recitaturum
statim ut venissem pollicebantur; ago gratias, quod expector.
2 triste illud, quod Iulius Valens graviter iacet: quamquam ne
hoc quidem triste, si illius utilitatibus aestimetur, cuius interest
3 quam maturissime inexplicabili morbo liberari. illud plane non
triste solum verum etiam luctuosum, quod Iulius Avitus deces-
sit, dum ex quaestura redit, decessit in nave, procul a fratre
4 amantissimo, procul a matre, a sororibus. nihil ista ad mor-
tuum pertinent, sed pertinuerunt, cum moreretur, pertinent ad
hos qui supersunt. iam quod in flore primo tantae indolis iuve-
nis extinctus est, summa consecuturus, si virtutes eius matu-
5 ruissent! quo ille studiorum amore flagrabat! quantum legit,
quantum etiam scripsit! quae nunc omnia cum ipso sine fructu
6 posteritatis abierunt. sed quid ego indulgeo dolori? cui si fre-
nos remittas, nulla materia non maxima est. finem epistulae
faciam: ut facere possim etiam lacrimis, quas epistula expres-
sit! vale.

---

1 prouiden:lum a prodendum **M** a te prouidendum **Dpr** apud te providendum *Catanaeus* florem illum quae p quae] quē **D** 2 illam] meam a commendat **Ma** commendant **Dpr** 3 praecerpam **Ma** praeteream **Dp** praeterea r perdam ς

XXI *'Hanc epistolam ad finem libri reiicit Mediceus. etiam in Riccardiani indice ultimo loco ponitur'.* 6 partim lata r, *om.* **D** 7 laeta *posteriore loco om.* r 8 mollem **Mr** praeterea] popterea *Catanaeus* quod] quidem r 10 Iulius] siluius **M** 11 illius] Iulius p cuius interest **M**ςa, *om.* **Dpr** 13 auitus decessit decessit dum **M**, *sed* decessit *priore loco in fine paginae scripto et deleto* 14 decessit antem in naui a in naue **M** in nauē **D** in nauem p in naui rς 17 iam quod **MDp**ς iam quidem ra 18 est *om.* rς summa — maturuissent **Dpra** maxima consecutus amabam uirtutes eius maturitatemque **M** 19 quo] quod **Dp** flagrabit **M** 21 abierunt **Ma** adierunt **D** aruerunt pr *et 'membranae' Modii novant. lect. 122 Grut. lamp. V p. 312* cui] qui **Dr** 23 expressit epistola **Dpr**

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBER SEXTUS.

(a. 106. 107)

I.

C. PLINIUS TIRONI SUO S.

Quam diu ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requi- 1
rebam; postquam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, multo ma-
gis, seu quod ipsa loca in quibus esse una solemus acrius me
tui commonent, seu quod desiderium absentium nihil perinde
ac vicinitas acuit, quoque propius accesseris ad spem fruendi,
hoc impatientius careas. quidquid in causa, eripe me huic tor- 2
mento: veni, aut ego illuc unde inconsulte properavi revertar
vel ob hoc solum, ut experiar an mihi, cum sine me Romae
coeperis esse, similes his epistulas mittas. vale.

II.

C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

Soleo non numquam in iudiciis quaerere M. Regulum: nolo 1
enim dicere desiderare. cur ergo quaero? habebat studiis 2

---

1 EPISTULARŪ EXPLICIT. LIB. V. INCIPIT LIBER VI **M** C. PLINII . SECŪDI . NOVOCOMĒSIS . EPISTOLARVM . LIBER . QUĪTUS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER SEXTUS . **D** Liber Sextus Epistolarum Plinii Incipit **p** C. Plinii secundi liber Quintus explicit. Incipit Sextus lege feliciter **r** C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS **a**

I 9 seu quod ipsa **Ma** ex quo ipsa **Dpς** quam ipsa **r** me tui commonent **Mςa** me tui commouerit **r** metus commouent **Dp** mentem commonent *Sichardus* 10 nihil] mihi **M** proinde **r** 11 accesserit **D** fouendi **M** 12 careas **Ma** capias **D** cupias **pr** 13 unde inconsulte **Ma** unde consulte **Dp** unde consulto **rς**

II 18 in iudicis **D** M̄ regulum **Mrς** Marcum Regulum **a** meum regulum **Dp** 19 ergo] ego **r**

honorem, timebat, pallebat, scribebat, quamvis non posset
ediscere. illud ipsum, quod oculum modo dextrum modo si-
nistrum circumlinebat, dextrum, si a petitore, alterum, si a
possessore esset acturus, quod candidum splenium in hoc aut
in illud supercilium transferebat, quod semper haruspices con-
sulebat de actionis eventu, a nimia superstitione, sed tamen et
3 a magno studiorum honore veniebat. iam illa perquam iucunda
una dicentibus, quod libera tempora petebat, quod audituros
corrogabat. quid enim iucundius, quam sub alterius invidia quam
diu velis et in alieno auditorio quasi deprehensum commode
4 dicere? sed utcumque se habent ista, bene fecit Regulus quod
est mortuus; melius, si ante. nunc enim sane poterat sine
malo publico vivere sub eo principe, sub quo nocere non po-
5 terat. ideo fas est non numquam eum quaerere. nam postquam
obiit ille, increbruit passim et invaluit consuetudo binas vel
singulas clepsydras, interdum etiam dimidias, et dandi et pe-
tendi. nam et qui dicunt egisse malunt quam agere et qui au-
diunt finire quam iudicare. tanta neglegentia, tanta desidia,
6 tanta denique inreverentia studiorum periculorumque est. an
nos sapientiores maioribus nostris, nos legibus ipsis iustiores,
quae tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur?
hebetes illi et supra modum tardi, nos apertius dicimus, celerius
intellegimus, religiosius iudicamus, quia paucioribus clepsydris
7 praecipitamus causas, quam diebus explicari solebant? o Regule,
qui ambitione ab omnibus obtinebas quod fidei paucissimi prae-
stant! equidem quotiens iudico, quod vel saepius facio, quam
8 dico, quantum quis plurimum postulat aquae do. etenim teme-

---

1 posset ediscere **Dpr** posse te discere **M** posset dediscere *Catanaeus* **a** *quod vulgo receptum et cum sequentibus* illud ipsum *etc. coniunctum est* 3 si *posteriore loco om.* **r** 4 spenium **p** aut in illud **M** aut illud **Dpra** 5 transferebat **Mrςa** transferebam **D** transferebas **p** aruspices **M** 6 actiones **M** animi^{a} superstitione **M** animi superstitione **Dpra** anili superstitione *Casaubonus* et a magno **Ma** et magno **Dpr** ex magno *Catanaeus* 7 iam **Mrςa** tam **Dp** perquam] quam **r** 8 quod *posteriore loco om.* **p** 9 quid enim **Ma** quid enimque **D** quid denique **pr** quam sub alterius invidia *om.* **D** 11 sed ntrumque **pr*** habet **p** 13 vivere] dicere **D** 14 ideoque fas **rς** 15 obiit ille **Ma** obiit illa **r** abiit illa **Dpς** 16 chlepsydras **M** clepsybras **D** clipsyderas **r** etiam **MD** et **pra** 17 nam et qui **MDςa** nam qui **pr** mallunt **M** 18 tiniri **rς** tanta neglegentia desidia **Dp** 19 est *om.* **D** 21 quae tot horas quae tot dies **a** tot perendinationes **p** 22 illi et et supra modum tardius nos **r** 23 quia] qui **Dp** chlepsydris **M** clepsideris **r** clepsydra **Dp** 24 praecitamus **D** quam diebus **MDςa** quae diebus **pr** o regulus **Dp** 25 qui iam ambitione **a** optinebas **M** fidem **Dp** 26 iudicio **D** 27 *quantum* — existimo **Ma** quantum qui plurimum postulat atque docet

rarium existimo divinare, quam spatiosa sit causa inaudita, tem-
pusque negotio finire, cuius modum ignores, praesertim cum
primam religioni suae iudex patientiam debeat, quae pars magna
iustitiae est. at quaedam supervacua dicuntur. etiam: sed sa-
tius est et haec dici, quam non dici necessaria. praeterea an 9
sint supervacua, nisi cum audieris, scire non possis. sed de
his melius coram, ut de pluribus vitiis civitatis. nam tu quo-
que amore communium soles emendari cupere quae iam cor-
rigere difficile est. nunc respiciamus domos nostras. ecquid 10
omnia in tua recte? in mea novi nihil. mihi autem et gratiora
sunt bona, quod perseverant, et leviora incommoda, quod ad-
suevi. vale.

III.

C. PLINIUS VERO SUO S.

Gratias ago, quod agellum quem nutrici meae donaveram 1
colendum suscepisti. erat, cum donarem, centum milium num-
mum; postea decrescente reditu etiam pretium minuit, quod
nunc te curante reparabit. tu modo memineris commendari tibi 2
a me non arbores et terram, quamquam haec quoque, sed mu-
nusculum meum; quod esse quam fructuosissimum non illius ma-
gis interest, quae accepit, quam mea, qui dedi. vale.

IIII.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

Numquam sum magis de occupationibus meis questus, quae 1
me non sunt passae aut proficiscentem te valetudinis causa in
Campaniam prosequi aut profectam e vestigio subsequi. nunc 2
enim praecipue simul esse cupiebam, ut oculis meis crederem,
quid viribus, quid corpusculo adparares, ecquid denique seces-

---

enim temerarium existimo **D** quam tu qui plurimum postulat atque docet temerarium enim existimo **p** quantum quis plurimum temporis postulat tantum do ei qui docet temerarium enim existimo **r**ς 3 primum *Sichardus* religioni **Ma** religionis **Dpr** 4 iustitia est **M** sed satius est et **MD**ς**a** sed et satius est et **p** sed satius et **r** 7 quoque] quom **p** 8 amore communium **MDpa** amor communium ciuiũ **r** amore communium ciuium ς amore communi *Sichardus* in more communi *Casaubonus* amore communi omnium *Mommsenus* emendare **p** 9 domos nostras **MDa** nostras **p** nostra **r**ς et quid **Dpr** 10 in tuis recte in meis **r**ς autem gratiora **p** 11 quod adsueui **M**ς**a** sed adsueui **Dpr**

III 15 nutrice **M** 16 suscepi **D** erat **MDa** et erat **pr** cum darem **D** 17 reditum **r** pretium] pretiam **M** 18 reparabat **D**

IIII 25 ualitudinis **M** 26 campania **D** profecta **D** 28 adparares **M** adpareres **a** adquireres **Dp**ς acquires **r** ecquid **M** ecqui **D** et qui **pra**

sus volúptates regionisque abundantiam inoffensa transmitteres.
3 equidem etiam fortem te non sine cura desiderarem: est enim
suspensum et anxium de eo quem ardentissime diligas interdum
4 nihil scire: nunc vero me cum absentiae tum infirmitatis tuae
ratio incerta et varia sollicitudine exterret. vereor omnia, imaginor omnia, quaeque natura metuentium est, ea maxime mihi
5 quae maxime abominor fingo. quo inpensius rogo ut timori
meo cotidie singulis vel etiam binis epistulis consulas. ero enim securior, dum lego, statimque timebo, cum legero. vale.

V.

C. PLINIUS URSO SUO S.

1 Scripseram tenuisse Varenum ut sibi evocare testes liceret; quod pluribus aequum, quibusdam iniquum et quidem pertinaciter visum, maxime Licinio Nepoti, qui sequenti senatu, cum de rebus aliis referretur, de proximo senatus consulto disseruit
2 finitamque causam retractavit. addidit etiam petendum a consulibus ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adici ut, sicut accusatoribus inquirendi testibusque denuntiandi potestas ex ea
3 lege esset, ita reis quoque fieret. fuerunt quibus haec eius oratio ut sera et intempestiva et praepostera displiceret, quae omisso contra dicendi tempore castigaret peractum cui potuisset
4 occurrere. Iuventius quidem Celsus praetor tamquam emendatorem senatus et multis et vehementer increpuit. respondit
5 Nepos rursusque Celsus: neuter contumeliis temperavit. nolo referre quae dici ab ipsis moleste tuli. quo magis quosdam e numero nostro inprobavi, qui modo ad Celsum modo ad Nepotem, prout hic vel ille diceret, cupiditate audiendi cursitabant, et nunc quasi stimularent et accenderent, nunc quasi

---

1 uoluptatis M inoffensam r inoffensa ualetudine *Sickardus in marg.* 4 me cum Mrςa aequm D cum p 5 uariae D exterret] exercet *Marklandus epist. crit. p. 115* imaginor omnia M, *om.* Dpra 6 metuentum M 7 quae abominor pr fingor M 8 singulis quotidie pr consulis D 9 lego] legam pr

V 13 aequom M iniquom M et quidam p* et quod r* 15 refertur Dr 17 ambitum M 18 sicuti accusatoribus inquirendi ita reis testibusque r 19 testibus qui M 20 ita] ut p quoque] quom p 22 omisso] cōmissio r 23 Iuventius] Viventium p Iubentius *Catanaeus* emendator r 24 uehementis M increpuit] incre D 26 dici] diu r 27 nostro] isto M 28 cursitabant Mrςa cursitatem D cursitantem p cursitarent *Catanaeus*

reconciliarent ac recomponerent, frequentius singulis, ambobus interdum propitium Caesarem, ut in ludicro aliquo, precabantur.
mihi quidem illud etiam peracerbum fuit, quod sunt alter alteri 6
quid pararent indicati. nam et Celsus Nepoti ex libello respondit et Celso Nepos ex pugillaribus. tanta loquacitas amicorum, 7
ut homines iurgaturi id ipsum invicem scierint, tamquam convenisset. vale.

VI.

C. PLINIUS FUNDANO SUO S.

Siquando, nunc praecipue cuperem esse te Romae, et sis 1
rogo. opus est mihi voti laboris sollicitudinis socio. petit honores Iulius Naso, petit cum multis, cum bonis, quos ut gloriosum sic est difficile superare. pendeo ergo et exerceor spe, 2
adficior metu et me consularem esse non sentio: nam rursus mihi videor omnium quae decucurri candidatus. meretur hanc 3
curam longa mei caritate. est mihi cum illo non sane paterna amicitia (neque enim esse potuit per meam aetatem); solebat tamen vixdum adulescentulo mihi pater eius cum magna laude monstrari. erat non studiorum tantum verum etiam studiosorum amantissimus ac prope cotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianum, Niceten Sacerdotem ventitabat, vir alioqui clarus et gravis et qui prodesse filio memoria sui debeat.
sed multi nunc in senatu quibus ignotus ille, multi quibus no- 4
tus, sed non nisi viventes reverentur. quo magis huic omissa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia infirma, ipsi

---

1 reconciliarent ac re^c^omponerent M reconciliarent componerentque Dpra 2 interdum Mrςa indum D nidum p ludrico D precabantur Mpr peccabantur D precarentur a 3 quod] quidem p 4 quid] quod D 5 loquacitatis r 6 purgaturi M invicem] uicem r scierint Mrς scirent Dpa conuenisset Ma conuenissent Dpr

VI 9 FUNDANO Mpa FUNDANIO Drς 11 petit honores iulius naso petit cum multis Dpra petit naso cum multis M, *unde* petit Iulius Naso, petit cum multis *coniecit Cortius* 12 gloriosus D 13 exerceor spe afficior metu Dpra exerceor atque adficior metu M exerceor spe atque afficior metu *vulgo ex Catanaei editione secunda* 14 et me *om.* r non esse rς nam *om.* Dpr 15 decucurri Dςa decurri Mpr 16 longam ei caritatem Dp 17 potuit esse a 18 laudet nostrari M 19 monstrare Dp non studiosorum tantum uerum etiam studiorum a studiosorum] studio suorum D 20 tunc] nunc r 21 frequentabam Mςa frequentabat D frequentabar p frequentabatur r quintilianum niceten (Niceam r et Niceam ς) sacerdotem uentitabat Mrςa, *om.* Dp 22 clarus ac grauis pr debeat] dēat r 23 notus *om.* M 24 uiuentis D 25 ipsi enitendum ipsi elaborandum est Mrς ipsi enitendum et laborandum est a ipsi elaborandum est Dp

5 enitendum, ipsi elaborandum est. quod quidem semper, quasi
provideret hoc tempus, sedulo fecit: paravit amicos, quos para-
verat coluit, me certe, ut primum sibi iudicare permisit, ad
6 amorem imitationemque delegit. dicenti mihi sollicitus adsistit,
adsidet recitanti: primis etiam et cum maxime nascentibus
opusculis meis interest, nunc solus, ante cum fratre, cuius nu-
7 per amissi ego suscipere partes, ego vicem debeo inplere. doleo
enim et illum inmatura morte indignissime raptum et hunc
optimi fratris adiumento destitutum solisque amicis relictum.
8 quibus ex causis exigo ut venias et suffragio meo tuum iungas.
permultum interest mea te ostentare, tecum circumire. ea est
auctoritas tua, ut putem me efficacius tecum etiam meos amicos
9 rogaturum. abrumpe, siqua te retinent: hoc tempus meum,
hoc fides, hoc etiam dignitas postulat. suscepi candidatum, et
suscepisse me notum est: ego ambio, ego periclitor: in summa,
si datur Nasoni quod petit, illius honor; si negatur, mea re-
pulsa est. vale.

VII.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

1 Scribis te absentia mea non mediocriter adfici unumque
habere solacium, quod pro me libellos meos teneas, saepe etiam
2 in vestigio meo conloces. gratum est quod nos requiris, gra-
tum quod his fomentis adquiescis: invicem ego epistulas tuas
lectito atque identidem in manus quasi novas sumo; sed eo
3 magis ad desiderium tui accendor. nam cuius litterae tantum
habent suavitatis, huius sermonibus quantum dulcedinis inest!
tu tamen quam frequentissime scribe, licet hoc ita me delectet,
ut torqueat. vale.

---

2 praeuideret ς 3 sibi aetas iudicare a ad amorem imitationemque Mςa ad amorem rem imitationemque Dp amorem imitationemque r 4 sollicitus MD solicite pra 5 primis M primus Dpra et tum maxime r 6 oposculis M cum fratre Mrςa cum patre Dp 11 mea te ostentare Dpςa me adeos tentare M in ea re te ostentare r tecum circumirae est M et cum circuire ea est D et tum circuire ea est pra et mecum circuire. ea est *Sichardus* 12 me] ne Dp meos *om.* r 15 in summam M

VII 21 solatium M saepe etiam Mς saepe enim Dpra 22 gratum est quod nos requires gratum quod M gratum quod (*om.* gratum est quod nos requiris) Dpra gratum est quod nos requiris, quod *vulgo ex Catanaei editione secunda* 24 adque M eo] ego r 27 quam frequentissime M frequentissime Dpra me ita D

VIII.

C. PLINIUS PRISCO SUO S.

Atilium Crescentem et nosti et amas. quis enim illum 1
spectatior paulo aut non novit aut non amat? hunc ego non ut
multi, sed artissime diligo. oppida nostra unius diei itinere 2
dirimuntur: ipsi amare invicem, qui est flagrantissimus amor,
adulescentuli coepimus. mansit hic postea nec refrixit iudicio,
sed invaluit. sciunt qui alterutrum nostrum familiarius intuentur. nam et ille amicitiam meam latissima praedicatione circumfert, et ego prae me fero, quantae sit mihi curae modestia
quies securitas eius. quin etiam cum insolentiam cuiusdam tribuna- 3
tum plebis inituri vereretur idque indicasset mihi, respondi
οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος. quorsus haec? ut scias non posse Atilium
me incolumi iniuriam accipere. iterum dices 'quorsus haec?' 4
debuit ei pecuniam Valerius Varus: huius est heres Maximus
noster, quem et ipse amo, sed coniunctius tu. rogo ergo, 5
exigo etiam pro iure amicitiae, cures ut Atilio meo salva sit
non sors modo verum etiam usura plurium annorum. homo
est alieni abstinentissimus, sui diligens, nullis quaestibus sustinetur, nullus illi nisi ex frugalitate reditus. nam studia, qui- 6
bus plurimum praestat, ad voluptatem tantum et gloriam exercet. gravis est ei vel minima iactura, quia reparare quod amiseris gravius est. exime hunc illi, exime hunc mihi scrupu- 7
lum: sine me suavitate eius, sine leporibus perfrui. neque
enim possum tristem videre, cuius hilaritas me tristem esse non
patitur. in summa nosti facetias hominis, quas velim adten- 8
das ne in bilem et amaritudinem vertat iniuria. quam vim

VIII 3 Atilium **MD**ς**a** .ttilium **r** Ottilium **p** illum **M**ς**a** illō **Dpr** 5 ardentissime *coniecit Cortius* 6 ipse **D** qui est **Ma** cum est **Dpr** 7 adulescentuli *om.* **M** mansit hic postea nec (neque ς) refrixit **M**ς**a** mansit hic postea hic neque refrixit **r** mansit hic postea hic neque frixit **Dp** 9 latissime **a** 10 quantae **MDpr** quam **a** 12 uerentur **r** iudicasset **D** 13 οὔτις ἐμεῦ ζῶντος **D**ς ΟΥΤΙϹ ЄΜΟΙ ΡΩΟΝΤΟϹ **M** οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσῃ **a**, *in lacuna om.* **pr**: *Hom. Il.* A 88 Attilium **r** 16 et] ut **r** ergo] ego **r** 17 iure] tū rē **M** Attilio **r** 18 uerum etiam **MDr**ς sed etiam **pa** 19 nullis] nullum **p** 20 illi nisi *om.* **p** reditur **D** 21 uoluntatem **p** 22 gravis est ei **Ma** et grauis est ei **Dpr** quia reparare **Da** et quia reparare **pr** quam reparare **M** reparare (*om.* quia) *Mommsenus* quod amiseris **Ma** quod amiserit **Dpr** 23 grauius est **M**ς**a** grauius **Dpr** eximie *priore loco* **r** 25 tristem me **r** 26 facetias] facias **D** hominis] eius **p** quas nel inadtendas **M** 27 bilem aut amaritudinem **pr**

habeat offensus, crede ei quam in amore habet. non feret
9 magnum et liberum ingenium cum contumelia damnum. verum ut ferat ille, ego meum damnum, meam contumeliam iudicabo, sed non tamquam pro mea, hoc est gravius, irascar. quamquam quid denuntiationibus et quasi minis ago? quin potius, ut coeperam, rogo, oro des operam ne ille se, quod validissime vereor, a me, ego me neglectum a te putem. dabis autem, si hoc perinde curae est tibi, quam illud mihi. vale.

VIIII.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Commendas mihi Iulium Nasonem candidatum. Nasonem mihi? quid si me ipsum? fero tamen et ignosco. eundem enim commendassem tibi, si te Romae morante ipse afuissem. habet
2 hoc sollicitudo, quod omnia necessaria putat. tu tamen censeo alios roges; ego precum tuarum minister adiutor particeps ero. vale.

X. (a. 106)

C. PLINIUS ALBINO SUO S.

1 Cum venissem in socrus meae villam Alsiensem, quae aliquando Rufi Vergini fuit, ipse mihi locus optimi illius et maximi viri desiderium non sine dolore renovavit. hunc enim incolere secessum atque etiam senectutis suae nidulum vocare
2 consueverat. quocumque me contulissem, illum animus, illum oculi requirebant. libuit etiam monimentum eius videre, et
3 vidisse paenituit. est enim adhuc inperfectum, nec difficultas operis in causa modici ac potius exigui, sed inertia eius cui cura mandata est. subit indignatio cum miseratione, post decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem sine titulo, sine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria per-

---

1 ei quam **MD**a ei quem p eam quam rς non ferret p 2 cum contumelia damni **M** 3 uindicabo *vulgo* 6 ualidissime **D**pr ualdissime **M**a 7 neclectum **M** dabis autem **M**rςa dauit autem **D** stabit aut p si hoc perinde curae est **D**ςa si hoc perinde cura est **M** si haec perinde cura est pr

VIIII 12 quid **M**rςa quod **D**p 15 particeps *om.* p

X *Adscripta est discrepantia codicis Monacensis Emmerami 641* 18 *inscriptio epistulae omissa est in* r 19 Alliensem r aliquando **D**pra aliquandiu **M** *Monacensis* 20 Verginii pa Virginii rς 21 hanc *corr.* hunc *Monacensis* 22 incolere pςa incolore **D** in calore r colere **M** *Monacensis: cf. II 17, 29* 23 consuerat a 28 neclectumque **M** sine titulo *om.* **D**pr 29 tacere p memoria *om. Monacensis* peruagatur *r*

vagetur. at ille mandaverat caveratque ut divinum illud et in- 4
mortale factum versibus inscriberetur,

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi sed patriae.

tam rara in amicitiis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut 5
ipsi nobis debeamus etiam conditoria extruere omniaque heredum officia praesumere. nam cui non est verendum quod vi- 6
demus accidisse Verginio? cuius iniuriam ut indigniorem sic etiam notiorem ipsius claritas facit. vale.

XI.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

O diem laetum! adhibitus in consilium a praefecto urbis, 1
audivi ex diverso agentes summae spei, summae indolis iuvenes, Fuscum Salinatorem et Ummidium Quadratum, egregium par nec modo temporibus nostris sed litteris ipsis ornamento futurum. mira utrique probitas, constantia salva, decorus ha- 2
bitus, os latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium, iudicium aequale. quae singula mihi voluptati fuerunt atque inter haec illud, quod et ipsi me ut rectorem, ut magistrum intuebantur et iis qui audiebant me aemulari, meis instare vestigiis videbantur. o diem (repetam enim) laetum no- 3
tandumque mihi candidissimo calculo! quid enim aut publice laetius, quam clarissimos iuvenes nomen et famam ex studiis petere, aut mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quasi exemplar esse propositum? quod gaudium ut perpetuo capiam 4
deos oro: ab isdem teste te peto ut omnis qui me imitari tanti putabunt meliores esse quam me velint. vale.

---

1 at] ad M illud et immortale a illum et immortale M illud etiam immortale Dpr 6 etiam *om.* p 7 presumetur p non est] nomē D uideamus *Monacensis* 8 Virginio rς 9 ipsius] eius p

XI 13 audiui Mrς audii pa audi D agentis D 14 ummidium D uummidium M numidium p Vinidium r Numidium Vinidium ς Tummidium a 16 utrique Ma utriusque pr uteriusque D 17 latinum Ma lanum *corr.* planum D planum pr 18 fuerint Dp adquę M 19 quod et ipsi me ut Ma quod ipsum me ut Dς quod ipsum ut p quod ipsum quod ut r magistratum pr* 20 et his qui M et ii qui a et qui Dr etiam qui pς 21 reptam D notandum mihi a 24 aut] autem r me aut ad M tenentibus p 25 canam M 26 ab iisdem teste te peto Ma adisdem testes peto D ac eosdem testes peto pr

XII.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Tu vero non debes suspensa manu commendare mihi quos
tuendos putas. nam et te decet multis prodesse et me susci-
2 pere quidquid ad curam tuam pertinet. itaque Vettio Prisco
quantum plurimum potuero praestabo, praesertim in harena
3 mea, hoc est apud centumviros. epistularum quas mihi, ut
ais, aperto pectore scripsisti oblivisci me iubes: at ego nulla-
rum libentius memini. ex illis enim vel praecipue sentio,
quanto opere me diligas, cum sic exegeris mecum, ut solebas
4 cum tuo filio. nec dissimulo hoc mihi iucundiores eas fuisse,
quod habebam bonam causam, cum summo studio curassem
5 quod tu curari volebas. proinde etiam atque etiam rogo ut
mihi semper eadem simplicitate, quotiens cessare videbor (vide-
bor dico, numquam enim cessabo), convicium facias, quod et
ego intellegam a summo amore proficisci, et tu non meruisse
me gaudeas. vale.

XIII.

C. PLINIUS URSO SUO S.

1 Umquamne vidisti quemquam tam laboriosum et exercitum
quam Varenum meum? cui quod summa contentione impetra-
2 verat defendendum et quasi rursus petendum fuit. Bithyni se-
natus consultum apud consules carpere ac labefactare sunt ausi
atque etiam absenti principi criminari: ab illo ad senatum re-
missi non destiterunt. egit Claudius Capito inreverenter magis
quam constanter, ut qui senatus consultum apud senatum accu-
3 saret. respondit Catius Fronto graviter et firme. senatus ipse

---

XII 4 te *om.* Dp et me] ad me Dp 5 tuam curam rς bettio MD Bittio a Vectio rς Betticio p 6 potero rς 8 obliuisti M me *om.* p ad ego M 9 vel] quod r 10 sic aegeris ς 12 curassem] curasse D 13 etiam atque (adque M) etiam Ma etiam Dpr 14 cessare uideor a videbor dico M, *om.* Dpra 15 cessabo cessabo M

XIII 19 *Inscriptio epistulae omissa est in* p 20 Umquamne] .mquam r tam laboriosum et exercitum Ma tam laboriosum exercitum p laboriosum tam (*corr.* tam laboriosum) exercitium D tam laboriosum tam exercitum rς 21 quod] qui r 23 aput M ac] et a 24 absente principe *Pomponius Laetus* ab] ad D 25 egit Mςa tegit Dpr capite p magis] magna p 26 ut qui senatusconsultum apud senatum accusaret D *Beroaldus* a ut qui per senatusconsultum apud senatum accusaret pr ut qui senatum accusaret M ut qui ipsum senatusconsultum apud senatum accusaret *Sichardus* 27 catius fronto M fronto catius Dpra ipse] ipsi p

mirificus: nam illi quoque qui prius negarant Vareno quae pe-
tebat eadem danda, postquam erant data, censuerunt: singulos 4
enim integra re dissentire fas esse, peracta quod pluribus pla-
cuisset cunctis tuendum. Acilius tantum Rufus et cum eo 5
septem an octo, septem immo, in priore sententia persevera-
runt. erant in hac paucitate non nulli quorum temporaria gra-
vitas vel potius gravitatis imitatio ridebatur. tu tamen aestima, 6
quantum nos in ipsa pugna certaminis maneat, cuius quasi
praelusio atque praecursio has contentiones excitavit. vale.

XIIII.

C. PLINIUS MAURICO SUO S.

Sollicitas me in Formianum. veniam ea condicione, ne quid 1
contra commodum tuum facias; qua pactione invicem mihi ca-
veo. neque enim mare et litus, sed te, otium, libertatem se-
quor: alioqui satius est in urbe remanere. oportet enim omnia 2
aut ad alienum arbitrium aut ad suum facere: mei certe stomachi
haec natura est, ut nihil nisi totum et merum velit. vale.

XV.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

Mirificae rei non interfuisti: ne ego quidem; sed me recens 1
fabula excepit. Passennus Paulus, splendidus eques Romanus
et in primis eruditus, scribit elegos. gentilicium hoc illi: est
enim municeps Properti atque etiam inter maiores suos Proper-
tium numerat. is cum recitaret, ita coepit dicere, 'Prisce, 2
iubes'. ad hoc Iavolenus Priscus (aderat enim, ut Paulo ami-

---

1 quoque] quaeque p negarent pr* 3 esse] est r 4 tantum rufus Mra tantum: rusus D tamen rursus p tantum rursus ς 5 priori Dpr perseuerare Dp 6 erant *om.* Dpr temporaria Mpςa temporalia D temporalis r 8 quantum nos in ipsa pugna certaminis maneat Dpa quantum proelium quanta pugna certamini maneat M quantum nos in ipsa pugna prelii et certaminis maneat rς 9 adque M has] hac r

XIIII 11 *Inscriptio epistulae omissa est in* p 12 ea conditione Mrςa ex conditione Dp 13 pactine D peractione p 14 sed te otium libertatem Ma sed te otium et libertatem Drς sed otium et libertatem p *Sichardus et 'membranae' Modii novant. lect. 51 Grut. lamp. V p. 136*

XV 19 ROMANO MDra Voconio Romano ς: *inscriptio epistulae omissa est in* p 20 rei] re D non interfuisti ne ego quidem Ma interfuistine? ego quidem Dpr sed me recens fabula excepit Ma sed me recens (*om.* fabula excepit) Dpr sed moerens ς 21 Passennus *Hauptius Berichte d. saechs. Ges. d. Wiss. I (a. 1849) p. 263* passennius D passenius Mpa Passiennus rς 22 elegos centilicum D eligo scentilicum p 23 Propertii rςa adque M maiores] mares D 24 is *om.* D 25 iauolenus Dpa Iabolenus rς uolenus M

cissimus) 'ego vero non iubeo'. cogita qui risus hominum, qui
3 ioci. est omnino Priscus dubiae sanitatis, interest tamen offi-
ciis, adhibetur consiliis atque etiam ius civile publice respondet:
4 quo magis quod tunc fecit et ridiculum et notabile fuit. in-
terim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. tam
sollicite recitaturis providendum est non solum ut sint ipsi sani,
verum etiam ut sanos adhibeant. vale.

XVI.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Petis ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tra-
dere posteris possis. gratias ago: nam video morti eius, si ce-
2 lebretur a te, inmortalem gloriam esse propositam. quamvis
enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, me-
morabili casu quasi semper victurus occiderit, quamvis ipse
plurima opera et mansura condiderit, multum tamen perpetui-
3 tati eius scriptorum tuorum aeternitas addet. equidem beatos
puto quibus deorum munere datum est aut facere scribenda aut
scribere legenda, beatissimos vero quibus utrumque. horum in
numero avunculus meus et suis libris et tuis erit. quo libentius
4 suscipio, deposco etiam quod iniungis. erat Miseni classemque
imperio praesens regebat. nonum Kal. Septembres hora fere
septimá mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et
5 magnitudine et specie. usus ille sole, mox frigida, gustaverat
iacens studebatque: poscit soleas, ascendit locum ex quo maxime
miraculum illud conspici poterat. nubes, incertum procul in-
tuentibus ex quo monte (Vesuvium fuisse postea cognitum est),
oriebatur, cuius similitudinem et formam non alia magis arbor

---

1 qui ioci est omnino **MD** *Catanaeus* **a** quotiens omnino **p** qui ioci quotiens omnino **rς** 3 adhibetur **Mrςa** adhibebitur **D** adhibitis **p** conciliis **r** adque **M** 4 et ridiculum notabile **p** 5 alieno deleratio **M** 7 adhibebant **D**

XVI 9 *Inscriptio epistulae omissa est in* **p** 13 ut urbis *Casaubonus* 15 plurima opera et mansura condiderit multum tamen **Ma** plurima tamen **Dp** plurima scripserit tamen **rς** 19 meus est et suis **r** 21 nonum Kal. septembres hora fere septima **M** nonum Kal. hora fere septima **Dp** Nouember Calend' hora fere septima **r** Kl. nouembris hora fere septima **ς** nono Kal. sept. hora diei fere septima **a** a. d. VIIII Kalend. Septembres hora fere septima *G. H. Schaeferus* 22 inusitata **Dpra** inuisitatam **M** 23 et spē surgit illo ut esole solet mox frigida gustata iacens studebat usus ille sole mox frigida gustauerat iacens studebatque **r** et specie surgit ille ut e sole solebat frigida gustata iacens enim studebat **ς** frigidam gustauerat *Sichardus* 24 poscit **Ma** poposcit **Dpr** 25 nubes incertum **Mςa** *nubes* (*nube* **D**) et incertum **Dpr** 26 ueluuium **D**

quam pinus expresserit. nam longissimo velut trunco elata in 6
altum quibusdam ramis diffundebatur, credo, quia recenti spiritu evecta, dein senescente eo destituta aut etiam pondere suo victa in latitudinem vanescebat: candida interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremve sustulerat. magnum pro- 7
piusque noscendum, ut eruditissimo viro, visum. iubet liburnicam aptari: mihi, si venire una vellem, facit copiam: respondi studere me malle, et forte ipse quod scriberem dederat.
egrediebatur domo: accipit codicillos Rectinae †Tasci inminenti 8
periculo exterritae (nam villa eius subiacebat, nec ulla nisi navibus fuga): ut se tanto discrimini eriperet orabat. vertit ille 9
consilium et quod studioso animo inchoaverat obit maximo. deducit quadriremes, ascendit ipse non Rectinae modo sed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus auxilium. properat illuc unde alii fugiunt rectumque cursum, recta guber- 10
nacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnia illius mali motus, omnis figuras, ut deprenderat oculis, dictaret enotaretque. iam navibus cinis incidebat, quo propius accederent, cali- 11
dior et densior, iam pumices etiam nigrique et ambusti et fracti igne lapides, iam vadum subitum ruinaque montis litora obstan-

1 elata **Ma** flata **Dp** eflata **r** efflata ς · 2 quia **Mςa** quod **D** et **pr** 3 dein **MDrς** deinde **pa** · aut etiam **Mςa** ut etiam **Dpr** · 4 latitudinem **Mςa** altitudinem **Dpr** · euanescebat *Cortius* · 5 maculos **M** · 6 ut] id *Casaubonus* uisum est iubet **r** · 8 forte] soste **D** · 9 egreditur *Casaubonus* accepit **Dpr** rectine tasci (rectine casci **D** Rectinae Nasci **a**) imminenti periculo exterritę **MDa** retine irasci imminenti periculo exterire **p** Recine Itacesie imminente periculo exterritae **r** rectina imminente periculo exterrita ς. *corrupta librorum scriptura nomen mulieris indicari videtur. de uxore Caesii Bassi, quem ipsum ardente Vesuvio cum villa sua ustum esse tradit schol. Pers. sat. 6, 1, cogitavit Hermolaus Barbarus castigat. Plin. init., eumque secuti Gesnerus et Gierigius scripserunt* accepit codicillos Rectinae Bassi (Rectinae Caesii Bassi *Gierigius*) imminenti periculo exterritae (nam villa eius subiacebat — fuga) — orabat. *Catanaeus* Retinam *de nomine 'villae subiectae Miseno' accipiens edidit* accepit codicillos. Retinae classiarii imminente periculo exterriti (nam villa ea subicacebat — fuga) — orabant. *inde* accepit codicillos. Retinae classis imminenti periculo exterrita (nam uilla ei subiacebat — fuga) — orabat *coniecit Cortius.* accipit codicillos. Retina Caesii Bassi imminenti periculo exterriti, nam villa Vesuvio subiacebat, nec ulla nisi navibus fuga: — orabat *Iahnius in Pers. sat. 6. 1* ·
10 uillę eius **M** 11 discrimine *Catanaeus* **a** · uestit **D** non uertit ς · 12 inchoauerat **Mpr** incohaueret **D** inchoabat **a** · 13 quadariremes **M** · non rectinę modo **Mςa** non rectine modum **Dp** uero recina modo uetante **r** 14 orae] orat **Dp** laturus] laurus **M** · 15 unde alii fugiunt **Mςa** alii unde fugiunt **p** alium de fugiunt **D** unde alii confestim fugiunt **r** recta] rectaque **pr** · 16 solutos **r** · 17 deprenderat **Mr** deprehenderat **Dpςa** 18 cicinis **D** · incidebat **Ma** inciderat **Dpr** · accederent **a** accederet **Dpr** accenderent **M** · 19 punices **M** · nigrique ambusti **Dp** fracti] faucti **r**

tia. cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti 'fortes' inquit 'fortuna iuvat, Pomponianum
12 pete.' Stabiis erat, diremptus sinu medio (nam sensim circumactis curvatisque litoribus mare infunditur): ibi, quamquam nondum periculo adpropinquante, conspicuo tamen et cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naves certus fugae, si contrarius ventus resedisset. quo tunc avunculus meus secundissimo invectus conplectitur trepidantem, consolatur, hortatur, utque timorem eius sua securitate leniret, deferri in balineum iubet: lotus accubat, cenat aut hilaris aut, quod aeque magnum, similis
13 hilari. interim e Vesuvio monte pluribus in locis latissimae flammae altaque incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur. ille agrestium trepidatione ignes relictos desertasque villas per solitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat. tum se quieti dedit et quievit verissimo quidem somno. nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis gravior et sonantior erat, ab iis qui limini ob-
14 versabantur audiebatur. sed area ex qua diaeta adibatur ita iam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut, si longior in cubiculo mora, exitus negaretur. excitatus procedit
15 seque Pomponiano ceterisque qui pervigilaverant reddit. in commune consultant, intra tecta subsistant an in aperto vagentur. nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur.
16 sub dio rursus quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur; quod tamen periculorum collatio elegit. et apud

---

1 cunctatus **M**r ς cunctati **D** cunctanti p cunctatusque a 2 momenti **D** inquid **M** 3 petit r stabiis erat **M**ςa stabit erat **D** stabit errat p Scriba is erat r. Stabiis is erat diremptus sinu medio (nam — infunditur ibi): quamquam *Mommsenus* diremptus **MD**a diremit pr deuenit ς peruenerat que *Catanaeus* 4 curuatisque **M**rςa turbatisque **D**p mare infunditur **M**ςa in mare infunditur r maxima re infunditur p maxima in re infunditur **D** 8 consulatur **M** 9 deferri se in balineum ςa 10 lotus] locus **D** acubat **M** cenat aut hilaris **MD** coenat atque hilaris pra coenatque hilaris *Sichardus* quod aeque magnum **MD**p quod est aeque magnum ra quod aeque magnum est ς 11 pluribus in locis **M** pluribus locis **D**pra 12 altaque **MD** atque pra 13 tenebras noctis excipiebat r tenebras noctis pellebat ς ignes relictos **MD** ignis relictas pra igni relictas *Beroaldus* 14 uillas] nullas r 15 dictitabat **M**ςa dictabat **D**pr tamen se quiete dedit r 16 quidem **MD**ς equidem pra 17 ab his **D**rς 18 diaeta ra dieta **M**ς zeta **D** reta p adibatur] habebatur r 19 cinerem p missisque a punicibus p 20 mora esset exitus *Catanaeus* a 21 peruigilauerant **M** peruigilabant **D**pra 22 consultant an intra a in aperta r 23 mutabant r 24 huc] hunc **M** 25 sub dio pς sub die **M** sub diuo ra sub deo **D** punicum pa 26 metuebat p tamen] tantum r periculorum a periculorum **M** malorum **D**pr collocatio *D* eligit **M**r

illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. cervi-
calia capitibus inposita linteis constringunt: id munimentum ad-
versus incidentia fuit. iam dies alibi, illic nox omnibus nocti- 17
bus nigrior densiorque, quam tamen faces multae variaque lu-
mina solabantur. placuit egredi in litus et ex proximo aspicere,
ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vastum et adversum
permanebat. ibi super abiectum linteum recubans semel atque 18
iterum frigidam poposcit hausitque. deinde flammae flamma-
rumque praenuntius odor sulpuris alios in fugam vertunt, exci-
tant illum. innitens servulis duobus adsurrexit et statim con- 19
cidit, ut ego colligo, crassiore caligine spiritu obstructo clau-
soque stomacho, qui illi natura invalidus et angustus et fre-
quenter aestuans erat. ubi dies redditus (is ab eo quem novis- 20
sime viderat *erat* tertius), corpus inventum integrum, inlaesum
opertumque, ut fuerat indutus: habitus corporis quiescenti quam
defuncto similior. interim Miseni ego et mater — sed nihil ad 21
historiam, nec tu aliud quam de exitu eius scire voluisti. finem 22
ergo faciam. unum adiciam, omnia me quibus interfueram
quaeque statim, cum maxime vera memorantur, audieram per-
secutum. tu potissima excerpes. aliud est enim epistulam aliud
historiam, aliud amico aliud omnibus scribere. vale.

XVIII.

C. PLINIUS RESTITUTO SUO S.

Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, 1
non possum mihi temperare quo minus apud te, quia non con-
tingit coram, per epistulam effundam. recitabatur liber abso- 2

---

3 decidentia a 4 quam tamen MDx quam p quamquam rς multae uariaque Dςa multa et uariaque M multae quam uaria p multaque uaria r 5 solabantur *Cortius et codex Laurentianus 47, 34* solebantur MD solebant pr soluebant ςa et e proximo a 6 ecquid a et quid MDp quid rς iam *om.* M 7 adiectum Dp recubans semel atque (adque M) Ma recubasse mei atque D recubasse meratque p recubans seditatque rς 8 frigidam Dςa frigidam aquam Mpr flammarumque] flammarum p 9 odor sulpuris (sulfuris a) alios Mςa odor sulpuri (sulphuri p) sed alios Dp odor sulphuris Sed alii r 10 innitens seruolis M innixus seruis Dpra 11 colligo M coniecto Dpra 12 inualidus iangustus M frequenter aestuans M frequenter interaestuans Dpa frequenter intus aestuans rς 13 nouissimae M erat *om.* MDpra, *add. Mommsenus* inuentum est integrum a 15 quam *om.* M 18 me] e Dp interfuerat p 19 audieram Mς audiueram a audierat D audieram uera r audierat uera p audiueram uere *vulgo* 20 potissimum Dp

XVII 24 indignatumulam *corr.* indignatiunculam M 25 contingit Mra contigit Dpς 26 obsolutissimus M

lutissimus: hunc duo aut tres, ut sibi et paucis videntur, diserti
surdis mutisque similes audiebant. non labra diduxerunt, non
moverunt manum, non denique adsurrexerunt, saltem lassitu-
3 dine sedendi. quae tanta gravitas? quae tanta sapientia? quae
immo pigritia, adrogantia, sinisteritas ac potius amentia, in
hoc totum diem inpendere, ut offendas, ut inimicum relinquas
4 ad quem tamquam amicissimum veneris? disertior ipse es? tanto
magis ne invideris: nam qui invidet minor est. denique sive
plus sive minus sive idem praestas, lauda vel inferiorem vel
superiorem vel parem: superiorem, quia, nisi laudandus ille,
non potes ipse laudari; inferiorem aut parem, quia pertinet ad
tuam gloriam quam maximum videri quem praecedis vel exae-
5 quas. equidem omnes qui aliquid in studiis faciunt venerari
etiam mirarique soleo. est enim res difficilis ardua fastidiosa
et quae eos a quibus contemnitur invicem contemnat: nisi
forte aliud iudicas tu. quamquam quis uno te reverentior huius
6 operis, quis benignior aestimator? qua ratione ductus tibi po-
tissimum indignationem meam prodidi, quem habere socium
maxime poteram. vale.

XVIII.

C. PLINIUS SABINO SUO S.

1 Rogas ut agam Firmanorum publicam causam; quod ego,
quamquam plurimis occupationibus distentus, adnitar. cupio
enim et ornatissimam coloniam advocationis officio et te gratis-
2 simo tibi munere obstringere. nam cum familiaritatem nostram,
ut soles praedicare, ad praesidium ornamentumque tibi sumpse-
ris, nihil est quod negare debeam, praesertim pro patria pe-
tenti. quid enim precibus aut honestius piis aut efficacius
3 amantis? proinde Firmanis tuis ac iam potius nostris obliga
fidem meam; quos labore et studio meo dignos cum splendor

---

1 et] ex **M** uiderentur **p** 2 diduxere **D** deduxerunt **M** 3 mouere **D** non denique **Ma** denique non **Dpr** assurrexere **D** 7 tamquam amicissimus **a** ipse es **Mςa** ipse est **Dpr** 8 minor est] minorem **Dp** 9 praestat **p** 10 parem] partem **M** ille **Ma** ile est **Dpr** 11 non potes ipse non laudari **a** parem] partem **M** 13 omnis **D** 15 a quibus — 17 benignior *om.* **M** inuicem contemnat **Dpr** īterit **a** interimit *Aldus*[2] dedignatur *uulgo* 17 qui benignior **p** aestimator **a** aestimatur **Mr** atestatur **D** attestatur **p** attestator **ς** 19 poteram] optaram *Marklandus ep. crit. p. 48*

XVIII 23 pluribus **p** distractus **rς** 24 ornatussimam **M** 28 pii *Barthius*

ipsorum tum hoc maxime pollicetur, quod credibile est optimos esse, inter quos tu talis extiteris. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

Scis tu accessisse pretium agris, praecipue suburbanis? 1
causa subitae caritatis res multis agitata sermonibus: proximis comitiis honestissimas voces senatus expressit, 'candidati ne conviventur, ne mittant munera, ne pecunias deponant'. ex quibus 2
duo priora tam aperte quam immodice fiebant, hoc tertium, quamquam occultaretur, pro comperto habebatur. Homullus 3
deinde noster, vigilanter usus hoc consensu senatus, sententiae loco postulavit ut consules desiderium universorum notum principi facerent peterentque, sicut aliis vitiis huic quoque providentia sua occurreret. occurrit: nam sumptus candidatorum, 4
foedos illos et infames, ambitus lege restrinxit: eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea quae solo continerentur, deforme arbitratus, et erat, honorem petituros urbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo quasi peregrinantes habere. concursant ergo candidati: certatim quid- 5
quid venale audiunt emptitant quoque sint plura venalia efficiunt. proinde si paenitet te Italicorum praediorum, hoc ven- 6
dendi tempus tam hercule quam in provinciis comparandi, dum iidem candidati illic vendunt, ut hic emant. vale.

XX.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

Ais te adductum litteris quas exigenti tibi de morte avun- 1
culi mei scripsi cupere cognoscere, quos ego Miseni relictus

---

1 hoc] hic r optimos] opismos D 2 esse] sese Dp tu *om.* r extiteris Dpra moreris M

XVIIII 4 NERONI D 5 Scin tu *Gierigius* 7 honestissimas uoces Ma honestissima uoce Dpr senatui Da nec conuenienter nec ne mittant D 9 duo] diu p aperte] apte p quam modice Dp 10 homullus Ma homulus Dpr C. Homullus *Pomponius Laetus* 11 uigilanter usus Mς uigilat rursus Dp uigilans rursus r usus uigilanter a 13 vitiis] ut eis M 14 occurreret] occurrere M occurrit nam sumptus Mςa occurrit sumptus Dp occurritque sumptus r 15 foedos Mrςa frigidos Dp infames ambitus, lege *Mommsenus* habitus leges Dp patrimonio M 16 continentur Drς 17 et] ut ςa 18 pro patria] propriam r sed pro] sed de Dr aut] autem r sabulo p 19 peregrinantis D 20 quoque sint plura MDpr quoque sint pluris ς ut sint quoque plura a 22 hercules D comparandis D 23 idem MD illic uendunt ut hic emant Mςa illic uendant illic emant r illic uendunt (*om.* ut hic emant) Dp

XX 25 TACITO] Tanto p 27 relictus Mςa littus Dp, om. r

(id enim ingressus abruperam) non solum metus verum etiam
casus pertulerim. 'quamquam animus meminisse horret, inci-
2 piam'. profecto avunculo ipse reliquum tempus studiis (ideo
enim remanseram) inpendi: mox balineum, cena, somnus in-
3 quietus et brevis. praecesserat per multos dies tremor terrae
minus formidolosus, quia Campaniae solitus. illa vero nocte
4 ita invaluit, ut non moveri omnia sed verti crederentur. inrum-
pit cubiculum meum mater: surgebam invicem, si quiesceret,
excitaturus. residimus in area domus, quae mare a tectis mo-
5 dico spatio dividebat. dubito constantiam vocare an inpruden-
tiam debeam (agebam enim duodevicensimum annum): posco
librum Titi Livi et quasi per otium lego atque etiam, ut coepe-
ram, excerpo. ecce amicus avunculi, qui nuper ad eum ex
Hispania venerat, ut me et matrem sedentes, me vero etiam
legentem videt, illius patientiam, securitatem meam corripit.
6 nihilo segnius ego intentus in librum. iam hora diei prima, et
adhuc dubius et quasi languidus dies: iam quassatis circum-
iacentibus tectis, quamquam in aperto loco, angusto tamen,
7 magnus et certus ruinae metus. tum demum excedere oppido
visum: sequitur vulgus attonitum, quodque in pavore simile
prudentiae, alienum consilium suo praefert ingentique agmine
8 abeuntis premit et inpellit. egressi tecta consistimus. multa
ibi miranda, multas formidines patimur. nam vehicula quae
produci iusseramus, quamquam in planissimo campo, in con-
trarias partes agebantur ac ne lapidibus quidem fulta in eodem
9 vestigio quiescebant. praeterea mare in se resorberi et tremore
terrae quasi repelli videbamus. certe processerat litus multa-
que animalia maris siccis harenis detinebat. ab altero latere

---

2 quamquam] *Verg. Aen. II 12* 4 enim *om.* pa 6 quia campaniae solitus illa (ille Dp) uero nocte ita (iam D) inualuit ut non moueri omnia sed uerti (sed euerti a) crederentur Dpra ꝗ (*h. e.* quia) campanię non solum castella uerum etiam oppida non moueri omnia sed uerti credebantur M qui Campaniae non solum castella verum etiam oppida uexare solitus: illa uero nocte ita inualuit, ut non moueri omnia sed euerti crederentur *vulgo ex Catanaei editione secunda* quia Campaniae solitus: illa uero nocte ita inualuit, ut non solum castella, uerum etiam oppida omnia non moueri, sed everti crederentur *N. Heinsius in Ovid. metam. VII 492* 7 irrumpit cubiculum pςa inrumpit cubilum r inrupit cubiculum D inuasit in cubiculum M 9 residemus M resedimus Dpra 10 vocare] rogare pr* an inprudentiam *om.* r 12 titi liui M T. liui D Titi Liui pra adque M 14 sedentis D 16 nihilo secius *Heusingerus* iam *priore loco om.* r quassatis] quassata omnia M 19 certus et magnus pr metus] motus Dpς 20 quodque Mrςa quoque D quom p 23 multa formidine M 25 partis D 26 risorberi M 27 repelli] reuelli M processerat Mςa praecesserat Dpr 28 siccis harenis MDpς siccis et *arenis r in siccis* arenis a

nubes atra et horrenda ignei spiritus tortis vibratisque discur-
sibus rupta in longas flammarum figuras dehiscebat: fulguribus
illae et similes et maiores erant. tum vero idem ille ex Hi- 10
spania amicus acrius et instantius 'si frater' inquit 'tuus, tuus
avunculus vivit, vult esse vos salvos; si periit, superstites vo-
luit. proinde quid cessatis evadere?' respondimus non commis-
suros nos ut de salute illius incerti nostrae consuleremus. non 11
moratus ultra proripit se effusoque cursu periculo aufertur. nec
multo post illa nubes descendere in terras, operire maria: cin-
xerat Capreas et absconderat, Miseni quod procurrit abstulerat.
tum mater orare, hortari, iubere quoquo modo fugerem; posse 12
enim iuvenem, se et annis et corpore gravem bene morituram,
si mihi causa mortis non fuisset. ego contra, salvum me nisi
una non futurum: dein manum eius amplexus addere gradum
cogo. paret aegre incusatque se, quod me moretur. iam cinis, 13
adhuc tamen rarus: respicio; densa caligo tergis imminebat,
quae nos torrentis modo infusa terrae sequebatur. 'deflectamus'
inquam, 'dum videmus ne in via strati comitantium turba in
tenebris obteramur'. vix consideramus, et nox, non qualis in- 14
lunis aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto.
audires ululatus feminarum, infantum quiritatus, clamores viro-
rum: alii parentes, alii liberos, alii coniuges vocibus require-
bant, vocibus noscitabant: hi suum casum, illi suorum misera- 15
bantur: erant qui metu mortis mortem precarentur: multi ad
deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos aeternam-
que illam et novissimam noctem mundo interpretabantur. nec
defuerunt qui fictis mentitisque terroribus vera pericula auge-
rent. aderant qui Miseni illud ruisse, illud ardere falso, sed
credentibus nuntiabant. paulum reluxit, quod non dies nobis, 16
sed adventantis ignis indicium videbatur. et ignis quidem lon-
gius substitit, tenebrae rursus, cinis rursus multus et gravis:

---

1 tortis **Ma** portis **Dp** porrectis **rς** 2 fulguribus **M** fulgoribus **Dpra** 3 ille idem **pra** 4 inquit tuus auunculus **Dp** 5 perit **pr** 7 illius] eius **a** consulerimus **r** 10 misen quod **M** 11 orare *om.* **r** 14 dein **M** deinde **Dpra** 15 incusaque **M** se *om.* **p** 16 rarus tamen **M** 17 quae nõ torentis **D** 19 obteramur **Dpςa** obterramur **r** operiamur **M** vix consideramus] uiā et serueramus **r** uix uiam deserueramus **ς** inlunis] lunis **r** 20 aut] et **p** lucis *corr.* locis **M** 21 infantum **M** infantium **Dpra** 23 uocibus noscitabant *om.* **p** hii **M** illi] alii **D** miserebantur **p** 25 aeternam quae **M** aeternumque **D** 27 mentisque **D** meritisque **r** 29 iniitiabant **D** paululum **pr** quod] quidem **p** 31 tenebrae rursus cinis rursus multus et grauis **Ma** tenebrae rursus cinis multum (multus **ς**) et grauis **rς** tenebrae rursus tumultus grauis **Dp**

hunc identidem adsurgentes excutiebamus; operti alioqui atque
17 etiam oblisi pondere essemus. possem gloriari non gemitum
mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse,
nisi me cum omnibus, omnia mecum perire misero, magno ta-
18 men mortalitatis solacio credidissem. tandem illa caligo tenuata
quasi in fumum nebulamve discessit: mox dies verus, sol etiam
effulsit, luridus tamen, qualis esse, cum deficit, solet. occur-
sabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia altoque cinere
19 tamquam nive obducta. regressi Misenum curatis utcumque
corporibus suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus.
metus praevalebat: nam et tremor terrae perseverabat, et pleri-
que lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala
20 ludificabantur. nobis tamen ne tunc quidem, quamquam et ex-
pertis periculum et expectantibus, abeundi consilium, donec
de avunculo nuntius. haec nequaquam historia digna non scri-
pturus leges et tibi, scilicet qui requisisti, imputabis, si digna
ne epistula quidem videbuntur. vale.

XXI.

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 Sum ex iis qui mirantur antiquos, non tamen, ut quidam,
temporum nostrorum ingenia despicio. neque enim quasi lassa
2 et effeta natura nihil iam laudabile parit. atque adeo nuper
audivi Vergilium Romanum paucis legentem comoediam ad
exemplar veteris comoediae scriptam tam bene, ut esse quan-
3 doque possit exemplar. nescio an noris hominem. quamquam
nosse debes: est enim probitate morum, ingenii elegantia, ope-

---

1 itentidem **M** excuciebamur p alioqui atque (adque **M**) etiam **Ma** alioqui decima **D** alioquin etiam p alio quia de celo r alioqui atque de caelo ς 2 obliti **D** 5 solatio **M** cecidissem r 6 decessit a dies uerus **M** dies uere a dios (*om.* verus) **D**pr 7 defecit **D** occursabat **M** occurrebant a 9 ingressi **D** 10 dubiamque noctem **MD**pς dubiamque noctemque r dubiamque mentem a spem metu **D** exigimus **D**ra 11 perseverabat] praeseruabat **D** 12 lyphati **M** 13 et expertis periculum et exspectantibus **Ma** expertis periculum et ea spectantibus **D**pr 14 adeundi **D**p 15 nuntius ueniret haec a nos scripturos **D**p 17 vale *om.* **D**

XXI 19 Caninio Rufo ς 20 Sum ex iis qui mirantur *G. H. Schaeferus* Sum (Cum p . um r) ex iis (ex his **M** ex eis **D**pr) qui mirer **MD**pra sum ego is qui mirer *Gierigius coll. 1, 2, 3* 21 respicio **D** quasi *om.* **D**p 22 effeta] affecta **D** ut nihil iam laudabile pariat *Sichardus* iam **Ma** tam **D**pr adque ideo **M** 23 audiui ς audii ra audi **MD**p Verginium a ad exemplar veteris comoediae *om.* **M** 25 an noris **M**rςa minoris **D** mireris p 26 nosce debemus **D**

rum varietate monstrabilis. scripsit mimiambos tenuiter argute 4
venuste atque in hoc genere eloquentissime (nullum est enim
genus quod absolutum non possit eloquentissimum dici); scripsit
comoedias Menandrum aliosque aetatis eiusdem aemulatus:
licet has inter Plautinas Terentianasque numeres. nunc pri- 5
mum se in vetere comoedia, sed non tamquam inciperet, osten-
dit. non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo,
non dulcedo, non lepos defuit: ornavit virtutes, insectatus est
vitia, fictis nominibus decenter, veris usus est apte. circa me 6
tantum benignitate nimia modum excessit, nisi quod tamen
poetis mentiri licet. in summa extorquebo ei librum legendum- 7
que, immo ediscendum mittam tibi: neque enim dubito futurum
ut non deponas, si semel sumpseris. vale.

XXII.

C. PLINIUS TIRONI SUO S.

Magna res acta est omnium qui sunt provinciis praefuturi, 1
magna omnium qui se simpliciter credunt amicis. Lustricius 2
Bruttianus cum Montanium Atticinum, comitem suum, in multis
flagitiis deprendisset, Caesari scripsit. Atticinus flagitiis addi-
dit ut quem deceperat accusaret. recepta cognitio est: fui in
consilio: egit uterque pro se, egit autem carptim et κατὰ κε-
φάλαιον, quo genere veritas statim ostenditur. protulit Brut- 3
tianus testamentum suum, quod Atticini manu scriptum esse
dicebat: hoc enim et arcana familiaritas et querendi de eo
quem sic amasset necessitas indicabatur. enumeravit crimina 4

---

1 scripsit mimiambos pra scribsit mimos .i. ambo M scribit eīm iambos D 2 adque M, utque *Barthius* 3 scribsit M 5 terentinasque M
6 neteri Dpr incipiat r 7 illā vis] illius Dp non granditas non subtilitas *om.* M 8 lepus M 9 aperte D circa me tantum benignitate nimia modum Mϛa circa me tantum benignitate nimium modum pr circa meum benignitate tantum nimium modum D 10 nisi tamen quod petis r tamen] tant D 11 extorquebat ei r 12 nec enim M
XXII 16 sunt in prouintiis D profuturi p 17 lustricius M lustricus Dpra bruttianus Mϛa bructianus Dp brutianus r montanium MDrϛ montanum p *Catanaeus* a atticinum Mpa acticinium D attacinium rϛ Attacinum *Beroaldus* 19 deprendisset M deprehendisset pra depraehendisse D caesari Mϛa caesar Dpr scribsit M atticinus Ma acticinius D atticinum p attacinium r Attacinius ϛ Attacinus *Beroaldus* addidit MD *Beroaldus* a addidis r additis pϛ 20 cognitio est Mpϛa cognitioē D cognitione r fui *om.* r 21 κατὰ κεφάλεον a κατα κεφαλεα *Catanaeus* κατὰ κεςήλλιον D κατὰ κεςήλιον, *Pomponius Laetus*, *om.* M *et lacuna relicta* pr 22 protulit bruttianus (bructianus D) testamentum suum MDϛa protulit bructianus ut testamentum suum p protulit ut brutianus testamentum r 23 Atticini pa Attacini rϛ actinici D attici M 24 areana Dp
25 quem] quoniam p indicabat Mr enumerauit Mϛa et numerauit Dpr

foeda manifesta, quae ille cum diluere non posset, ita regessit,
ut, dum defenditur, turpis, dum accusat, sceleratus probaretur.
corrupto enim scribae servo interceperat commentarios interci-
deratque ac per summum nefas utebatur adversus amicum cri-
5 mine suo. fecit pulcherrime Caesar: non enim de Bruttiano,
sed statim de Atticino perrogavit. damnatus et in insulam re-
legatus: Bruttiano iustissimum integritatis testimonium redditum,
6 quem quidem etiam constantiae gloria secuta est. nam defen-
sus expeditissime accusavit vehementer nec minus acer quam
7 bonus et sincerus apparuit. quod tibi scripsi, ut te sortitum
provinciam praemonerem, plurimum tibi credas nec cuiquam
satis fidas, deinde scias, siquis forte te, quod abominor, fallat,
8 paratam ultionem; qua tamen ne sit opus etiam atque etiam
attende. neque enim tam iucundum est vindicari, quam de-
cipi miserum. vale.

XXIII.

C. PLINIUS TRIARIO SUO S.

1 Inpense petis ut agam causam pertinentem ad curam tuam,
pulchram alioqui et famosam. faciam, sed non gratis. 'qui
fieri potest' inquis 'ut non gratis tu?'. potest: exigam enim
2 mercedem honestiorem gratuito patrocinio: peto atque etiam
paciscor ut simul agat Cremutius Ruso. solitum hoc mihi et
iam in pluribus claris adulescentibus factitatum. nam mire
concupisco bonos iuvenes ostendere foro, adsignare famae.
3 quod si cui, praestare Rusoni meo debeo vel propter natales
ipsius vel propter eximiam mei caritatem; quem magni aestimo
4 in isdem iudiciis, ex isdem etiam partibus conspici audiri. obliga
me, obliga ante quam dicat: nam cum dixerit, gratias ages.

---

1 manifesta. Quae ille **M** manifestaque ille **Drςa** manifestaque illa **p** possit **pr*** regessit *Sichardus* recessit **Ma** se gessit **Drς** regressit **p** 3 intercideratque **Mςa** incideratque **Dpr** inspexeratque *Mommsenus* 5 enim *om.* **Dp** bruttiano **Mςa** bructiano **p** brutiano **Dr** 6 atticino **Mpa** acticino **D** Attacinio **rς** Attacino *Catanaeus* perrogauit **Mpa** prorogauit **D** pronunciavit **rς** in *om.* **M** 7 bruttiano **Mςa** bructiano **Dp** brutiano **r** iustissimum integritatis testimonium **Dpra** premium integritatis iustissimum **M** 8 gloriae **D** 11 ne cuiquam **Dp** 12 si quis **Mrςa** si quid **D** quod si quis **p** 13 opus] huius **Dp** adque **M** 14 neque enim tam **Mςa** neque tam **r** quae tam **Dp** uindicare quam decepi **r**

XXIII 17 TRIARIO **Mςa** TRAIANO **Dr** Friano **p** 18 causam agam **p** 19 faciam *om.* **p** qui fieri — gratis *om.* **M** 20 tu? potest *Sichardus* tu potes **MDpra** 21 adque **M** 22 agat *om.* **D** rufo **r** 23 claris] gladiis **Dp** 25 rufoni **r** 26 mei *om.* **p** existimo in hisdem studiis et hisdem etiam partibus **D** 27 in *om.* **a** 28 dicat **Mςa** dicam **Dpr**

spondeo sollicitudini tuae, spei meae, magnitudini causae suffecturum. est indolis optimae, brevi producturus alios, si interim productus fuerit a nobis. neque enim cuiquam tam cla- 5 rum statim ingenium, ut possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatorque contingat. vale.

XXIIII.

C. PLINIUS MACRO SUO S.

Quam multum interest a quo quid fiat!. eadem enim facta 1 claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur. navigabam per Larium nostrum, cum 2 senior amicus ostendit mihi villam atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet: 'ex hoc' inquit 'aliquando municeps nostra cum marito se praecipitavit.' causam requisivi. maritus ex 3 diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putrescebat: uxor ut inspiceret exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum, possetne sanari. vidit, desperavit: hortata est ut moreretur co- 4 mesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit. nam se cum marito ligavit abiecitque in lacum. quod factum 5 ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus illo clarissimo Arriae facto, sed quia minor ipsa. vale.

XXV.

C. PLINIUS HISPANO SUO S.

Scribis Robustum, splendidum equitem Romanum, cum 1 Atilio Scauro, amico meo, Ocriculum usque commune iter peregisse, deinde nusquam comparuisse: petis ut Scaurus veniat nosque, si potest, in aliqua inquisitionis vestigia inducat. ve- 2 niet; vereor ne frustra. suspicor enim tale nescio quid Robusto

---

1 sollicitudine **M** spei magnae meae **p** suffecturum **MDa** suffecturus **r** satisfacturum **pς** 2 optimi **r** interim productus **Dr** interim prouectus **Mpςa** 4 ingenium est ut **a** 5 commendator contingat **D**

XXIIII 7 MACRO **MDςa** Magro **p** Marco **r** 8 a quo quid] quid a quoque **MDpra** quid a quo *Casaubonus* 11 adque **M** 13 causam *om.* **p** requisii **pa** 15 nec enim **D** indicaturum **MDrς** iudicaturum **p** *Catanaeus* **a** 16 possetne sanari uidit desperauit **Ma** possetne sanari desperauit **p** posset nec sanari desperauit **D** uidit: sanari desperauit (*om.* possetne) **rς** 20 ariae **D** minor est ipsa **a**

XXV 23 HISTANO **D** Vipsano **ς** 24 Scribis **Mςa** Scribit **Dpr** robustus splendidus eques romanus **p** cum] tum **D** 25 attilio **Dr** Scauro **Dpr** Caro **a**: Scauro — usque *om.* **M** peregisse **MDpς** pergisse **r** fecisse **a** 26 nunquam **D** scaurus **Mς** scarus **r** carus **Dpa** 27 inquisitiones **M** ueniet **Ma** ueniat **Dpr** 28 suspicet enim tale nescio qui **D**

3 accidisse, quale aliquando Metilio Crispo, municipi meo. huic
ego ordinem inpetraveram atque etiam proficiscenti quadraginta
milia nummum ad instruendum se ornandumque donaveram,
nec postea aut epistulas eius aut aliquem de exitu nuntium ac-
4 cepi. interceptusne sit a suis an cum suis dubium: certe non
ipse, non quisquam ex servis eius apparuit, ut ne Robusti qui-
5 dem. experiamur tamen, arcessamus Scaurum:- demus hoc tuis,
demus optimi adulescentis honestissimis precibus, qui pietate
mira, mira etiam sagacitate patrem quaerit. di faveant, ut
sic inveniat ipsum, quem ad modum iam cum quo fuisset in-
venit! vale.

XXVI.

C. PLINIUS SERVIANO SUO S.

1 Gaudeo et gratulor quod Fusco Salinatori filiam tuam de-
stinasti. domus patricia, pater honestissimus, mater pari laude;
ipse studiosus, litteratus, etiam disertus, puer simplicitate, co-
mitate iuvenis, senex gravitate. neque enim amore decipior.
2 amo quidem effuse (ita officiis, ita reverentia meruit), iudico
tamen, et quidem tanto acrius, quanto magis amo, tibique, ut
qui exploraverim, spondeo habiturum te generum, quo melior
3 fingi ne voto quidem potuit. superest ut avum te quam matu-
rissime similium sui faciat. quam felix tempus illud, quo mihi
liberos illius, nepotes tuos, ut meos vel liberos vel nepotes, ex
vestro sinu sumere et quasi pari iure tenere continget! vale.

---

2 ordinem M ordines Dpra adque M quadringenta a 3 ordinandumque Dr 4 epistola r aut *posteriore loco om.* D 5 interceptus nece sit pr* a] an M cum suis non dubium certe non ipse, quisquam a 6 ut ne robusti quidem experiamur (experamur D) tamen MDp utinam ne Robusto idem experiamur tamen r utinam ne in Robusto idem experiamur, tamen *Beroaldus* a 7 arcessamus a accersamus Mpς accersamur D accersemus r Carum a 8 pietatem ira mira etiam M pietatem mira etiam Dpr pietate mira etiam ςa pietate summa, mira etiam *Sichardus* 9 dii faueant Dpa: *fortasse* di faciant 10 inueniant ipsum M inuenit] inueni a 11 vale *om.* D

XXVI 14 distinasti M 16 ipse Mr ipse est Dpςa etiam disertus (desertus M) puer simplicitate Mςa etiam disertus etiam puer (puer *om.* p) simplicitate Dpr 18 effuse et ita a officis M iudico *Beroaldus* iudicio MDpra 19 et quidem] equidem D tibique Ma tibi quidem Dpr 20 te *om.* D 21 fungi r 22 similium M simillimum Dpra 23 illius uel nepotes tuos p 24 vestro] nostro D continget Mς contingat a contingeret pr contigerit D

XXVII.

C. PLINIUS SEVERO SUO S.

Rogas ut cogitem, quid designatus consul in honorem prin- 1
cipis censeas. facilis inventio, non facilis electio; est enim ex
virtutibus eius larga materia: scribam tamen vel, quod malo,
coram indicabo, si prius haesitationem meam ostendero. dubito
num idem tibi suadere quod mihi debeam. designatus ego con- 2
sul omni hac, etsi non adulatione, specie tamen adulationi abs-
tinui; non tamquam liber et constans, sed tamquam intelle-
gens principis nostri, cuius videbam hanc esse praecipuam lau-
dem, si nihil quasi ex necessitate decernerem. recordabar etiam 3
plurimos honores pessimo cuique delatos, a quibus hic optimus
separari non alio magis poterat quam diversitate censendi;
quod ipsum non dissimulatione et silentio praeterii, ne forte
non iudicium illud meum, sed oblivio videretur. hoc tunc ego: 4
sed non omnibus eadem placent, ne conveniunt quidem. prae-
terea faciendi aliquid non faciendive ratio cum hominum ipso-
rum tum rerum etiam ac temporum condicione mutatur. nam 5
recentia opera maximi principis praebent facultatem nova magna
vera censendi. quibus ex causis, ut supra scripsi, dubito an
idem nunc tibi quod tunc mihi suadeam. illud non dubito, de-
buisse me in parte consilii tui ponere, quid ipse fecissem. vale.

XXVIII.

C. PLINIUS PONTIO SUO S.

Scio, quae tibi causa fuerit impedimento quo minus prae- 1
currere adventum meum in Campaniam posses. sed quamquam

XXVII 3 Rogas me ut p 4 censeo a non] nam p 5 scribam tamen uel quod malo (mallo **M**) coram indicabo **M**r ς tam uel quod malo quodam indicabo **D**p tamen quod sentiam indicabo a 7 num] non r suadere] suadebo **D**p 8 specie] spem p 9 tamen quam *corr.* tamquam *priore loco* **M** 10 uidebant **D** 11 nihil quasi **MD**a nil quasi ς nihil quam p non quasi r decernerem **M** *Catanaeus* a decerneret **D**pr recordabar] uel recordabatur r 12 pessime **D**p optimis p 13 non alio modo magis a 16 ne conueniunt quidem *Gesnerus* nec conueniunt quidem **MD**pra 17 faciendi aliquid non faciendiue ratio **M** faciendi aliquid non faciendi (non faciendiue ς) uera ratio r ς faciendi aliquid uel non faciendi uera ratio a faciendi uera ratio **D**p ipsorum hominum r ς 18 conditione mutatur **M**r *Catanaeus* conditionem initur **D** conditio nunciatur p conditio mutatur ς conditione initur a 19 maxime **M** 21 quod] quid **D** 22 in parte **M** in partes **D**pra quod ipse fecissem *Sichardus*

XXVIII 24 SUO *om.* **M** 25 praecurrere minus **D** 26 quamquam] umquam **M**

absens, totus huc migrasti: tantum mihi copiarum qua urbanarum qua rusticarum nomine tuo oblatum est, quas omnis in-
2 probe accepi tamen. nam et tui ut ita facerem rogabant, et verebar ne et mihi et illis irascereris, si non fecissem. in posterum, nisi adhibueritis modum, ego adhibebo; et iam tuis denuntiavi, si rursus tam multa attulissent, omnia relaturos. di-
3 ces oportere me tuis rebus ut meis uti: etiam; sed perinde illis ac meis parco. vale.

XXVIIII.

C. PLINIUS QUADRATO SUO S.

1 Avidius Quietus, qui me unice dilexit et, quo non minus gaudeo, probavit, ut multa alia Thraseae (fuit enim familiaris) ita hoc saepe referebat, praecipere solitum suscipiendas esse causas aut amicorum aut destitutas aut ad exemplum pertinen-
2 tes. cur amicorum, non eget interpretatione: cur destitutas? quod in illis maxime et constantia agentis et humanitas cerneretur: cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum referret,
3 bonum an malum induceretur. ad haec ego genera causarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et inlustres. aequum est enim agere non numquam gloriae et famae, id est suam causam. hos terminos, quia me consuluisti, dignitati ac vere-
4 cundiae tuae statuo. nec me praeterit usum et esse et haberi optimum dicendi magistrum: video etiam multos parvo ingenio,
5 litteris nullis, ut bene agerent agendo consecutos. sed et illud, quod vel Pollionis vel tamquam Pollionis accepi, verissimum experior, 'commode agendo factum est ut saepe agerem, saepe agendo ut minus commode', quia scilicet adsiduitate nimia fa-

---

1 huc] hoc **D** . qua urbanarum qua rusticarum **MDr** tam urbanarum quam rusticarum **pςa** 2 improle **D** improbe quidem *Sichardus* 3 nam et tui **M** nam me tui **pra** nam me tu **D** rogabant ut uerebar ne mihi **D** 4 irasceris **Dr** 5 adhibueritis **M** adhibueris **Dpra** et iam *om.* **rς** 6 tam multa talissent omnia relituros **M** 7 etiam uti *corr.* uti etiam **M** 8 ac meus **D**

XXVIIII 11 Ouidius **p** et cui non minimum gaudeo **a** 12 ut] et **M** 13 saepe ut referebat **p** praecipere solitum **Mςa** praecipere solebat **pr** praecipere ferebat solebat **D** 14 ad *om.* **M** 17 pertinentis **MD** 17 referret **MDp** referet **a** refert **rς** 18 an bonum an malum **p** induceretur **MDra** duceretur **p** diceretur **ς** 19 aequum est enim **M** aequum enim est **Dpra** 20 famae id ē suam causam hos terminos quia me consoluisti (v *supra* o) dignitati **M** famae idem dignitati **Dpra** 22 statuto **D** usum et esse **M** id usum esse **Dpr** usum esse **ς** usitatum esse **a** 24 sed et illos uel pollionis accepi **Dp** 25 polionis *utroque loco* **M** 27 ut minus commode **Mςa** tum est ut minus commode **Dr** tamen est ut minus com*modo* **p**

cilitas magis quam facultas nec fiducia, sed temeritas paratur.
nec vero Isocrati quo minus haberetur summus orator offecit, 6
quod infirmitate vocis, mollitia frontis ne in publico diceret
inpediebatur. proinde multum lege scribe meditare, ut possis,
cum voles, dicere; dices, cum velle debebis. hoc fere temperamentum ipse servavi. non numquam necessitati, quae pars 7
rationis est, parui. egi enim quasdam a senatu iussus, quo tamen in numero fuerunt ex illa Thraseae divisione, hoc est ad
exemplum pertinentes. adfui Baeticis contra Baebium Massam: 8
quaesitum est, an danda esset inquisitio; data est. adfui rursus
isdem querentibus de Caecilio Classico: quaesitum est, an provinciales ut socios ministrosque proconsulis plecti oporteret;
poenas luerunt. accusavi Marium Priscum, qui lege repetundarum damnatus utebatur clementia legis, cuius severitatem 9
inmanitate criminum excesserat; relegatus est. tuitus sum Iu- 10
lium Bassum ut incustoditum nimis et incautum ita minime
malum; iudicibus acceptis in senatu remansit. dixi proxime 11
pro Vareno postulante ut sibi invicem evocare testes liceret;
impetratum est. in posterum opto ut ea potissimum iubear,
quae me deceat vel sponte fecisse. vale.

XXX.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

Debemus mehercule natales tuos perinde ac nostros cele- 1
brare, cum laetitia nostrorum ex tuis pendeat, cuius diligentia
et cura hic hilares, istic securi sumus. villa Camilliana, quam 2
in Campania possides, est quidem vetustate vexata; ea tamen
quae sunt pretiosiora aut integra manent aut levissime laesa

---

2 socrati **M** offecit **p** *Catanaeus* **a** effecit **MDrς** 3 ne in publico quidem diceret **p** 4 scribe] scrib. **D** 5 dices] dicas *Cortius* 6 seruauit **Dr** necessitate **D** quae pars pars rationis **M** 7 egit **Dr** quae tertio in numero fuerunt *Casaubonus* 8 exilia traseae (trhaseae **p**) diuisiones **Dp** ad *om.* **r** 9 baebium massam **Mςa** baebium bassum **Dpr** 10 rursus isdem **M** rursus iisdem **ςa** rursus idem **Dr** rursus idem **p** 11 quaerentibus **D** 13 paenas **M** luere **D** marium **Dpςa** marcum **M** marinum **r** 16 nimis et incautum **a** nimis 7 (*h. e.* et) incautum **M** nimis reatum **D** nimis et cautum **pr** et minus cautum **ς** 18 euocare **Ma** uocare **Dpr** 19 imperatum **Dr** ut ea **Ma** ut inam **D** ut (*om.* ea) **prς** iubear quae **Mpa** iubarq, **D** iubeatur q̄ (*h. e.* quam) **r** iubeant quod **ς**

XXX 22 PROSOCERO *om.* **Mpa**, *add.* **Dr** 23 mehercules **D** notales **D** nostros celebrare celebrare cum **M** 24 ex suis **D** 25 Camiliana **p** Camiliani **a** 26 ea tamen **a** et tamen **Dpr** tamen **M** 27 preciosior **p**

3 sunt. attendemus ergo ut quam saluberrime reficiantur. ego
videor habere multos amicos, sed huius generis, cuius et tu
4 quaeris et res exigit, prope neminem. sunt enim omnes togati
et urbani. rusticorum autem praediorum administratio poscit
durum aliquem et agrestem, cui nec labor ille gravis nec cura
5 sordida nec tristis solitudo videatur. tu de Rufo honestissime
cogitas: fuit enim filio tuo familiaris. quid tamen nobis ibi
praestare possit ignoro, velle plurimum credo. vale.

XXXI.

C. PLINIUS CORNELIANO SUO S.

1 Evocatus in consilium a Caesare nostro ad Centum Cellas
2 (hoc loco nomen) magnam cepi voluptatem. quid enim iucundius,
quam principis iustitiam gravitatem comitatem in secessu
quoque, ubi maxime recluduntur, inspicere? fuerunt variae
cognitiones et quae virtutes iudicis per plures species experi-
3 rentur. dixit causam Claudius Ariston, princeps Ephesiorum,
homo munificus et innoxie popularis: inde invidia et a dissi-
millimis delator immissus: itaque absolutus vindicatusque est.
4 sequenti die audita est Gallita adulterii rea. nupta haec tri-
buno militum honores petituro et suam et mariti dignitatem
centurionis amore maculaverat: maritus legato consulari, ille
5 Caesari scripserat. Caesar excussis probationibus centurionem
exauctoravit atque etiam relegavit. supererat crimini, quod
nisi duorum esse non poterat, reliqua pars ultionis. sed maritum
non sine aliqua reprehensione patientiae amor uxoris retardabat,
quam quidem etiam post delatum adulterium domi
6 habuerat, quasi contentus aemulum removisse. admonitus ut
perageret accusationem peregit invitus. sed illam damnari

---

1 attendemus **Dpr** attendimus **M** (?) **a** 2 uideo **r** 3 res exigens **Dp** 5 neque labor **a** 6 solicitudo **r** honestissimo **Dp** 7 nobis ibi praestare possit **Mrς** noui sibi praestare poscit **Dpa** 8 credo **Dpra** scio **M**
XXXI 10 CORNELIANO **Mr** *Catanaeus* **a** CORNELLIANO **D** Corelliano **ς** Cornelio **p** 11 in *om.* **D** concilium **M** 12 hoc loco nomen magnam cepi **Ma** hoc longo nomine maximam cepi **Dp** hoc loco nomen longe maximam cepi **rς** 13 secussu **M** 14 quoque] quo **r** *ut videtur* ubi haec maxime recluduntur **a** ubi maxime animi recluduntur *Reifferscheidius mus. rhen. noviss. v. XV (a. 1860) p. 636* 15 cogitationes **pr*** reperirentur **D** 16 ariston **Mpς** aristion **Dra** 17 innoxiae popularitatis **ςa** et ab dissimillimis **a** et dissimillimis dissimilis **M** et ad dissimillimum **Dp** et a dissimilibus **rς** 19 est *post* audita *om.* **r** Gallita *Mommsenus* Galita *Catanaeus* galitia **M** gallitta **D** galitta **prς** 22 Caesari] caesaris **Mr** excussit **Dp** 23 adque **M** superat **r** 26 quam quidem etiam] quamquam **r** 28 illam *om.* **M** damnare **r**

etiam invito accusatore necesse erat: damnata et Iuliae legis
poenis relicta est. Caesar et nomen centurionis et commemo-
rationem disciplinae militaris sententiae adiecit, ne omnis eius
modi causas revocare ad se videretur. tertio die inducta co- 7
gnitio est multis sermonibus et vario rumore iactata, Iuli Tiro-
nis codicilli, quos ex parte veros esse constabat, ex parte falsi
dicebantur. substituebantur crimini Sempronius Senecio, eques 8
Romanus, et Eurythmus, Caesaris libertus et procurator. here-
des, cum Caesar esset in Dacia, communiter epistula scripta
petierant ut susciperet cognitionem. susceperat: reversus diem 9
dederat, et cum ex heredibus quidam quasi reverentia Eu-
rythmi omitterent accusationem, pulcherrime dixerat 'nec ille
Polyclitus est nec ego Nero.' indulserat tamen petentibus dila-
tionem, cuius tempore exacto consederat auditurus. a parte 10
heredum intraverunt duo omnino: postulaverunt, aut omnes he-
redes agere cogerentur, cum detulissent omnes, aut sibi quoque
desistere permitteretur. locutus est Caesar summa gravitate, 11
summa moderatione, cumque advocatus Senecionis et Eurythmi
dixisset suspicionibus relinqui reos, nisi audirentur, 'non curo'
inquit, 'an isti suspicionibus relinquantur, ego relinquor'. dein 12
conversus ad nos, 'ἐπιστήσατε quid facere debeamus: isti enim
quaeri nolunt, quod sibi licuerit non accusare'. tum ex con-
silii sententia iussit denuntiari heredibus omnibus, aut agerent
aut singuli adprobarent causas non agendi; alioqui se vel de
calumnia pronuntiaturum. vides quam honesti, quam severi dies, 13
quos iucundissimae remissiones sequebantur. adhibebamur co-

---

4 causa **Dp** tertia **D** 5 iuli tironis codicilli **MDp** Iulii Tironis (Tyronis **ςa**) codicillis **rςa** de Iulii Tironis codicillis *vulgo e coniectura Casauboni* 7 Sempronius] semiro Conius **D** semironius **p** 9 caesare esset **Dp** in Dacia **ςa** in ducta **D** inde data **r** inde acta **p** in patia **M** 10 cognitionem susceperat *om.* **M** diem dederat **M** diem dixerat **Dpra** 11 ex *om.* **M** eurythmi omitterent **M** eurythmo (Eurithinio **r**) mitterent **Dpr** Eurythymo remitterent **ς** Eurythmi remitteret **a** 13 polyclitus **Mp** policritus **D** pollicitus **r** Polycletus *Beroaldus* **a** indulxerat **r** induxerat **D** 14 temporis **Dp** a parte] aperte **Dp** 15 postulauerunt ut omnes **Dpς** postularunt ut omnes **a** postulauerunt omnes **Mr** 16 quoque] cum **p** 18 cumque] cum **p** senectionis **D** senetionis **r** eurithimi **r** 19 relinqui reos nisi **Dpra** relinquantur nisi **M** audiretur **p** 20 inquid **M** dein **Ma** deinde **Dpr** 21 ΕΠΙCΤΗCΑΤΛΙ **M** ἐνιστήσατε **Dς** καταστησατε *Catanaeus* ἐπίστασθε **a** *om. in lacuna* **pr** 22 quaeri nolunt **M** queri nolunt **Dpra**: queri volunt, quod sibi non licuerit non accusare *Gesnerus* queri volunt, quod sibi non licuerit accusare *G. H. Schaeferus* tum] tamen **Dp** consilii] consulis **pr** 23 aut agerent **Drςa** ut agerent **Mp** 24 adprobarent **Ma** adprouocarent **Dp** probarent **rς** non *om.* **r** 26 remissionis **Dp** adhibeamur **r**

tidie cenae: erat modica, si principem cogitares. interdum acroamata audiebamus, interdum iucundissimis sermonibus nox

14 ducebatur. summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Caesare humanitas) xenia sunt missa. sed mihi ut gravitas cognitionum, consilii honor, suavitas simplicitasque convictus, ita

15 locus ipse periucundus fuit. villa pulcherrima cingitur viridissimis agris, imminet litori, cuius in sinu fit cum maxime portus. huius sinistrum brachium firmissimo opere munitum est, dextrum

16 elaboratur. in ore portus insula adsurgit, quae inlatum vento mare obiacens frangat tutumque ab utroque latere decursum navibus praestet. adsurgit autem arte visenda: ingentia saxa latissima navis provehit: contra haec alia super alia deiecta ipso pondere manent ac sensim quodam velut aggere constru-

17 untur. eminet iam et apparet saxeum dorsum inpactosque fluctus in inmensum elidit et tollit. vastus illic fragor canumque circa mare. saxis deinde pilae adicientur, quae procedente tempore enatam insulam imitentur. habebit hic portus et iam habet nomen auctoris eritque vel maxime salutaris. nam per longissimum spatium litus inportuosum hoc receptaculo utetur. vale.

XXXII.

C. PLINIUS QUINTILIANO SUO S.

1 Quamvis et ipse sis continentissimus et filiam tuam ita institueris, ut decebat tuam filiam, Tutili neptem, cum tamen sit nuptura honestissimo viro, Nonio Celeri, cui ratio civilium officiorum necessitatem quandam nitoris inponit, debet secundum

---

1 coena **Dp** cogites **rςa** 2 acroamata **Mr** ἀκροάματα **a** acromata **pς** arromata **D** 3 tam **Ma** quam **Dpr** 4 humanitas fuit **a** exenia
v
p cognitionem **M** 6 periundus **D** 7 in sinu fit (fluit **Dp**) cum maxime portus **MDp** *Sichardus* in sinu Amphitheatrum **r** in sinu portus uelut Amphitheatrum **ςa** in sinu quam maximus portus velut amphitheatrum *vulgo: cf. Rutil. Namat. de red. I 239* molibus aequoreum concluditur amphitheatrum 8 opere remunitum **D** 9 portus *om.* **ςa** quae inlatum **pra** quęm inlatum **M** quae in lacum **D** quae inflatum *Mommsenus* 11 ingentia] ingenda **D** 12 contra *uncis inclusit Gesnerus,* prouehit contra: haec *Cortius* deiecta **Mςa** delecta **p** deleta **D** decreta **r** 13 manet **r** sensum **D** uelut quodam **D** 14 eminet iam **Mςa** eminentia et **Dpr** saxeum dorsum **Dpra** os saxeum **M** 15 in *om.* **r** ille **D** 16 adiiciuntur **ςa** proccedenti **Dpr** 17 habebit hic portus etiam habet nomen **Mp** habebit hic portus habet (habebit **r**) etiam nomen **Dr** habebit hic portus et nomen **a** hic portus habet etiam nomen **ς** 18 vel *om.* **rς** 19 inportuosum **Dpra** inęstuosum **M**

XXXII 24 decebat tuam filiam **MD** decebat filiam tuam **pra** tutili ***Mp*** *tutilii* ***rςa*** *tutilli* ***D*** tamen] tum **D** sit *om.* **r**

condicionem mariti veste comitatu augeri; quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen et instruitur. te porro animo 2
beatissimum, modicum facultatibus scio. itaque partem oneris tui mihi vindico et tamquam parens alter puellae nostrae confero quinquaginta milia nummum, plus collaturus, nisi a verecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderem ne recusares. vale.

XXXIII.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

'Tollite cuncta' inquit 'coeptosque auferte labores.' 1
seu scribis aliquid seu legis, tolli auferri iube et accipe orationem meam, ut illa arma, divinam (num superbius potui?), re vera ut inter meas pulchram: nam mihi satis est certare mecum. est haec pro Attia Viriola, et dignitate personae et 2
exempli raritate et iudicii magnitudine insignis. nam femina splendide nata, nupta praetorio viro, exheredata ab octogenario patre intra undecim dies, quam illi novercam amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. sedebant 3
centum et octoginta iudices (tot enim quattuor consiliis colliguntur): ingens utrimque advocatio et numerosa subsellia, praeterea densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat. ad hoc stipatum tribunal, atque etiam ex su- 4
periore basilicae parte qua feminae qua viri et audiendi, quod

---

1 conditionem **MD** conditiones **pra** ueste comitatu augeri quibus non quidem augetur dignitas ornatur tamen et instruitur **rςa** ueste comitatu quibus non quidem augetur dignitas ornatur tamen et instruit' **M** ueste comitateque decorari quibus — instruitur *codex Pragensis* uti veste comitatu quibus — instruitur *Mommsenus* ueste comitatu quibus non quidem agitur dignitas ornatus tamen instrui **Dp** ueste comitatu, quibus non quidem (quidem *om. Sichardus*) augetur dignitas, ornatur tamen, instrui *Sichardus, Gruterus e codice Palatino* 4 uindico mihi **rς** 5 nisi] nihil **p** 6 impetrare **r** posses **D**

XXXIII 10 Tollite] *Verg. Aen. VIII 439* inquid **M** 12 ut illa **MDpr** ut illi **ςa** diuinam *Sichardus et Casaubonus* diuina **MDpra** num] suum **Dp** 13 pulchra **Dp** 14 attia **M** actia **Drς** accia **a** arria **p** uiriola **Mpr** uirriola **D** Variola **ςa** 16 praetorio uiro **Mς** praetori uiro **Dpra** octoginario **M** 17 quam illi nouercam amore captus **M** quam ille nouercam ei amore captus **Dpςa** quasi ille nouercam ei captus **r** 18 quadriplici **M** 19 centum et octoginta iudices **M** iudices centum et octoginta **Dpra** colliguntur **Mrς** conscribuntur **Dp** *Catanaeus* **a** 20 aduocatio et numerosa subsellia praeterea densa circumstantium **M** aduocatorum et (et *om.* ς) numerosa subsellia praestantium **Dpςa** aduocatorum uniuersa subselia praestantium **r** 21 laudatissimum **r** 22 adque **M** 23 quod difficile et quod facile uisendi **a** quod dificile et facile uisendi **M** quod difficile et uisendi **rς** quod difficile (dificile **D**) uisendi **Dp** quod erat difficile et uisendi *Sichardus*

difficile, et, quod facile, visendi studio imminebant. magna ex-
pectatio patrum, magna filiarum, magna etiam novercarum.
5 secutus est varius eventus. nam duobus consiliis vicimus, totidem
victi sumus. notabilis prorsus et mira eadem in causa, isdem
iudicibus, isdem advocatis, eodem tempore tanta diversitas ac-
6 cidit casu, non quod casus videretur. victa est noverca, ipsa
heres ex parte sexta, victus Suberinus, qui exheredatus a patre
singulari inpudentia alieni patris bona vindicabat, non ausus sui
7 petere. haec tibi exposui, primum ut ex epistula scires quae ex
oratione non poteras; deinde (nam detegam artes) ut orationem
libentius legeres, si non legere tibi, sed interesse iudicio vide-
reris: quam, sit licet magna, non despero gratiam brevissimae
8 impetraturam. nam et copia rerum et arguta divisione et nar-
ratiunculis pluribus et eloquendi varietate renovatur. sunt multa
(non auderem nisi tibi dicere) elata, multa pugnacia, multa sub-
9 tilia. intervenit enim acribus illis et erectis frequens necessitas
conputandi ac paene calculos tabulamque poscendi, ut repente
10 in privati iudicii formam centumvirale vertatur. dedimus vela
indignationi, dedimus irae, dedimus dolori et in amplissima
11 causa, quasi magno mari, pluribus ventis sumus vecti. in summa
solent quidam ex contubernalibus nostris existimare hanc ora-
tionem, iterum dicam, ut inter meas ὑπὲρ Κτησιφῶντος esse:
an vere, tu facillime iudicabis, qui tam memoriter tenes omnes,
ut conferre cum hac, dum hanc solam legis, possis. vale.

XXXIIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 Recte fecisti quod gladiatorum munus Veronensibus nostris promisisti, a quibus olim amaris, suspiceris, ornaris. inde etiam

---

1 imminebat M 2 etiam *om.* rς 4 notabilis prorsus res et rς 5 isedem aduocatis D accidat p 6 casu non quod casus uideretur M casu quod (quid r quidem p) non casus uideretur Dpra casu quod non casus uidetur ς casu quidem, sed non ut casus uideretur *Sichardus* ipsa *om.* r 7 heredes M suberinus Ma suberimus rς suberrimus p subberimus D Suburranus *Catanaeus* a patre Mςa patre Dr parte p 8 non ausus sui Mςa non ausus suis Dp tum ausus fui r 9 ex oratore p 10 artesis ut r 11 uideris D 12 quam] quem p 13 impetratura D narraciuncula Dp 14 plusibus et eloquentii M 15 pugnatia MD pugnantia pra 16 enim *om.* rς 18 centumuirale Ma centumuiralem Dpr 19 in *om.* D 20 euecti rς 21 quidem D 22 iterum dicam ut inter meas υπερ Κτησιφωντος esse Dςa *et graecis in lacuna omissis* pr iterum dicam praecipiam ut inter meas esse M iterum dicam praecipuam, ut inter meas, ὡς ὑπὲρ Κτησιφῶντος esse *vulgo ex Catanaei editione secunda* 23 an vere] annuere D

XXXIIII 27 fecistis M quod] qui r gladiatorum Mςa gladiatorium *Dpr* 28 olim] dum p susciperis D

uxorem carissimam tibi et probatissimam habuisti, cuius memo-
riae aut opus aliquod aut spectaculum atque hoc potissimum
quod maxime funeri debebatur. praeterea tanto consensu roga- 2
baris, ut negare non constans, sed durum videretur. illud quo-
que egregie, quod tam facilis, tam liberalis in edendo fuisti.
nam per haec etiam magnus animus ostenditur. vellem Africa- 3
nae, quas coemeras plurimas, ad praefinitum diem occurrissent:
sed licet cessaverint illae tempestate detentae, tu tamen meruisti
ut acceptum tibi fieret, quod quo minus exhiberes non per te
stetit. vale.

---

1 et probatissimam *om.* a 2 aut opus — 3 debebatur Ma aut (a te rς) opus aliquod maxime funebre debeatur (uideatur D) Dpr adque M 3 roganeris D 4 quoque] quom p 5 egregium *Sichardus* 7 accurrissent r 8 illa p detentae Mςa detenta Dp detactae r instruisti r 9 quo *om.* r exhiberis r

C. PLINI CAECILI SECUNDI
EPISTULARUM
LIBER SEPTIMUS.
(a. 107)

I.
C. PLINIUS GEMINO SUO S.

1 Terret me haec tua tam pertinax valetudo, et quamquam te
temperantissimum noverim, vereor tamen ne quid illi etiam in
2 mores tuos liceat. proinde moneo patienter resistas: hoc lauda-
3 bile, hoc salutare. admittit humana natura quod suadeo. ipse
certe sic agere sanus cum meis soleo, 'spero quidem, si forte
in adversam valetudinem incidero, nihil me desideraturum vel
pudore vel paenitentia dignum; si tamen superaverit morbus,
denuntio ne quid mihi detis nisi permittentibus medicis sciatis-
que, si dederitis, ita vindicaturum, ut solent alii quae negantur.'
4 quin etiam cum perustus ardentissima febre, tandem remissus
unctusque acciperem a medico potionem, porrexi manum utque
5 tangeret dixi admotumque iam labris poculum reddidi. postea

---

1 EXPLICITUS LIB. SEXTUS INCIP LIBER SEPTIMUS M C. PLINII . SECUNDI . NOVOCOMENSIS . EPISTOLARVM . LIBER . SEXTUS . EXPLICIT . INCIPIT . SEPTIMVS . D C. Plinii Secundi epistolarum liber VI explicit incipit septimus lege feliciter r C. Plinii Nouicomensis liber septimus epistolarum incipit p C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS a

I 6 GEMINO M GEMINIO Drς RESTITUTO a: *inscriptio epistulae omissa est in* p 7 tam *om.* p te temperantissimum M te temperatissimum Dpa te quam temperatissimum rς 8 ille r 9 suos Dp resistat r 13 patientia a 14 detis M desit Dpr detur ςa sciantque si dederint rς 15 solent aliqua negant qui etiam perustus p quae | qui r 16 febri a 17 nictusque D utque (utquę M) tangeret Mrς *ut quem tangeret* D utque me tangeret p ut tangeret a

cum vicensimo valetudinis die balineo praepararer mussantesque
medicos repente vidissem, causam requisivi. responderunt posse
me tuto lavari, non tamen omnino sine aliqua suspicione. 'quid' 6
inquam 'necesse est?' atque ita spe balinei, cui iam videbar
inferri, placide leniterque dimissa ad abstinentiam rursus non
secus ac modo ad balineum animum vultumque conposui. quae 7
tibi scripsi, primum ut te non sine exemplo monerem, deinde
ut in posterum ipse ad eandem temperantiam adstringerer, cum
me hac epistula quasi pignore obligassem. vale.

II.

C. PLINIUS IUSTO SUO S.

Quem ad modum congruit ut simul et adfirmes te adsiduis 1
occupationibus impediri et scripta nostra desideres, quae vix ab
otiosis impetrare aliquid perituri temporis possunt? patiar ergo 2
aestatem inquietam vobis exercitamque transcurrere et hieme
demum, cum credibile erit noctibus saltem vacare te posse, quae-
ram, quid potissimum ex nugis meis tibi exhibeam. interim 3
abunde est, si epistulae non sunt molestae; sunt autem, et ideo
breviores erunt. vale.

III.

C. PLINIUS PRAESENTI SUO S.

Tantane perseverantia tu modo in Lucania, modo in Cam- 1
pania? 'ipse enim' inquis 'Lucanus, uxor Campana'. iusta causa
longioris absentiae, non perpetuae tamen. quin ergo aliquando 2
in urbem redis? ubi dignitas honor amicitiae tam superiores
quam minores. quousque regnabis? quousque vigilabis cum voles,
dormies quam diu voles? quousque calcei nusquam, toga feriata,
liber totus dies? tempus est te revisere molestias nostras vel 3
ob hoc solum, ne voluptates istae satietate languescant. saluta

1 uincensimo M 2 medico repetente p requisii a inquisiui D 3 aliqua] alia Dp 5 leniterque pra lauiterque D leuiterque M dimissa abstineutiam M 8 ipsi M cum me *om.* Dpr 9 obligauissem a, *om.* Dp

II 11 Fabio Iusto ς 12 simul] simu M affirmares D 13 inpedire ut scripta D 14 aliquod Dp petituri D possunt *om.* Dp 15 nobis ςa exercitatamque r hiemem Dp 16 posses D 17 ex nugis si meis D 18 non sunt tibi molestae rς ideo] uel eo p 19 erunt *om.* rς

III 21 Crescentio Praesenti ς 23 Campana] Campania pr* 26 quousque regnabis M quousque regna uis a, *om.* Dpr cum] dum r 28 totos dies a te *om.* a

paulisper, quo sit tibi iucundius salutari, terere in hac turba,
4 ut te solitudo delectet. sed quid inprudens quem revocare conor
retardo? fortasse enim his ipsis admoneris ut te magis ac magis
5 otio involvas, quod ego non abrumpi, sed intermitti volo. ut
enim, si cenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur, ita nunc hortor ut iucundissimum genus vitae non nullis interdum quasi acoribus condias. vale.

IIII.

C. PLINIUS PONTIO SUO S.

1 Ais legisse te hendecasyllabos meos; requiris etiam, quem
ad modum coeperim scribere, homo, ut tibi videor, severus, ut
2 ipse fateor, non ineptus. numquam a poetice (altius enim re-
petam) alienus fui; quin etiam quattuordecim natus annos grae-
cam tragoediam scripsi. qualem? inquis. nescio; tragoedia vo-
3 cabatur. mox, cum e militia rediens in Icaria insula ventis
detinerer, latinos elegos in illud ipsum mare ipsamque insulam
feci. expertus sum me aliquando et heroo, hendecasyllabis nunc
primum, quorum hic natalis, haec causa est. legebantur in Lau-
rentino mihi libri Asini Galli de conparatione patris et Cicero-
4 nis: incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum. dein, cum
meridie (erat enim aestas) dormiturus me recepissem, nec ob-
reperet somnus, coepi reputare maximos oratores hoc studii
5 genus et in oblectationibus habuisse et in laude posuisse. in-
tendi animum contraque opinionem meam post longam desuetudinem perquam exiguo temporis momento id ipsum, quod me ad scribendum sollicitaverat, his versibus exaravi,

6 cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,

---

1 sit tibi **M**a tibi sit **D**pr in haec uerba **D** 2 reuocare *Pomponius Laetus* euocare **MD**pra 3 his] is **D** admoneris *om.* **D** 4 ego rumpi **D** 5 cenam tibi **M**a tibi coenam **D**pr 6 exercitaretur r 8 acoribus **D**, *cod. Pal. Gruteri*, *Sichardus* acrioribus **M**pra

IIII 13 fateor **M**ςa fatior r patior **D**p 14 fui *om.* **D**p quin **M**ςa qui **D**pr 15 scribsi **M** uocatur a 16 in caria **M** 18 et hero[o] hendicasyllabis **M** etero (hetero p) hendecasyllabis **D**p et habeo endecasyllabis r heroico at hendecasyllabis *Catanaeus* et heroico hendecasyllabis a 19 hic] hinc **D** haec causae et **D** hae causae et p 20 libri asini (Asinii ra) galli **M**ra Asinii Galli libri ς libri asiani galli **D** asiani galli libri p 21 incidit epigramma Ciceronis *in marg. add.* **M** deinde pς 22 ne obreperet p 23 studii] studio r studendi **D** 24 laudibus **D** 25 consuetudinem **D** 27 his versibus — 28 parenti *om.* **M** 28 ille] ipse p *29 ausus de Cicerone dare est Casaubonus* ausus de cicerone daret **D**pr

lascivum inveni lusum Ciceronis et illo
spectandum ingenio, quo seria condidit et quo
humanis salibus multo varioque lepore
magnorum ostendit mentes gaudere virorum.
nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
paucula cenato sibi debita savia Tiro
tempore nocturno subtraxerit. his ego lectis,
cur post haec, inquam, nostros celamus amores
nullumque in medium timidi damus atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
blanditias et furta novas addentia flammas?

transii ad elegos; hos quoque non minus celeriter explicui: ad- 7
didi iambos facilitate corruptus. deinde in urbem reversus so-
dalibus legi. probaverunt. inde plura metra, siquid otii, maxime 8
in itinere temptavi. postremo placuit exemplo multorum unum
separatim hendecasyllaborum volumen absolvere, nec paenitet.
legitur, describitur, cantatur etiam et a Graecis quoque, quos 9
latine huius libelli amor docuit, nunc cithara nunc lyra perso-
natur. sed quid ego tam gloriose? quamquam poetis furere con- 10
cessum est: et tamen non de meo, sed de aliorum iudicio lo-
quor, qui sive iudicant sive errant, me delectant. unum precor,
ut posteri quoque aut errent similiter aut iudicent. vale.

V.

C. PLINIUS CALPURNIAE SUAE S.

Incredibile est quanto desiderio tui tenear: in causa amor 1
primum, deinde quod non consuevimus abesse. inde est quod
magnam noctium partem in imagine tua vigil exigo, inde quod
interdiu quibus horis te visere solebam ad diaetam tuam ipsi

---

ausus de Cicerone dare a Rursus de cicerone daret **M**, *quod probavit Burmannus in Verg. georg. II 200*, plausus de Cicerone daret *Pontanus in Macrob. saturn. VII 15* versu de Cicerone daret *Cortius* prorsus de Cicerone daret *Titzius* 1 lasciuium r inuenit usum **Dp** 5 male **D** frustatus **M** 6 cenatu **D** cenatio r 9 nullique *Casaubonus* timida **Dp** adque **M** 10 nosce a 12 transii **M** *Catanaeus* transi **Dpra** 13 iambos *Mommsenus Herm. III p. 105* alios **Mrςa** altos **Dp** in urbe deinde **D** 14 pronauerunt **D** inde] dein a ocii maxime in ςa otii ac maxime in **M** otii maxime si in **Dpr** 17 etiam et a graecis **MD** et tam et a graecis p etiam graecis rς etiam a graecis *Catanaeus* etiam et graecis a 19 tam glorioso **MDpa** tum furiose r tam furiose ς poetis furere a poetis frucre **M** poetis fuere **D** furere poetis p poetis quoque furere rς 21 delectat **M** 22 autem iudicent r

V 24 Calpurnio suo p 27 magna noctium partem **D** magnam partem noctium a uigil exigo inde quod **Mςa** uigilem exigo inde quod **Dr** uigilem. exigo tamen quod p

me, ut verissime dicitur, pedes ducunt, quod denique aeger et
maestus ac similis excluso a vacuo limine recedo. unum tempus
2 his tormentis caret, quo in foro amicorum litibus conteror. ae-
stima tu, quae vita mea sit, cui requies in labore, in miseria
curisque solacium. vale.

VI.

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

1 Rara et notabilis res Vareno contigit, sit licet adhuc dubia.
Bithyni accusationem eius ut temere inchoatam omisisse narran-
tur. narrantur dico? adest provinciae legatus, attulit decretum
concilii ad Caesarem, attulit ad multos principes viros, attulit
2 etiam ad nos, Vareni advocatos. perstat tamen idem ille Magnus;
quin etiam Nigrinum, optimum virum, pertinacissime exercet.
per hunc a consulibus postulabat ut Varenus exhibere rationes
3 cogeretur. adsistebam Vareno iam tantum ut amicus et tacere
decreveram. nihil enim tam contrarium, quam si advocatus a
senatu datus defenderem ut reum, cui opus esset ne reus vide-
4 retur. cum tamen finita postulatione Nigrini consules ad me
oculos retulissent, 'scietis' inquam 'constare nobis silentii nostri
rationem, cum veros legatos provinciae audieritis.' contra Ni-
grinus 'ad quem missi sunt?'. ego 'ad me quoque; habeo decre-
5 tum provinciae.' rursus ille 'potest tibi liquere.' ad hoc ego
'si tibi ex diverso liquet, potest et mihi quod est melius liquere.'
6 tum legatus Polyaenus causas abolitae accusationis exposuit po-
stulavitque ne cognitioni Caesaris praeiudicium fieret. respondit
Magnus iterumque Polyaenus. ipse raro et breviter interlocutus
7 multum me intra silentium tenui. accepi enim non minus inter-

1 aeger et maestus **M**a egerer mestus **D** aeger metus p aeger metu rς aeger mente *Sichardus* 2 ac] et rςa cedo a 3 in foro amicorum **M** in foro et amicorum **D**pra contereor **D** 5 solatium est a

VI 8 contigit Vareno a 9 narrantur narrantur dico adest **M**rς narrantur dico adest **D**pa narrantur. de eo adest *Sichardus* 12 aduocatus **M** praestat pa ille idem rς Magius *Catanaeus* 13 pertinacissimum a 17 ut reum] et reum p et rerum **D** esset etiam ne **D**r 20 cum] sum **D**p provinciae] prout uitae **D** prout in te p contra nigrinum pr 21 quoque] cum p decretum] dicere tum **M** 22 ad hoc ego si tibi *om.* **M** 23 liquet] libet p quod est melius liquere tum legatus **M**a quod est melius causa loquetur legatus r quod est melius (si *add.* ς) causa liqueret legatus (leganus **D**) **D**pς quod est melius in causa liquere. tum legatus *Sichardus* 24 polienus **D**pr 25 cognitione pς 26 Magius *Catanaeus* iterum quae **M** interdumque **D** polianus p Polienus ς 27 me intra silentium tenui **M** intra silentium tenui (tenus **D**p tenui *me* ς) **D**prς me in silentio tenui a

dum oratorium esse tacere quam dicere, atque adeo repeto me
quibusdam capitis reis vel magis silentio quam oratione accura-
tissima profuisse. mater amisso filio (quid enim prohibet, quam- 8
quam alia ratio scribendae epistulae fuerit, de studiis disputare?)
libertos eius eosdemque coheredes suos falsi et veneficii reos
detulerat ad principem iudicemque inpetraverat Iulium Servianum.
defenderam reos ingenti quidem coetu: erat enim causa notis- 9
sima, praeterea utrimque ingenia clarissima. finem cognitioni
quaestio inposuit, quae secundum reos dedit. postea mater adiit 10
principem, adfirmavit se novas probationes invenisse. praece-
ptum est Suburano ut vacaret finitam causam retractanti, siquid
novi adferret. aderat matri Iulius Africanus, nepos illius ora- 11
toris, quo audito Passienus Crispus dixit 'bene mehercule, bene:
sed quo tam bene?'. huius nepos, iuvenis ingeniosus, sed [non]
parum callidus, cum multa dixisset adsignatumque tempus in-
plesset, 'rogo' inquit, 'Suburane, permittas mihi unum verbum
adicere.' tum ego, cum omnes me ut diu responsurum intue- 12
rentur, 'respondissem' inquam, 'si unum illud verbum Africanus
adiecisset, in quo non dubito omnia nova fuisse.' non facile me 13
repeto tantum adsensum agendo consecutum, quantum tunc non
agendo. similiter nunc et probatum et exceptum est, quod pro
Vareno hactenus non tacui. consules, ut Polyaenus postulabat, 14
omnia integra principi servaverunt, cuius cognitionem suspensus
expecto. nam dies illa nobis pro Vareno aut securitatem et

---

1 oratorium esse M ς a oratorium est D oratorium esse et p oratorum esse r adque M quibusdam me a me quibus D 2 accuratissime a 3 praefuisse p 5 liberto D falsi ut ueneficii a uenefici D reus p reo D 6 detulerit a seruianum MDp *Catanaeus* a suburanum r Semianum ς 8 fine r 9 quae *om.* M adit a 11 suburano Mpra suburbano D Semiano ς Seruiano *Catanaeus* retractandi Dpr* 12 nepos (nepus M) illius oratoris Ma nepos iulius oratoris D nepos Iulii oratoris pr 13 auditu r mehercule] et hercules D me haeredem p 14 sed quo a sed qd (*h. e.* quod) M sed quid D sed quidem pr sed quid hoc ς huius nepus M Iulius Nepos a sed parum *Catanaeus* et non parum rς 15 callidus pra callus D gallus M cum ulta D 16 suburane Mra suburano Dp Semiane ς Seruiane *Catanaeus* permittis r unum uerbum Mrς unum uersum Dpa 17 adiicere Dpr dicere Ma. negavit ille *vel simile quiddam post* adicere *excidisse suspicatur Mommsenus* 18 unum illud uerbum Mrς unum illum uersum Dpa 20 tantum — non agendo MDr tantum adsensum in agendo consecutum quantum tunc non agendo ς tantum consecutum adsensum agendo quantum non agendo a tantum iam adsensum agendo (*rell. om.*) p 22 hactenus tacui *Sichardus et 'membranae' Modii novant. lect. 92 Grut. lamp. V p. 241* hactenus non egi *G. H. Schaeferus* polyanus p Polienus ς 23 principes M seruarentur p 24 expeto D expectet p securitatem nobis et r

otium dabit aut intermissum laborem renovata sollicitudine iniunget. vale.

VII.

C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

1 Et proxime Prisco nostro et rursus, quia ita iussisti, gra-
tias egi, libentissime quidem. est enim mihi periucundum quod
viri optimi mihique amicissimi adeo cohaesistis, ut invicem vos
2 obligari putetis. nam ille quoque praecipuam se voluptatem ex
amicitia tua capere profitetur certatque tecum honestissimo cer-
tamine mutuae caritatis, quam ipsum tempus augebit. te ne-
gotiis distineri ob hoc moleste fero, quod deservire studiis non
potes. si tamen alteram litem per iudicem, alteram, ut ais, ipse
finieris, incipies primum istic otio frui, deinde satiatus ad nos
reverti. vale.

VIII.

C. PLINIUS PRISCO SUO S.

1 Exprimere non possum, quam iucundum sit mihi quod Sa-
turninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias
2 epistulis agit. perge ut coepisti virumque optimum quam fa-
miliarissime dilige, magnam voluptatem ex amicitia eius per-
3 cepturus, nec ad breve tempus. nam cum omnibus virtutibus
abundat, tum hac praecipue, quod habet maximam in amore
constantiam. vale.

VIIII.

C. PLINIUS FUSCO SUO S.

1 Quaeris, quem ad modum in secessu, quo iam diu frueris,
2 putem te studere oportere. utile in primis, et multi praecipiunt,
vel ex graeco in latinum vel ex latino vertere in graecum. quo
genere exercitationis proprietas splendorque verborum, copia
figurarum, vis explicandi, praeterea imitatione optimorum si-

---

VII 5 Ut proxime p 6 mihi *om.* Dpr 7 mihique Ma uirique Dpr 8 potuetis D 10 quam] cum p 12 potest r ut ais ipse Ma ut ais tu ipse rς ut ipse Dp

VIII 19 epistulas D utrumque p 22 abundet a hac] hic p

VIIII 25 Tusco p Cornelio Fusco ς 26 frueris Mςa fueris Dpr 27 utile in primis et multi praecipiunt Ma utili mihi primum et multi praeceperunt D utile mihi primum et multis (multos r) praecipue erit pr 28 *vertere om.* p 30 mutatione r

milia inveniendi facultas paratur. simul quae legentem fefellissent transferentem fugere non possunt. intellegentia ex hoc et
iudicium adquiritur. nihil offuerit quae legeris hactenus, ut rem 3
argumentumque teneas, quasi aemulum scribere lectisque conferre ac sedulo pensitare, quid tu, quid ille commodius. magna gratulatio, si non nulla tu, magnus pudor, si cuncta ille melius. licebit interdum et notissima eligere et certare cum electis.
audax haec, non tamen inproba, quia secreta contentio: quam- 4
quam multos videmus eius modi certamina sibi cum multa laude sumpsisse, quosque subsequi satis habebant, dum non desperant,
antecessisse. poteris et quae dixeris post oblivionem retractare, 5
multa retinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere.
laboriosum istud et taedio plenum, sed difficultate ipsa fructuo- 6
sum, recalescere ex integro et resumere impetum fractum omissumque, postremo nova velut membra peracto corpori intexere
nec tamen priora turbare. scio nunc tibi esse praecipuum stu- 7
dium orandi; sed non ideo semper pugnacem hunc et quasi bellatorium stilum suaserim. ut enim terrae variis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac nunc illa meditatione
recoluntur. volo interdum aliquem ex historia locum adprehen- 8
das, volo epistulam diligentius scribas. nam saepe in oratione quoque non historica modo sed prope poetica descriptionum necessitas incidit, et pressus sermo purusque ex epistulis petitur.
fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo (id enim 9
perfici nisi in otio non potest), sed hoc arguto et brevi, quod
apte quantas libet occupationes curasque distinguit. lusus vocan- 10
tur; sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consequuntur. atque adeo (cur enim te ad versus non versibus adhorter?)

ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur 11
si doctos digitos iussaque fiat opus,

---

1 paraturi pr* 2 intellegenti Dp 4 quasi erulum D 6 si non nulla tu Mr *et codices Modii novant. lect. 92 Grut. lamp. V p. 242,* non nulla tum Dp si nonnulla tum ς a 7 cum *om.* D 9 uidemus *om.* p 10 quosque Mr ς a quos D quousque p habebunt r 11 poterunt et quae dixerunt r 12 detinere a plura] multa Dp 16 tibi] te Dp 17 bellorum Dp 18 terra p 19 illa Mr ς illac Dpa medietatem p 21 scribas. nolo carmina. nam ς in oratione quoque r ς in orationes quoque MDa in oratione quos p 22 non historica modo sed prope poetica descriptionum (descriptione D) MDa non historia modo sed proprie poetica descriptione p non historicae (historice r) modo sed prope poeticae (poetice r) descriptionis r ς *et codex Modii l. c.* 25 profici r 26 quantalibet occupationis D distringit p uocatur D 30 laus] laetus p cerae] caesare Dp 31 fiat] fingat r ς

et nunc informet Martem castamve Minervam,
nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum;
utque sacri fontes non sola incendia sistunt,
saepe etiam flores vernaque prata iuvant:
sic hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigidas docta mobilitate decet.

12 itaque summi oratores, summi etiam viri sic se aut exercebant
13 aut delectabant, immo delectabant exercebantque. nam mirum
est ut his opusculis animus intendatur remittatur. recipiunt enim
amores, odia, iras, misericordiam, urbanitatem, omnia denique
14 quae in vita atque etiam in foro causisque versantur. inest his
quoque eadem quae aliis carminibus utilitas, quod metri neces-
sitate defuncti soluta oratione laetamur et quod facilius esse con-
15 paratio ostendit libentius scribimus. habes plura etiam fortasse,
quam requirebas, unum tamen omisi; non enim dixi, quae le-
genda arbitrarer: quamquam dixi, cum dicerem quae scribenda.
tu memineris sui cuiusque generis auctores diligenter eligere.
16 aiunt enim multum legendum esse, non multa. qui sint hi, adeo
notum probatumque est, ut demonstratione non egeat; et alioqui
tam immodice epistulam extendi, ut, dum tibi quem ad modum
studere debeas suadeo, studendi tempus abstulerim. quin ergo
pugillares resumis et aliquid ex his vel istud ipsum quod coe-
peras scribis? vale.

X.

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

1 Quia ipse, cum prima cognovi, iungere extrema quasi avulsa
cupio, te quoque existimo velle de Vareno et Bithynis reliqua
2 cognoscere. acta causa hinc a Polyaeno, inde a Magno. finitis
actionibus Caesar 'neutra' inquit 'pars de mora queretur: erit
3 mihi curae explorare provinciae voluntatem.' multum interim

---

1 castamque a 4 praua a iuuant Mrς lauant pa lauant D 5 homines D flecti ingenium rς 7 sumi etiam M 9 enim *om.* rς 11 in vita] ad uitam Dp quoque his D 12 quae *om.* p 13 defuncti *Barthius et Gesnerus* deuincti Dpra deuinctis M 17 tum memineris M sui quosque generis *Cortius* elegere M 18 aiunt enim non multum legendum esse sed multa a 19 probatumque M prouocatumque Dpra pervulgatumque *G. H. Schaeferus* 20 epistulam extendi MDrς epistola mea tendi p epistola me extendi a 22 resumis Dpς resummis r resumes M sumis a aliquod D

X 28 hinc] huic D inde magno Dp inde a Magio *Catanaeus* 29 caesar Mrςa coeterum D ea aetas p inquit (inquid M) pars de mora Mrςa inquis per isdem ora D inquis pro iisdem hora p quaereretur p

Varenus tulit. etenim quam dubium est, an merito accusetur qui an omnino accusetur incertum est? superest ne rursus provinciae quod damnasse dicitur placeat agatque paenitentiam paenitentiae suae. vale.

XI.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

Miraris quod Hermes, libertus meus, hereditarios agros, 1
quos ego iusseram proscribi, non expectata auctione pro meo
quincunce ex septingentis milibus Corelliae addixerit. adicis hos
nongentis milibus posse venire ac tanto magis quaeris, an quod
gessit ratum servem. ego vero servo: quibus ex causis, accipe. 2
cupio enim et tibi probatum et coheredibus meis excusatum esse,
quod me ab illis maiore officio iubente secerno. Corelliam cum 3
summa reverentia diligo, primum ut sororem Corelli Rufi, cuius
mihi memoria sacrosancta est, deinde ut matri meae familiarissimam.
sunt mihi et cum marito eius, Minicio Iusto, optimo 4
viro, vetera iura; fuerunt et cum filio maxima, adeo quidem, ut
praetore me ludis meis praesederit. haec, cum proxime istic fui, 5
indicavit mihi cupere se aliquid circa Larium nostrum possidere.
ego illi ex praediis meis quod vellet et quanti vellet obtuli exceptis
maternis paternisque: his enim cedere ne Corelliae quidem
possum. igitur cum obvenisset mihi hereditas, in qua prae- 6
dia ista, scripsi ei venalia futura. has epistulas Hermes tulit
exigentique ut statim portionem meam sibi addiceret paruit.
vides, quam ratum debeam habere quod libertus meus meis moribus
gessit. superest ut coheredes aequo animo ferant sepa- 7
ratim me vendidisse quod mihi licuit omnino non vendere. nec
vero coguntur imitari meum exemplum: non enim illis eadem 8
cum Corellia iura. possunt ergo intueri utilitatem suam, pro qua
mihi fuit amicitia. vale.

---

2 qui an omnino **M** r quia nomino **D** p qui quo nomine ς a   inertum **D**   4 vale *om.* **D**

XI 6 PROSOCERO *om.* p   9 ex **M** a et **D** p r, *om.* ς   Corelliae — 10 posse *om.* **D**   adicis] addicii r   hos nongentis milibus posse uenire **M** posse eos nongentis (nouingentis r) milibus uenire p r a   11 gesserit a   13 uiuente secerno **D** uiuente socero p   cum] enim r   14 Corellii p a   15 deinde ut matri p r a deinde matri **M** deinde mihi ut matri **D**   16 minicio iusto **M** militio iusto **D** Minutio iusto a minutio fusco r ς fusco milite p   18 praesederis **D**   19 larium fecisti nostrum **D** p   21 paternis maternisque p a   coreliae **D**   23 tulit *om.* **D** p   24 adiiceret **D** r   25 debeam habere **M** habere debeam **D** p r a   27 nendicasse **D**   quod a mihi **D** quo mihi p   omnino non uendere **M** a omnino uendere p r omnem non uendere **D**   29 corelia **D**   iura sunt. possunt a

XII.

C. PLINIUS MINICIO SUO S.

1 Libellum formatum a me, sicut exegeras, quo amicus tuus, immo noster (quid enim non commune nobis?), si res posceret, uteretur, misi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, id
2 est disperdendi, haberes. habebis tamen, an emendandi nescio, utique disperdendi. ὑμεῖς γὰρ οἱ εὔζηλοι optima quaeque detra-
3 hitis. quod si feceris, boni consulam. postea enim illis ex aliqua occasione ut meis utar et beneficio fastidii tui ipse laudabor, ut in eo quod adnotatum invenies et superscripto alio explicitum.
4 nam cum suspicarer futurum ut tibi tumidius videretur, quoniam est sonantius et elatius, non alienum existimavi, ne te torqueres, addere statim pressius quiddam et exilius vel potius humilius et
5 peius, vestro tamen iudicio rectius. cur enim non usquequaque tenuitatem vestram insequar et exagitem? haec, ut inter istas
6 occupationes aliquid aliquando rideres; illud serio, vide ut mihi viaticum reddas, quod inpendi data opera cursore dimisso. ne tu, cum hoc legeris, non partes libelli, sed totum libellum inprobabis negabisque ullius pretii esse, cuius pretium reposceris. vale.

XIII.

C. PLINIUS FEROCI SUO S.

1 Eadem epistula et non studere te et studere significat. aenigmata loquor. ita plane, donec distinctius quod sentio enun-

---

XII 2 MINICIO M MINUTO D Minutio pra 3 excut (si) exegeras M sicut egeras Dp 4 non enim rς conmune M si reposceret a 5 misi] nisi D ne tempus emendandi eum nescio utique disperdendi haberes optima quaeque detrahitis *lacuna post* haberes *relicta* r eum (eium M) id est disperdendi Mςa nescio utique disperdendi Dp 7 disperdendi (disperandi D) ὑμεῖς γὰρ (γὰρ *om.* a) οἱ εὔζηλοι optima quaeque detrahitis Dςa *et graecis in lacuna omissis* p disperdendi si optima quaeque detraxeris M disperdendi (ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι), optima quaeque si detraxeris *vulgo ex Catanaei editione secunda* 9 fastidi M ut in eo quod adnotatum inuenies Ma ut in eo quoque adnotatum inuenies Dp ut in eo quod annotandum annotatum (ānotādum ā no tm̄ r) quoque inuenies rς. unumquodque annotatum inuenies *I. F. Gronovius* tu meo, quod adnotatum inuenies *Barthius* . *fortasse* utique in eo quod adnotatum inuenies 10 suprascripto (suprascriptum p) aliter explicitum MDpr suprascripto aliter explicetur a suprascripto alio recte explicitum *Barthius* 11 timidius D quoniam] quod *Catanaeus* 12 torqueris M 13 adderes p quoddam D 14 uestro tamen M *Beroaldus* a uel tamen D uos tamen p uel tuo r 15 nostram D insequar et (et *om.* Dp) exagitem haec ut MD pa insequar exagitemque ut rς 16 uideo ut Dp 17 inpendi data opera Mςa impendi (impendit p) operam Dpr 18 hoc cum D legeres a improbares negaresque a 19 reposceres a

XIII 23 et non studere te (te *om.* p) et studere Mpr et te (te *om.* a) *studere et non studere* Da significata a 24 planae M

tiem. negat enim te studere, sed est tam polita, quam nisi a 2
studente non potest scribi: aut es tu super omnes beatus, si
talia per desidiam et otium perficis. vale.

XIIII.

C. PLINIUS CORELLIAE SUAE S.

Tu quidem honestissime, quod tam inpense et rogas et exigis 1
ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex septingentis mi-
libus, quanti illos a liberto meo, sed ex nongentis, quanti a
publicanis partem vicesimam emisti. invicem ego et rogo et 2
exigo ut non solum quid te, verum etiam quid me deceat aspi-
cias patiarisque me in hoc uno tibi eodem animo repugnare,
quo in omnibus obsequi soleo. vale.

XV.

C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

Requiris quid agam. quae nosti: distringor officio, amicis 1
deservio, studeo interdum, quod non interdum, sed solum sem-
perque facere, non audeo dicere rectius, certe beatius erat. te 2
omnia alia quam quae velis agere moleste ferrem, nisi ea quae
agis essent honestissima. nam et rei publicae suae negotia cu-
rare et disceptare inter amicos laude dignissimum est. Prisci 3
nostri contubernium iucundum tibi futurum sciebam. noveram
simplicitatem eius, noveram comitatem: eundem esse, quod mi-
nus noram, gratissimum experior, cum tam iucunde officiorum
nostrorum meminisse eum scribas. vale.

XVI.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

Calestrium Tironem familiarissime diligo et privatis mihi et 1
publicis necessitudinibus inplicitum. simul militavimus, simul 2

1 quam M quae pa quod Drς 2 es tu] estus M
XIIII 5 CORELLIAE a CORRELLIAE M CORELIAE Dpr 8 non-ingentis r 9 parte M 10 etiam] et r 11 patiarisque me in hoc Mpa patiaris in hoc r patrisque in hoc D patiaris me in hoc *Beroaldus* eodem] eo r
XV 15 quae nosti Mpςa quae nostri D quid nosti r: quo nosti distringor officio *Sichardus* destringor M 17 facere] facio r dicere ut rectius r te omnia alia MDpr et alia omnia a 18 uellis M uelles ς ferre pa 19 rei publicae suae negotia curare et disceptare Mrςa rei publicae suae negotiis (nego D) et disceptare Dp rei publicae seruire negotiis et disceptare *vulgo e codice Palatino Gruteri* 21 tibi] mihi Dp 22 quo minus Dp 23 cum tam Mςa quem tam r quo iam D quom p 24 eum scribas Mpςa cum scribas r conscribas D
XVI 26 SOCERO a, *om.* p 27 Palestrium p alestrum r familiarissimum Dp mihi etiam publicis D

quaestores Caesaris fuimus. ille me in tribunatu liberorum iure
praecessit, ego illum in praetura sum consecutus, cum mihi Cae-
sar annum remisisset. ego in villas eius saepe secessi, ille in
3 domo mea saepe convaluit. hic nunc pro consule provinciam
Baeticam per Ticinum est petiturus. spero, immo confido facile
4 me impetraturum ut ex itinere deflectat ad te, si voles vindicta
liberare quos proxime inter amicos manumisisti. nihil est quod
verearis ne sit hoc illi molestum, cui orbem terrarum circumire
5 non erit longum mea causa. proinde nimiam istam verecundiam
pone teque quid velis consule. illi tam iucundum quod ego,
quam mihi quod tu iubes. vale.

XVII.

C. PLINIUS CELERI SUO S.

1 Sua cuique ratio recitandi; mihi, quod saepe iam dixi, ut,
2 siquid me fugit, ut certe fugit, admonear. quo magis miror quod
scribis fuisse quosdam qui reprehenderent quod orationes omnino
3 recitarem; nisi vero has solas non putant emendandas. a quibus
libenter requisierim, cur concedant, si concedunt tamen, histo-
riam debere recitari, quae non ostentationi, sed fidei veritatique
componitur, cur tragoediam, quae non auditorium, sed scaenam
et actores, cur lyrica, quae non lectorem, sed chorum et lyram
4 poscunt. at horum recitatio usu iam recepta est. num ergo cul-
pandus est ille qui coepit? quamquam orationes quoque et nostri
5 quidam et Graeci lectitaverunt. supervacuum tamen est recitare
quae dixeris. etiam, si eadem omnia, si isdem omnibus, si sta-
tim recites. si vero multa inseras, multa commutes, si quosdam

---

1 caesarea M 2 constitutus Dr 4 proconsule Mrς proconsuli Dp proconsul a 5 facile me] facillime D 6 ut *om.* Dpr at te M 8 illi molestium hoc M urbem r 9 nimis istam Dp 10 iucundum quod ego quam mihi quod tu iubes Ma iucundum quam mihi quod tu iubes Dpς iucundum quod ego quasi mihi tu iubes r

XVII 13 Nonio Celeri ς 14 ratio est recitandi rς ut si quid MDςa ut si qui p ut quid r 15 ut certe fugit Ma ut cur te fugit p ut quurte fugit D certe me fugit r ut certe me fugit *Catanaeus* admoneat p 16 reprenderent M omnino *om.* D 17 recitare nisi has r 18 requisierim Mrς requisieris Dp requisieram a 19 deberi r hostentationi M ostentationis Dp 20 auditorum r schaenam M 21 actores Ma actor et Dr actionem et p actorem et ς 22 poscuntur ad horum M iam] nam D num] non p 23 cepit M coeperit pr quamquam orationes quoque (quoque *om.* ς) et nostri quidam (quidem pς) et graeci Mpςa quanquam orationes quanquam et nostri quidam graeci D quamquam orationes nostri quidem graeci r 25 etiam] nam p si eadem omnia si isdem Dpr si eadem si isdem M si eadem omnia iisdem a omnibus statim D 26 inseras Mpς inferas Dra commutas D committes r

novos, quosdam eosdem, sed post tempus adsumas, cur minus
probabilis sit causa recitandi quae dixeris quam edendi? sed 6
difficile est ut oratio, dum recitatur, satisfaciat. iam hoc ad
laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi. nec 7
vero ego, dum recito, laudari, sed dum legor, cupio. itaque
nullum emendandi genus omitto. ac primum quae scripsi mecum
ipse pertracto; deinde duobus aut tribus lego; mox aliis trado
adnotanda notasque eorum, si dubito, cum uno rursus aut al-
tero pensito; novissime pluribus recito, ac siquid mihi credis,
tunc acerrime emendo. nam tanto diligentius quanto sollicitius 8
intendo. optime autem reverentia pudor metus iudicant, idque
adeo sic habe. nonne, si locuturus es cum aliquo quamlibet
docto, uno tamen, minus commoveris, quam si cum multis vel
indoctis? nonne, cum surgis ad agendum, tunc maxime tibi 9
ipse diffidis, tunc commutata, non dico plurima, sed omnia cu-
pis? utique si latior scaena et corona diffusior: nam illos quoque
sordidos pullatosque reveremur. nonne, si prima quaeque inpro- 10
bari putas, debilitaris et concidis? opinor, quia in numero ipso
est quoddam magnum conlatumque consilium, quibusque singulis
iudicii parum, omnibus plurimum. itaque Pomponius Secundus 11
(hic scriptor tragoediarum), siquid forte familiarior amicus tol-
lendum, ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat 'ad populum
provoco', atque ita ex populi vel silentio vel adsensu aut suam
aut amici sententiam sequebatur. tantum ille populo dabat. recte 12
an secus, nihil ad me. ego enim non populum advocare, sed
certos electosque soleo, quos intuear, quibus credam, quos de-
nique et tamquam singulos observem et tamquam non singulos
timeam. nam quod M. Cicero de stilo, ego de metu sentio. 13
timor est timor emendator asperrimus. hoc ipsum, quod nos re-

---

1 nouos **M**ς**a** tuos **Dpr** 3 iam] nam **p**ς 4 rationem recitandi **D** 6 ac] nunc **D** quae] quem **p** 8 adnotandasque eorum **M** aut cum altero **pr** 9 credis tunc *om.* **D**, tunc *om.* **p** 10 quanto sollicitius *om.* **M** 11 autem optime **p** 12 habet **r** si locuturus es **Ma** si locuturus esses **D**ς sic locuturus esses **r** locuturus esses **p** quamlibet **Mpa** quenlibet **D** quantumlibet **r**ς 13 uno] uiro **r**ς quam si cum **M**ς**a** quam cum **Dpr** 14 nonne **M**ς**a** ne **Dr** nec **p** tum maxime ς**a** 15 diffides **M** tum commutata **a** dico *om.* **Dpr** 16 schaena **M** 17 pollutosque **M** 18 putes **Dpr** 19 est] es **D** 21 hic *om.* **Dpr** tollendum **Mr**ς**a** tollet dum **D** tolleret dum **p** 26 certos obiectosque **r** denique et iam quam **Dp** 28 de me sentio **M** 29 timor est timor emendator **MDa** timor (amor **r**) est emendator **pr**: *post* timor est *excidisse videtur aliquid ex iis quae de stilo pluribus locis dixit Cicero, de or. I 33, 150* stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister, *ad fam. VII 25* stilus est dicendi opifex acerrimus *vulgo ex Catanaei editione secunda*

citaturos cogitamus, emendat; quod auditorium ingredimur, emen-
14 dat; quod pallemus, horrescimus, circumspicimus, emendat. pro-
inde non paenitet me consuetudinis meae, quam utilissimam
experior, adeoque non deterreor sermunculis istorum, ut ultro
15 te rogem monstres aliquid quod his addam. nihil enim curae
meae satis est. cogito, quam sit magnum dare aliquid in manus
hominum, nec persuadere mihi possum non et cum multis et
saepe tractandum quod placere et semper et omnibus cupias. vale.

XVIII.

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 Deliberas mecum, quem ad modum pecunia, quam muni-
cipibus nostris in epulum obtulisti, post te quoque salva sit.
honesta consultatio, non expedita sententia. numeres rei publi-
cae summam? verendum est ne dilabatur. des agros? ut publici
2 neglegentur. equidem nihil commodius invenio, quam quod ipse
feci. nam pro quingentis milibus nummum, quae in alimenta
ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe
pluris actori publico mancipavi: eundem vectigali inposito re-
3 cepi, tricena milia annua daturus. per hoc enim et rei publicae
sors in tuto nec reditus incertus, et ager ipse propter id, quod
vectigal large supercurrit, semper dominum, a quo exerceatur,
4 inveniet. nec ignoro me plus aliquanto quam donasse videor
erogavisse, cum pulcherrimi agri pretium necessitas vectigalis
5 infregerit. sed oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus
aeternas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere
quam facultatibus. vale.

---

1 cogitamus emendo Dp ingreditur p 2 circumspicimus Mpa circumspicimur D quod circumspicimus rς 4 ideoque pς
XVIII 10 CANINIO MDa Canino p Caminio r Cannio Rufo ς 12 optulisti M te *om.* p quoque *om.* r 14 uerecundum M delabatur a des agros Ma de sacris r ad sacros Dpς ut publici neglegentur a ut publica neglegentur M ut publice neglegenter Dpr ut publice negligantur ς 15 comodius (commodius ς) nihil rς 16 pro *om.* Dpr 17 ingenuorum ingenuarumque Ma ingenuorum quae D ingenuorum pr 18 auctori D publico publica mancipauit r publico publice mancipaui ς praecepi a 20 ipse ager rς quod *om.* p 21 uectigal M uectigali Dpra exerceatur MDςa exercebatur p exercentur r 22 inuenit D me plus Drς romae plus M nec plus p melius a 23 erogavisse] cavisse a pulchermae rei praetium M 25 aeternas *om.* r multosque pa

XVIIII.

C. PLINIUS PRISCO SUO S.

Angit me Fanniae valetudo. contraxit hanc, dum adsidet 1
Iuniae virgini, sponte primum (est enim adfinis), deinde etiam
ex auctoritate pontificum. nam virgines, cum vi morbi atrio 2
Vestae coguntur excedere, matronarum curae custodiaeque mandantur. quo munere Fannia dum sedulo fungitur, hoc discrimine
inplicita est. insident febres, tussis increscit, summa macies, 3
summa defectio: animus tantum et spiritus viget Helvidio marito,
Thrasea patre dignissimus; reliqua labuntur meque non metu
tantum verum etiam dolore conficiunt. doleo enim feminam ma- 4
ximam eripi oculis civitatis nescio an aliquid simile visuris. quae castitas illi! quae sanctitas! quanta gravitas! quanta constantia! bis maritum secuta in exilium est, tertio ipsa propter maritum
relegata. nam cum Senecio reus esset, quod de vita Helvidi 5
libros composuisset, rogatumque se a Fannia in defensione dixisset, quaerente minaciter Mettio Caro, an rogasset, respondit 'rogavi', an commentarios scripturo dedisset, 'dedi', an sciente matre, 'nesciente'; postremo nullam vocem cedentem periculo
emisit. quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate 6
et metu temporum abolitos senatus consulto, publicatis bonis
servavit, habuit tulitque in exilium exilii causam. eadem quam 7
iucunda, quam comis, quam denique, quod paucis datum est, non minus amabilis quam veneranda! eritne quam postea uxoribus nostris ostentare possimus? erit a qua viri quoque fortitudinis exempla sumamus, quam sic cernentes audientesque miremur, ut illas quae leguntur? ac mihi domus ipsa nutare con- 8
vulsaque sedibus suis ruitura supra videtur, licet adhuc posteros

---

XVIIII 3 contraxit hanc dum Ma contraxit dudum D quam contraxit dudum p quam contraxit dum rς 4 enim *om.* D adfinis] necessitas r 5 atrio MDa in atrio p ex atrio rς 6 discedere D 8 insident febres Ma insidens febres D insidens febris pς insiliens febris r increscit Mra incresis D orexis pς 9 heluuidio D 10 dignissimis r dignissima a non metu tantum Dpra non tantum cura M 11 maximam feminam a 12 uisuris Ma uisurus Dpr 13 illi Dςa illis r illius p: illi quae sanctitas *om.* M quanta gravitas] que grauitas rς 15 heluidii pra heluuidii D 17 mettio Ma metio Dpr 18 rogaui commentarios r scripturos p 20 quamquam] quos M 21 consulto] censuit M 24 erit, nequam a erit quam M erat ne quam Dpr erat, nec quam ς erit sane quam *Sichardus* 25 nostris *om.* M a qua] a quo r 26 quam sic cernentes Mς quae sic cernentes a quam si cernentes Dp quam secernentes r miramur *Sichardus* 27 ac in domus ipsa mutare r 28 liceat p

habeat. quantis enim virtutibus quantisque factis adsequentur
9 ut haec non novissima occiderit? me quidem illud etiam adfligit
et torquet, quod matrem eius, illam (nihil possum inlustrius di-
cere) tantae feminae matrem, rursus videor amittere, quam haec,
ut reddit ac refert nobis, sic auferet secum meque et novo pa-
10 riter et rescisso vulnere adficiet. utramque colui, utramque di-
lexi; utram magis, nescio, nec discerni volebant. habuerunt
officia mea in secundis, habuerunt in adversis. ego solacium re-
legatarum, ego ultor reversarum; non feci tamen paria atque
eo magis hanc cupio servari, ut mihi solvendi tempora super-
11 sint. in his eram curis, cum scriberem ad te; quas si deus ali-
quis in gaudium verterit, de metu non querar. vale.

XX.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Librum tuum legi et quam diligentissime potui adnotavi quae
commutanda, quae eximenda arbitrarer. nam et ego verum di-
cere adsuevi et tu libenter audire. neque enim ulli patientius
2 reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur. nunc a te
librum meum cum adnotationibus tuis expecto. o iucundas, o
pulchras vices! quam me delectat quod, siqua posteris cura
nostri, usquequaque narrabitur, qua concordia simplicitate fide
3 vixerimus! erit rarum et insigne duos homines aetate dignitate
propemodum aequales, non nullius in litteris nominis (cogor
enim de te quoque parcius dicere, quia de me simul dico), al-
4 terum alterius studia fovisse. equidem adulescentulus, cum iam
tu fama gloriaque floreres, te sequi, tibi 'longo sed proximus
intervallo' et esse et haberi concupiscebam. et erant multa cla-
rissima ingenia; sed tu mihi (ita similitudo naturae ferebat) ma-
5 xime imitabilis, maxime imitandus videbaris. quo magis gaudeo
quod, siquis de studiis sermo, una nominamur, quod de te lo-

---

1 adsequenter **M** 2 etiam illud **rς** 3 et torquet *om.* **r** 5 reddi **Dp** auferet **Mς** auferat **Dpra** 6 resscisso **M** afficiat **r** 8 in secundis habuerunt *om.* **M** solatium **Dpra** socius **M** relegatarum **pra** relagaturum **M** relegaturum **D** 9 ultor] ultro **M** atque] at **D** 11 quas si **Mςa** quae si **Dp** quis si **r**

XX 18 a *om.* **D** 22 et *om.* **Dpr*** aetate dignitate **MDa** dignitate et eate **r** dignitate et aetate **ς** aetate **p** 23 aequales **Mςa** equalis **r** aequali **Dp** nonnulli in **p**: non nullius in litteris nominis *om.* **M** 25 iam tu fama gloriaque floreres **Ma** iam tua (iam tum **D**) fama gloriaque floreret **Dpr** 26 longo] *Verg. Aen. V 320* 28 ita] ista **r** maxime imitabilis *om.* **M** 30 unus nominamur **Dp** quod de te loquentibus] et *ego de te tu* de me loquentibus **rς**

quentibus statim occurro. nec desunt qui utrique nostrum prae-
ferantur. sed nos, nihil interest mea quo loco, iungimur: nam 6
mihi primus qui a te proximus. quin etiam in testamentis debes
adnotasse: nisi quis forte alterutri nostrum amicissimus, eadem
legata et quidem pariter accipimus. quae omnia huc spectant, 7
ut invicem ardentius diligamus, cum tot vinculis nos studia, mo-
res, fama, suprema denique hominum iudicia constringant. vale.

XXI.

C. PLINIUS CORNUTO SUO S.

Pareo, collega carissime, et infirmitati oculorum, ut iubes, 1
consulo. nam et huc tecto vehiculo undique inclusus quasi in
cubiculo perveni, et hic non stilo modo verum etiam lectionibus
difficulter, sed abstineo solisque auribus studeo. cubicula ob- 2
ductis velis opaca nec tamen obscura facio. cryptoporticus quo-
que adopertis inferioribus fenestris tantum umbrae quantum lu-
minis habet. sic paulatim lucem ferre condisco. balineum ad- 3
sumo, quia prodest, vinum, quia non nocet, parcissime tamen:
ita adsuevi, et nunc custos adest. gallinam, ut a te missam, 4
libenter accepi; quam satis acribus oculis, quamquam adhuc
lippus, pinguissimam vidi. vale.

XXII.

C. PLINIUS FALCONI SUO S.

Minus miraberis me tam instanter petisse ut in amicum meum 1
conferres tribunatum, cum scieris quis ille qualisque. possum
autem iam tibi et nomen indicare et describere ipsum, postquam
polliceris. est Cornelius Minicianus, ornamentum regionis meae 2
seu dignitate seu moribus. natus splendide abundat facultatibus,

---

1 occurro **M** a occurris **D** r ς occurrit p nec] ne **D** 2 sed nonnihil p *Catanaeus* sed nihil *Sichardus* nam mihi primus qui a te proximus a nam mihi primus (*rell. om.*) **M** nam in hoc primus quia te proximus **D** p r nam in hoc primus quia tu proximus et ego proximus quia tu primus ς 3 quin] qui p 4 adnotas **M** alteruti **M** alteruter p eadem — accipimus *om.* **D** p r

XXI 10 Pareo] Marco p infirmati **MD** ut *om.* **D** 11 huc] tunc a undique inclusus quasi in cubiculo *om.* **D** 12 proueni r 14 obscurę **M** quoque] quaeque **D** p r* 16 habent ς a sic *om.* a luce fere **D** assumo et prodest **D** r ς 17 uinum non nocet **D** p r 18 adest] adhesi **D** p 19 oculisque quamquam r adhaec **D** 20 lippis r ς a

XXII 24 qui ille **D** 26 cornelius minicianus **M** Cornelius Minitianus p a Cornelius Micianus r Cornelius Minucianus ς cornelium minutianum **D** Cornelius Munitius Acilianus *Catanaeus* 27 sed dignitate p r*

amat studia ut solent pauperes. idem rectissimus iudex, fortis-
3 simus advocatus, amicus fidelissimus. accepisse te beneficium
credes, cum propius inspexeris hominem omnibus honoribus,
omnibus titulis (nihil volo elatius de modestissimo viro dicere)
parem. vale.

XXIII.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Gaudeo quidem esse te tam fortem, ut Mediolani occurrere
Tironi possis, sed ut perseveres esse tam fortis, rogo ne tibi
contra rationem aetatis tantum laboris iniungas. quin immo de-
nuntio ut illum et domi et intra domum atque etiam intra cu-
2 biculi limen expectes. etenim cum a me ut frater diligatur, non
debet ab eo quem ego parentis loco observo exigere officium,
quod parenti suo remisisset. vale.

XXIIII.

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

1 Ummidia Quadratilla paulo minus octogensimo aetatis anno
decessit, usque ad novissimam valetudinem viridis atque etiam
2 ultra matronalem modum compacto corpore et robusto. decessit
honestissimo testamento: reliquit heredes, ex besse nepotem, ex
tertia parte neptem. neptem parum novi, nepotem familiaris-
sime diligo, adulescentem singularem nec iis tantum quos san-
3 guine attingit inter propinquos amandum. ac primum conspicuus
forma omnes sermones malignorum et puer et iuvenis evasit:
intra quartum et vicensimum annum maritus, et si deus adnuis-
set, pater. vixit in contubernio aviae delicatae severissime et
4 tamen obsequentissime. habebat illa pantomimos fovebatque effu-
sius, quam principi feminae convenit. hos Quadratus non in
5 theatro, non domi spectabat; nec illa exigebat. audivi ipsam,

---

1 iudex fortissimus *om.* M 2 fidelissimus amicus pa 3 omnibus honoribus titulis p 4 volo] ualeo D
XXIII 7 PROSOCERO *om.* Dp 8 occurre M 11 domi] comi M adque M etiam *om.* Dpr
XXIIII 16 GEMINO M GEMINIO Dpra 17 Ommidia p mmidia r Commidia Mς Valmidia D Numidia a quadratilia M 18 ualitudinem M adque M: atque ultra matronale etiam modum D 19 compacido M 20 et desse nepotem ex tertia parte Nepotem Nepotem parum D 21 parum] paraam a 22 nec is p nec his MD sanguine] sane D 23 attigit r amandus pr* 25 martius D 26 auia elica seuerissime M 27 fouebat effusius rς 28 quam] quem D conuenit M conueniret Dpra 29 non domi spectabat Mςa non domo spectabat Dp non in domo expectabat r audiui Mς audii a audi pr aut D

cum mihi commendaret nepotis sui studia, solere se, ut feminam
in illo otio sexus, laxare animum lusu calculorum, solere spe-
ctare pantomimos suos; sed cum factura esset alterutrum, semper
se nepoti suo praecepisse, abiret studeretque; quod mihi non
amore eius magis facere quam reverentia videbatur. miraberis, 6
et ego miratus sum: proximis sacerdotalibus ludis productis in
commissione pantomimis, cum simul theatro ego et Quadratus
egrederemur, ait mihi 'scis me hodie primum vidisse saltantem
aviae meae libertum?'. hoc nepos. at hercule alienissimi homines 7
in honorem Quadratillae (pudet me dixisse honorem) per adula-
tionis officium in theatrum cursitabant, exultabant, plaudebant,
mirabantur ac deinde singulos gestus dominae cum canticis red-
debant; qui nunc exiguissima legata, theatralis operae corolla-
rium, accipient ab herede, qui non spectabat. haec, quia soles, 8
siquid incidit novi, non invitus audire; deinde, quia iucundum
est mihi quod ceperam gaudium scribendo retractare. gaudeo
enim pietate defunctae, honore optimi iuvenis, laetor etiam quod
domus aliquando C. Cassi, huius qui Cassianae scholae princeps
et parens fuit, serviet domino non minori. inplebit enim illam 9
Quadratus meus et decebit rursusque ei pristinam dignitatem
celebritatem gloriam reddet, cum tantus orator inde procedet,
quantus iuris ille consultus. vale.

XXV.

C. PLINIUS RUFO SUO S.

O quantum eruditorum aut modestia ipsorum aut quies operit 1
ac subtrahit famae! at nos eos tantum dicturi aliquid aut lecturi
timemus, qui studia sua proferunt, cum illi qui tacent hoc am-
plius praestent, quod maximum opus silentio reverentur. exper-

---

1 commendares **D** commendarat **p** foemina in otio illo **p** 3 cum factura esset **Mςa** cum facturas esset **r** cum facturus esset **p** cum in facturis esset **D** 6 proximus **p** 9 at hercule **Ma** ab hercule **r** hercule **p** at hercules **D** at mehercule **ς** 10 in honore **Dp** pudet me dixisse honorem quod est adulationis officium *I. F. Gronovius in Tac. ann. I 16* 11 plaudebant *om.* **Dpr**, *add.* **Mςa** 13 corolarium **M** corelarium **r** 14 ad heredes **D** spectabat] suscipiebat **p** haec quia **MDp** haec scripsi quia **a** heç scripsi primum quia **rς** quorsum haec? quia *codex Modii novant. lect. 92 Grut. lamp. V p. 242* quorsum scribebam haec? *Sichardus* 15 non intuitus **M** 16 mihi quod **MDa** in hoc quod **p** mihi in hoc quod **rς** ceperam **Ma** ceperim **pr** coeperim **Dς** 17 honore defunctae **D** 18 c. cassi **rς** g. cassi **M** c. cassii **Dpa** 19 fuit *om.* **Dp** inplebit **Mςa** impleuit **Dpr** 20 et decebit **Ma** et decedit **p** et decessit **D** et excedet **rς** ei **Ma** et **Dpr** 21 celebritatemque reddet **M**

XXV 26 ac] et **a** lectituri **M** 27 sua *om.* **p** hoc] hos **p** 28 reuerenter **D**

2 tus scribo quod scribo. Terentius Iunior, equestribus militiis
atque etiam procuratione Narbonensis provinciae integerrime
functus, recepit se in agros suos paratisque honoribus tranquil-
3 lissimum otium praetulit. hunc ego invitatus hospitio ut bonum
patrem familiae, ut diligentem agricolam intuebar, de his locu-
turus, in quibus illum versari putabam; et coeperam, cum ille
4 me doctissimo sermone revocavit ad studia. quam tersa omnia!
quam latina! quam graeca! nam tantum utraque lingua valet,
ut ea magis videatur excellere, qua cum maxime loquitur. quan-
tum ille legit! quantum tenet! Athenis vivere hominem, non in
5 villa putes. quid multa? auxit sollicitudinem meam effecitque
ut illis quos doctissimos novi non minus hos seductos et quasi
6 rusticos verear. idem suadeo tibi: sunt enim ut in castris sic
etiam in litteris nostris plures cultu pagano, quos cinctos et
armatos, et quidem ardentissimo ingenio, diligenter scrutatus
invenies. vale.

XXVI.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 Nuper me cuiusdam amici languor admonuit optimos esse
nos, dum infirmi sumus. quem enim infirmum aut avaritia aut
2 libido sollicitat? non amoribus servit, non adpetit honores, opes
neglegit et quantulumcumque ut relicturus satis habet. tunc deos,
tunc hominem esse se meminit, invidet nemini, neminem mi-
ratur, neminem despicit ac ne sermonibus quidem malignis aut
3 attendit aut alitur: balinea imaginatur et fontes. haec summa
curarum, summa votorum, mollemque in posterum et pinguem,
si contingat evadere, hoc est innoxiam beatamque destinat vitam.
4 possum ergo quod plurimis verbis, plurimis etiam voluminibus
philosophi docere conantur ipse breviter tibi mihique praecipere,
ut tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur
infirmi. vale.

---

1 quod scribo *om.* D militis D 2 adque M prouintia D 3 recipit M paratisque Dpr spiratisque M speratisque a 4 uitatus D 8 quam latina] tam latina rς 9 uidentur r qua cum maxime Ma qua tum maxime rς quam quum maxime D quam maxime p 10 homine p 11 quid multam p 12 illis] illos D 14 cunctos Dp 15 diligenter Mr diligentius Dpςa

XXVI 20 simus p aut avaritia aut ambitio aut libido *Gierigius* 21 opes] spes M 23 tum hominem rς 24 malignus a 25 alitur] aliter p 27 beatamque] deo tamquam D 28 ergo] ego ra pluribus uerbis pluribus etiam rςa 31 infirmi *om.* M

XXVII.

C. PLINIUS SURAE SUO S.

Et mihi discendi et tibi docendi facultatem otium praebet. 1
igitur perquam velim scire, esse phantasmata et habere propriam
figuram numenque aliquod putes, an inania et vana ex metu
nostro imaginem accipere. ego ut esse credam in primis eo ducor, 2
quod audio accidisse Curtio Rufo. tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes haeserat: inclinato die spatiabatur in porticu: offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque: perterrito Africam se, futurorum praenuntiam, dixit; iturum enim Romam honoresque gesturum atque etiam cum summo imperio
in eandem provinciam reversurum ibique moriturum. facta sunt 3
omnia. praeterea accedenti Carthaginem egredientique nave eadem figura in litore occurrisse narratur. ipse certe inplicitus morbo, futura praeteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis nullo suorum desperante proiecit. iam illud nonne et magis 4
terribile et non minus mirum est, quod exponam ut accepi? erat 5
Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens. per silentium noctis sonus ferri et, si attenderes acrius, strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur: mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo: cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque. inde inhabitantibus tristes diraeque noctes 6
per metum vigilabantur: vigiliam morbus et crescente formidine mors sequebatur. nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat. deserta inde et damnata solitudine domus

---

XXVII 2 Surrae suo p SURRAE SUAE **D** 3 Ut mihi p 4 phasmata *Casaubonus* et habere **Ma** sed habere **Dp** seu habere rς propriam] aliquam p 5 nomenque **M** putes an inania et uana **Ma** putes inane sed uanam **D** putes inane sed uariam p putes inane seu uanam rς putes an inanem et uariam *Sichardus* 6 inprimis educor **M** Cartio r 7 quaestori obtinenti Africam *coniecit Mommsenus Herm. III p. 107 coll. Tac. ann. XI 21* 9 offerebatur **M** 10 iturum enim romam **Ma** et uenturum romam **Dp** tirium enim uenturum Romam r et iturum enim et uenturum Romam ς 11 gestorum **D** adque **M** 12 moraturum p 13 naue **MDp**ς nauem ra 15 secumdis auguratur **M** 17 accipi **M** 18 per] post r: per silentium — strepitus *om.* **M** 20 deinde e proximo **M** deinde proximo **Dpra** 21 senex idolon a 23 inde habitantibus r diraeque **Ma** duraeque **Dpr** 24 vigiliam *om.* a 25 interdium r 26 inhaerebat pa longiorque (longior **D**) causis timoris timor erat **Dpr** longiorque causis timor erat **M** longiorisque caussa timoris timor erat a 27 solitudini *N. Heinsius in Ovid. rem. 301*

totaque illi monstro relicta; proscribebatur tamen, seu quis emere,
7 seu quis conducere ignarus tanti mali vellet. venit Athenas
philosophus Athenodorus, legit titulum auditoque pretio, quia
suspecta vilitas, percunctatus omnia docetur ac nihilo minus,
immo tanto magis conducit. ubi coepit advesperascere, iubet
sterni sibi in prima domus parte, poscit pugillares stilum lumen;
suos omnes in interiora dimittit, ipse ad scribendum animum
oculos manum intendit, ne vacua mens audita simulacra et
8 inanes sibi metus fingeret. initio, quale ubique, silentium noctis,
dein concuti ferrum, vincula moveri: ille non tollere oculos, non
remittere stilum, sed offirmare animum auribusque praetendere:
tum crebrescere fragor, adventare et iam ut in limine, iam ut
intra limen audiri: respicit, videt agnoscitque narratam sibi effi-
9 giem. stabat innuebatque digito similis vocanti: hic contra ut
paulum expectaret manu significat rursusque ceris et stilo in-
cumbit: illa scribentis capiti catenis insonabat: respicit rursus
idem quod prius innuentem nec moratus tollit lumen et sequitur.
10 ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis: postquam deflexit in
aream domus, repente dilapsa deserit comitem: desertus herbas
11 et folia concerpta signum loco ponit. postero die adit magistra-
tus, monet ut illum locum effodi iubeant. inveniuntur ossa in-
serta catenis et inplicita, quae corpus aevo terraque putrefactum
nuda et exesa reliquerat vinculis: collecta publice sepeliuntur.
12 domus postea rite conditis manibus caruit. et haec quidem ad-
firmantibus credo; illud adfirmare aliis possum. est libertus mihi
non inlitteratus: cum hoc minor frater eodem lecto quiescebat:
is visus est sibi cernere quendam in toro residentem admoven-
temque capiti suo cultros atque etiam ex ipso vertice amputan-
tem capillos. ubi inluxit, ipse circa verticem tonsus, capilli
13 iacentes reperiuntur. exiguum temporis medium, et rursus simile
aliud priori fidem fecit. puer in paedagogio mixtus pluribus

---

1 seu quis emere *om.* Dp 3 athenodrus p quia] et D 4 suspectabilitas M 6 sibi prima M stelum M 9 initio quale ubique Ma initioque ubique Dp inicioque quale ubique rς noctis *om.* p 10 deinde pra 11 auribusque manum pretendere rς acriusque pertendere *Marklandus in Stat. silv. II 5, 23* 12 etiam ut in limine M etiam ut limine Dp et in limine r etiam in limine ς etiam ac iam ut in limine a

15 paululum pa 20 concera M adid M 21 inueniunt pr 22 implicata D aevo] aceruo D 23 excossa D reliquerant M 24 et hoc quasi affirmantibus r 25 mihi non inlitteratus M. cum Dp mihi Marcus non illitteratus, cum *Catanaeus* 26 lecto eodem D 27 residentemque capiti D residentem capiti p 28 cultro r adque M 30 et *om.* p 31 in paedagio pς in praedagio D e paedagogio *Lipsius exc. in Tac. ann. XV 59*

dormiebat: venerunt per fenestras (ita narrat) in tunicis albis duo
cubantemque detonderunt et qua venerant recesserunt. hunc
quoque tonsum sparsosque circa capillos dies ostendit. nihil no- 14
tabile secutum, nisi forte quod non fui reus, futurus, si Domi-
tianus, sub quo haec acciderunt, diutius vixisset. nam in scrinio
eius datus a Caro de me libellus inventus est; ex quo coniectari
potest, quia reis moris est summittere capillum, recisos meorum
capillos depulsi quod imminebat periculi signum fuisse. proinde
rogo eruditionem tuam intendas. digna res est quam diu mul- 15
tumque consideres, ne ego quidem indignus cui copiam scientiae
tuae facias. licet etiam utramque in partem, ut soles, disputes, 16
ex altera tamen fortius, ne me suspensum incertumque dimittas,
cum mihi consulendi causa fuerit ut dubitare desinerem. vale.

XXVIII.

C. PLINIUS SEPTICIO SUO S.

Ais quosdam apud te reprehendisse, tamquam amicos meos 1
ex omni occasione ultra modum laudem. agnosco crimen, am- 2
plector etiam. quid enim honestius culpa benignitatis? qui sunt
tamen isti qui amicos meos melius norint? sed ut norint, quid
invident mihi felicissimo errore? ut enim non sint tales, quales
a me praedicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. igitur 3
ad alios hanc sinistram diligentiam conferant, nec sunt parum
multi qui carpere amicos suos iudicium vocant: mihi numquam
persuadebunt ut meos amari a me nimium putem. vale.

---

1 do.miebat **M** narratur **r** in] ut **D** 4 futurus *om.* **Dp** 5 haec acciderunt **Ma** haec acciderint **p** hoc accidit **D** hoc acciderat **rς** in scrinio **Mrςa** in crine **D** in crimen **p** 6 a caro **Mςa** acro **D** acer **pr** 7 quia moris reis est **r** meorum] in eorum **Dp** 8 depulsi quod **Mς** depulsis quod **r** depulsisse quod **a** depulsis quid **Dp** 10 ne *om.* **Dp** sententiae **Drς** 12 incertumque *om.* **M** 13 desinerent **r**

XXVIII 15 SEPTITIO **Dpr** 16 quosdam me apud te reprehendisse *Casaubonus* respondisse **r** tamquam amicos **M** tanquam si amicos **Dpr** quod amicos **a** 18 etiam] et **r** qui sunt tamen isti **Mςa** qui sunt isti **Dpr** 19 melius me norint *Casaubonus* me melius norint *Mommsenus* sed ut norint *om.* **Dpr** quid inuident **Mra** quid inuidet **Dp** qui inuident **ς** 20 felicissimo errore **Ma** felicissimo errorem **Dpr** sunt **p** quales **Ma** ut **Drς**, *om.* **p** 21 predicentur **r** uidetur **Dpr** 22 nec sunt parum multi qui **Ma** nec sunt parum qui **D** nec sciant parum qui **p** nec sunt pauci qui **rς** 24 meos] meus **r** nimium putem **ra** nimium autem **M** nimis unquam putem **Dpς**

XXVIIII.

C. PLINIUS MONTANO SUO S.

1 Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, si legeris quod,
2 nisi legeris, non potes credere. est via Tiburtina intra primum
lapidem (proxime adnotavi) monimentum Pallantis ita inscriptum,
'huic senatus ob fidem pietatemque erga patronos ornamenta
praetoria decrevit et sestertium centies quinquagies, cuius honore
3 contentus fuit.' equidem numquam sum miratus quae saepius a
fortuna quam a iudicio proficiscerentur; maxime tamen hic me
titulus admonuit, quam essent mimica et inepta quae interdum
in hoc caenum, has sordes abicerentur, quae denique ille furcifer
et recipere ausus est et recusare atque etiam ut moderationis
4 exemplum posteris prodere. sed quid indignor? ridere satius, ne
se magnum aliquid adeptos putent qui huc felicitate perveniunt,
ut rideantur. vale.

XXX.

C. PLINIUS GENITORI SUO S.

1 Torqueor quod discipulum, ut scribis, optimae spei amisisti.
cuius et valetudine et morte impedita studia tua quidni sciam?
cum sis omnium officiorum observantissimus, cumque omnes quos
2 probas effusissime diligas. me huc quoque urbana negotia per-
secuntur: non desunt enim qui me iudicem aut arbitrum faciant.
3 accedunt querellae rusticorum, qui auribus meis post longum
tempus suo iure abutuntur. instat et necessitas agrorum locan-
dorum perquam molesta: adeo rarum est invenire idoneos con-
4 ductores. quibus ex causis precario studeo, studeo tamen: nam
et scribo aliquid et lego. sed cum lego, ex conparatione sentio,

---

XXVIIII 3 Videbis p deinde ridebis *om.* Dpr 4 est] et D 6 obsidem Dp ergo r 7 pretaria M 9 quam a iudicio M quam iudicio Dpr quam a iudice a 10 inimica pra 11 in hoc caenum has sordes M in hoc cenum in has sordes a in cenum in has sordes Dpr abicerentur M abiicerentur ϛa adiicerentur Dp addicerentur r quae denique Ma quid denique Dpr 13 prodere Ma proderet pϛ proderit D prodidisset r ridere] reddere p satius est ne a 14 aliquod ϛa adeptis D felicitatis rϛ 15 ut redeant p

XXX 17 GENITORI] MONTANO M 19 ualitudine M studia *om.* r quidni sciam M quid nesciam Dpra 21 huc quoque pϛa hoc quoque MDr prosecuntur r 22 non desunt enim Ma non debuit sunt enim Dpr non desunt sunt enim ϛ me aut iudicem aut a aut] ut r faciant Ma faciunt Dpr 23 accendunt M 24 abutuntur] aducuntur *D* 25 *molestia* D 26 precario Dpra raro M nam *om.* M

quam male scribam, licet tu mihi bonum animum facias, qui
libellos meos de ultione Helvidi orationi Demosthenis κατὰ Μει- 5
δίου confers, quam sane, cum componerem illos, habui in manibus, non ut aemularer (inprobum enim ac paene furiosum), sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut diversitas ingeniorum, maximi et minimi, aut causae dissimilitudo pateretur. vale.

XXXI.

C. PLINIUS CORNUTO SUO S.

Claudius Pollio amari a te cupit, dignus hoc ipso, quod cupit, 1
deinde quod ipse te diligit. neque enim fere quisquam exigit
istud, nisi qui facit. vir alioqui rectus, integer, quietus ac paene
ultra modum, siquis tamen ultra modum, verecundus. hunc, cum 2
simul militaremus, non solum ut commilito inspexi. praeerat alae
miliariae: ego iussus a legato consulari rationes alarum et cohortium excutere ut magnam quorundam foedamque avaritiam,
neglegentiam parem, ita huius summam integritatem, sollicitam
diligentiam inveni. postea promotus ad amplissimas procurationes, 3
nulla occasione corruptus ab insito abstinentiae amore deflexit:
numquam secundis rebus intumuit, numquam officiorum varietate
continuam laudem humanitatis infregit eademque firmitate animi
laboribus suffecit, qua nunc otium patitur. quod quidem pau- 4
lisper cum magna sua laude intermisit et posuit, a Corellio nostro
ex liberalitate imperatoris Nervae emendis dividendisque agris
adiutor adsumptus. etenim qua gloria dignum est summo viro
in tanta eligendi facultate praecipue placuisse? idem quam re- 5
verenter, quam fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, in his Anni Bassi, gravissimi civis, credere potes, cuius memoriam tam grata praedicatione prorogat et extendit, ut librum de

---

1 animum] amicum D facis Dp 2 heluidii MDpra demostenis orationi r κατὰ Μειδίου Dϛa ΚΑΤΑΜΕΑΛΟC M, *in lacuna om.* pr 3 componeretur r 5 quantum aut Ma tantum aut D tantum ut p tantum quantum ut r tantum quantum aut ϛ 6 pateret p

XXXI 9 Plaudius p polio M 12 siquis tamen ultra modum *om.* r 14 miliariae a militariae Dr militari Mpϛ rationis D rationem a 17 procurationis D 20 continua laude D 21 suffecit Mϛa sufficit Dpr qua] que r 22 correllio..stro M 23 libertate D 25 tantę legendi M placuit sed idem M 26 lideliter M iudicis D 27 in his Annii Bassi a in his hanni bassi M musani bassi D Musanii Bassi p Musanni Bassi r tum Musonii Bassi ϛ in his Musonii Bassi *vulgo* clarissimi r civis] cibis M potes MDϛa potest pr 28 tam gratam grata Dp

vita eius (nam studia quoque sicut alias bonas artes veneratur)
6 ediderit. pulchrum istud et raritate ipsa probandum, cum ple-
7 rique hactenus defunctorum meminerint, ut querantur. hunc hominem adpetentissimum tui, mihi crede, complectere, adprehende, immo et invita ac sic ama, tamquam gratiam referas. neque enim obligandus, sed remunerandus est in amoris officio qui prior coepit. vale.

XXXII.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Delector iucundum tibi fuisse Tironis mei adventum: quod vero scribis oblata occasione proconsulis plurimos manumissos, unice laetor. cupio enim patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maxime tamen civium numero: id enim oppidis firmis-
2 simum ornamentum. illud etiam me, non ut ambitiosum, sed tamen iuvat, quod adicis te meque et gratiarum actione et laude celebratos. est enim, ut Xenophon ait, ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος, utique si te mereri putes. vale.

XXXIII.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales
2 futuras; quo magis illis, ingenue fatebor, inseri cupio. nam si esse nobis curae solet ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, nonne debemus optare ut operibus nostris similis

---

1 eius de uita p arteis bonas a 2 edidit r: ediderit — 3 querantur *om.* M istud et raritate ipsa a studet raritate ipsa D studet uarietate ipsa p scilicet raritate ipsa r scilicet stili uarietate ς 3 defuctorum ut meminerint querantur D 4 ad potentissimum D tui Mςa tu Dpr 5 et *om.* D gratias D 6 sed remunerandus *om.* Dpr

XXXII 9 PROSOCERO *om.* rς 10 meis M 12 unice] unie M uince r nostram ςa nrostram M, *om.* Dpr 15 adicis te meque et M adicis se mequae et D adiicis meque et a accidisse meque et p adiecisse meque et r adiicis me quoque ς actione et laude celebratos Ma actionem ut laude celebratos Dpr actione ut laude celebratum ς 16 est enim ut Xenophon ait ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος utique a est enim Xenophai Thaic τήλουc ἰν ἔπαινος utique D est enim ut xenopho ait nos utique M est (et est r) enim Xenophai (Xenophon ait r) utique *lacuna ante* utique *relicta* pr est enim Xenophon ait ἔπαινος utique ς: *Xenoph. memor. II 1, 31* τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ, *cf. Xenoph. Hier. 1, 14* 17 si te mereri Mςa sit emereri p sic emereri D sic temereri r

XXXIII 22 solet curae D quoque] quoquo r 23 nostris *om.* Dpr

tui scriptor praedicatorque contingat? demonstro ergo, quamquam 3
diligentiam tuam fugere non possit, cum sit in publicis actis,
demonstro tamen, quo magis credas iucundum mihi futurum, si
factum meum, cuius gratia periculo crevit, tuo ingenio, tuo
testimonio ornaveris. dederat me senatus cum Herennio Sene- 4
cione advocatum provinciae Baeticae contra Baebium Massam
damnatoque Massa censuerat ut bona eius publice custodirentur.
Senecio, cum explorasset consules postulationibus vacaturos, convenit me et 'qua concordia' inquit 'iniunctam nobis accusationem
exsecuti sumus, hac adeamus consules petamusque ne bona dissipare sinant quorum esse in custodia debent'. respondi 'cum 5
simus advocati a senatu dati, dispice num peractas putes partes
nostras senatus cognitione finita.' et ille 'tu quem voles tibi terminum statues, cui nulla cum provincia necessitudo nisi ex beneficio tuo, et hoc recenti; ipse et natus ibi et quaestor in ea fui.'
tum ego 'si fixum tibi istud ac deliberatum, sequar te, ut, siqua 6
ex hoc invidia, non tantum tua.' venimus ad consules, dicit 7
Senecio quae res ferebat, aliqua subiungo. vixdum conticueramus,
et Massa questus Senecionem non advocati fidem, sed inimici
amaritudinem inplesse, impietatis reum postulat. horror omnium: 8
ego autem 'vereor' inquam, 'clarissimi consules, ne mihi Massa
silentio suo praevaricationem obiecerit, quod non et me reum
postulavit.' quae vox et statim excepta et postea multo sermone
celebrata est. divus quidem Nerva (nam privatus quoque atten- 9
debat his quae recte in publico fierent) missis ad me gravissimis
litteris non mihi solum verum etiam saeculo est gratulatus, cui

---

1 ergo **MDpς** ego **r** itaque **a** 2 non possit cum sit in **Ma** non possum in **Dpr** 3 credam **r** 4 gratio **D** creuit **Mςa** credit **Dpr** tuo ingenio **M** *Catanaeus* **a** suo ingenio **Dpr** tuo testimonio ornaueris (ornaueris *om.* **ς**) dederat me senatus cum Herennio Senecione (senicione **M**) **Mςa** tuo testimonio dederat me senatus Senetione **r** tuo testimonio senetione **Dp** 7 damnato quam est massa **D** damnato quam etiam Massa **p** censuerat **Mςa** consueuerat **Dpr** 8 senetio **D** 9 qua] quasi **Dp** 10 dissipari **Mpra** discipari **D**: dissipari sinant, quae iam in custodia esse deberent *Casaubonus* 11 cum] cui **a** 12 simus **Mς** sumus **Dpra** a *om.* **Dp** despice **Mr** 13 finita] finitas **Dpς** et ille et tu **D** terminum tibi *corr.* tibi terminum **M** 14 cui cum nulla prouincia **r** 15 fuit **a** 16 sequare ut siqua ex hac **r** 17 inuidia non tantum tua **M** inuidia non tua tantum **rς** inuidia erit non tua tantum sit **a** inuidia non tua tantum sequar te **Dp** 18 senetio **D** 19 et *om.* **p** senetionem **D** inimici **Ma** inimicitiam **D** inimicitiae **pς** inimicitia **r** 20 reum] rerum **Dp** 22 suo *om.* **p** et *om.* **Dpr** 23 postulet **a** uox est statim **pr** 24 nam **Mςa** iam **Dpr** quoque **Ma** quod **rς** quae **p**, *om.* **D** 25 his] is **rς** quae — ad me *om.* **Dpr** in publico **M** in publicum **a** missis **a** missus **M**

exemplum (sic enim scripsit) simile antiquis contigisset. haec, utcumque se habent, notiora clariora maiora tu facies: quamquam non exigo ut excedas actae rei modum. nam nec historia debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit. vale.

---

1 contigisset Mςa contigisse Dpr 2 notiora maiora clariora tu rς tu tu facies M 3 excedas actae rei modum Mςa excedat acte rei modum r excedat acerra ei modum D excedat cera modum p nam *om.* Dpr nec] haec M

C. PLINI CAECILI SECUNDI

EPISTULARUM

LIBER OCTAVUS.

(a. 108. 109)

I.

C. PLINIUS SEPTICIO SUO S.

Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis ad- 1
versam valetudinem ferventissimis aestibus contraxerunt. Encol- 2
pius quidem lector, ille seria nostra, ille deliciae, exasperatis
faucibus pulvere sanguinem reiecit. quam triste hoc ipsi, quam
acerbum mihi, si is cui omnis ex studiis gratia inhabilis studiis
fuerit! quis deinde libellos meos sic leget, sic amabit? quem
aures meae sic sequentur? sed di laetiora promittunt: stetit san- 3
guis, resedit dolor. praeterea continens ipse, nos solliciti, me-
dici diligentes. ad hoc salubritas caeli, secessus, quies tantum
salutis quantum otii pollicentur. vale.

II.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

Alii in praedia sua proficiscuntur, ut locupletiores rever- 1
tantur, ego, ut pauperior. vendideram vindemias certatim ne-

---

1 EPISTOLARUM EXPLICIT LIBER UII C. PLINI CECILI INCIPIT LIBER UIII **M** C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS **a** C. Pli. Secundi Liber Octauus explicit Incipit Nonus. lege foeliciter *octavo libro post nonum posito* **r**. *octavus liber epistularum omissus est in* **Dp**

I 6 Septio suo **r*** 7 INTER **M** exceptoque q̄dā **r*** 8 ualitudinem **M** Encolpus **r** 9 quidem lector ille **Ma** quidem ille **r** quidem ille lector ille **ς** 10 pulueres **M** sanguine **r*** 11 acernum **M** si is cui omnis ex studiis gratia **a** sit cui omnis ex studiis gratia si **Mr** 12 que aures meos subsequentur **r** 13 meae *om.* **M** sed dii laetiora promittunt **Ma** sed dulciora promittunt **r** sed dulciora promittunt medici **ς**

II 18 Caluinio **r**

gotiatoribus ementibus. invitabat pretium, et quod tunc et quod
2 fore videbatur. spes fefellit. erat expeditum omnibus remittere
aequaliter, sed non satis aequum. mihi autem egregium in primis
videtur ut foris ita domi, ut in magnis ita in parvis, ut in
alienis ita in suis agitare iustitiam. nam si paria peccata, pares
3 etiam laudes. itaque omnibus quidem, ne quis mihi non donatus
abiret, partem octavam pretii quo quis emerat concessi; deinde
iis qui amplissimas summas emptionibus occupaverant separatim
consului. nam et me magis iuverant et maius ipsi fecerant dam-
4 num. igitur iis qui pluris quam decem milibus emerant ad illam
communem et quasi publicam octavam addidi decumam eius sum-
5 mae, qua decem milia excesserant. vereor ne parum expresserim;
apertius calculos ostendam. siqui forte quindecim milibus eme-
rant, hi et quindecim milium octavam et quinque milium de-
6 cimam tulerunt. praeterea, cum reputarem quosdam ex debito
aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil reposuisse, nequa-
quam verum arbitrabar, quos non aequasset fides solutionis, hos
7 benignitate remissionis aequari. rursus ergo iis qui solverant
eius quod solverant decimam remisi. per hoc enim aptissime et
in praeteritum singulis pro cuiusque merito gratia referri, et in
futurum omnes cum ad emendum tum etiam ad solvendum allici
8 videbantur. magno mihi seu ratio haec seu facilitas stetit, sed
fuit tanti. nam regione tota et novitas remissionis et forma lau-
datur. ex ipsis etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, sed
distincte gradatimque tractavi, quanto quis melior et probior,
tanto mihi obligatior abiit, expertus non esse apud me ἐν δὲ ἰῇ
τιμῇ ἠμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐcθλόν. vale.

---

1 pretium — 2 videbatur *om.* **Mr**, *add.* **a** 2 fore *vulgo e Catanaei editione secunda, ut videtur,* forte **a** erat **Mϛa** erit **r** 3 autem] aut **r** 4 videretur **M** 6 donatis **M**: *cf. Verg. Aen. V 305* 8 his **Mr** emtionibus **M** 9 consui **M** iuuenerant **M** fecerant **Mϛa** facerent **r** 10 his **M** 11 communem rem et **r** decumam] decumauimus **r** 12 qua (quā **r**) decem milia excesserant **Mr** quae decem milia excesserat *Catanaeus* **a** 13 calculos **a** calculo **Mr** 14 hi] duo **r**, *om. Beroaldus* et V milium extulerunt **r** et V milium decem extulerunt **ϛ** 17 aequasset] equa **r** 18 aequari **a** aequare **Mr** his **M** 19 eius quod soluerant *om.* **M**, *add.* **ra** per] pro **r** 22 haec *om.* **r** 24 '*Plinius VIII epist.* Ex his etiam — 26 abiit' *Budaeus annot. in pandect. f 105 v. ed. Ascens. a. 1516* sed distincte *Budaeus* **a** sed destinate **r** distincte **M** 25 tractauit **r** 26 abit **a** ἐν — ἐcθλόν *om.* **Mr**, *add.* **a**: *Hom. Il.* I *319* 27 κακὸν ἠδὲ καὶ ἐcθλόν *G. H. Schaeferus* κακὸc ἠδὲ καὶ ἐcθλόc **a**

III.

C. PLINIUS SPARSO SUO S.

Librum quem novissime tibi misi ex omnibus meis vel ma- 1
xime placere significas. est eadem opinio cuiusdam eruditissimi.
quo magis adducor ut neutrum falli putem, quia non est cre- 2
dibile utrumque falli et quia tamen blandior mihi. volo enim
proxima quaeque absolutissima videri, et ideo iam nunc contra
istum librum faveo orationi quam nuper in publicum dedi, com-
municaturus tecum, ut primum diligentem tabellarium invenero.
erexi expectationem tuam, quam vereor ne destituat oratio in 3
manus sumpta. interim tamen tamquam placituram, et fortasse
placebit, expecta. vale.

IIII.

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

Optime facis quod bellum Dacicum scribere paras. nam quae 1
tam recens, tam copiosa, tam lata, quae denique tam poetica
et quamquam in verissimis rebus tam fabulosa materia? dices 2
inmissa terris nova flumina, novos pontes fluminibus iniectos,
insessa castris montium abrupta, pulsum regia, pulsum etiam
vita regem nihil desperantem; super haec actos bis triumphos,
quorum alter ex invicta gente primus, alter novissimus fuit. una, 3
sed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo arduum in-
mensum, etiam tuo ingenio, quamquam altissime adsurgat et
amplissimis operibus increscat. non nullus et in illo labor, ut
barbara et fera nomina, in primis regis ipsius, graecis versibus
non resultent. sed nihil est quod non arte curaque, si non potest 4
vinci, mitigetur. praeterea, si datur Homero et mollia vocabula
et graeca ad levitatem versus contrahere, extendere, inflectere,
cur tibi similis audentia, praesertim non delicata sed necessaria,
non detur? proinde iure vatum invocatis dis et inter deos ipso, 5

III 4 placare **M** 6 quia tm̄ blandior r quia tam blandior *Sichardus* 8 fauco orationem r fouco orationem ς in publico r

IIII 14 Cannio Rufo *Pomponius Laetus* Caninio Rufo *Catanaeus* 15 namque tam **Mr** 16 tam lata quae denique tam **a** tam lata denique tam r tam late denique tam **M** 17 in uerissimis rebus **a** in uenerissimis rebus **M** uerissimis in rebus r 18 terras **M** pontes] fontes r 19 abrubta pulsum rogia **M** 21 iniūcta r* 23 assurgit r* 24 amplissimis] amplissime **a** 26 sed nihil est **a** nihil est **Mr** nihil tamen est *Catanaeus* 28 ad bonitatem uersus r 29 similis audentia praesertim **Ma** sil'-praesertim r simile audenti praesertim ς delegata r 30 non detur **Mr** negetur **a** diis **ra** inter deos ipso *Beroaldus* **a** inter deos ipsos r inter eos ipso **M**

cuius res opera consilia dicturus es, immitte rudentes, pande vela, ac siquando alias, toto ingenio vehere. cur enim non ego
6 quoque poetice cum poeta? illud iam nunc paciscor: prima quaeque ut absolveris, mittito, immo etiam ante quam absolvas, sicut
7 erunt recentia et rudia et adhuc similia nascentibus. respondebis non posse perinde carptim ut contexta, perinde inchoata placere ut effecta. scio: itaque et a me aestimabuntur ut coepta, spectabuntur ut membra extremamque limam tuam opperientur in scrinio nostro. patere hoc me super cetera habere amoris tui
8 pignus, ut ea quoque norim, quae nosse neminem velles. in summa potero fortasse scripta tua magis probare laudare, quanto illa tardius cautiusque, sed ipsum te magis amabo magisque laudabo, quanto celerius et incautius miseris. vale.

V.

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

1 Grave vulnus Macrinus noster accepit: amisit uxorem singularis exempli, etiam si olim fuisset. vixit cum hac triginta novem annis sine iurgio, sine offensa. quam illa reverentiam marito suo praestitit, cum ipsa summam mereretur! quot quantasque virtutes ex diversis aetatibus sumptas collegit et miscuit!
2 habet quidem Macrinus grande solacium, quod tantum bonum tam diu tenuit: sed hinc magis exacerbatur, quod amisit. nam
3 fruendis voluptatibus crescit carendi dolor. ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta et cicatricem pati possit, quam nihil aeque ac necessitas ipsa et dies longa et satietas doloris inducit. vale.

---

1 consilio r* dictaturus es a 2 ego quoque poeticum poema illud iam paciscor prima queque absolueris ymmo etiam r 4 mittito M mitte a 5 recentia si rudia si adhuc a 7 itaque a me existimabuntur r cepta M 12 magisque] magis a

V 15 GEMINIO *Catanaeus* a 16 noster *om.* r uxore M 17 uixit *om.* r 19 quod quantitasque M 20 sumptas Mς a sup *sequente quattuor litterarum lacuna* r 21 solatium M 22 hinc Mr hoc a magis orbatur r 23 fruendis a fruendi Mr fruenti ς ero *om.* Mr. '*Plinius libro nono episto.* ero ergo — 26 inducit' *Budaeus annot. in pandect. f. 110 v. ed. Ascens. a. 1516* 24 admittere auocamenta M admittere aduocamenta ra amittere avocamenta —, '*quo in loco in omnibus exemplaribus* advocamenta *corrupte pro* avocamenta *legitur*' *Budaeus.* 'advocamentum *pro* avocamento *apud eundem ad Geminum libro nono: qui tamen in antiquis octauus inscribitur* Ero ergo — pati possit' *idem f. 170* 25 longa *om.* r *et Budaeus* 26 dolor a

VI.

C. PLINIUS MONTANO SUO S.

Cognovisse iam ex epistula mea debes adnotasse me nuper 1
monumentum Pallantis sub hac inscriptione, 'huic senatus ob
fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decrevit et
sestertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit.'
postea mihi visum est pretium operae ipsum senatus consultum 2
quaerere. inveni tam copiosum et effusum, ut ille superbissimus
titulus modicus atque etiam demissus videretur. conferant se
misceantque, non dico illi veteres, Africani, Achaici, Numantini, sed hi proximi, Marii, Sullae, Pompeii, nolo progredi longius; infra Pallantis laudes iacebunt. urbanos qui illa censuerunt 3
putem an miseros? dicerem urbanos, si senatum deceret urbanitas; miseros, sed nemo tam miser est, ut illa cogatur. ambitio
ergo et procedendi libido. sed quis adeo demens, ut per suum,
per publicum dedecus procedere velit in ea civitate, in qua hic
esset usus florentissimae dignitatis, ut primus in senatu laudare
Pallantem posset? mitto quod Pallanti servo praetoria ornamenta
offeruntur; quippe offeruntur a servis: mitto quod censent non 4
exhortandum modo verum etiam compellendum ad usum aureorum anulorum; erat enim contra maiestatem senatus, si ferreis
praetorius uteretur. levia haec et transeunda; illa memoranda, 5
quod nomine Pallantis senatus, nec expiata postea curia est,
Pallantis nomine senatus gratias agit Caesari, quod et ipse cum
summo honore mentionem eius prosecutus esset et senatui facultatem fecisset testandi erga eum benivolentiam suam. quid enim 6
senatui pulchrius, quam ut erga Pallantem satis gratus videretur?
additur 'ut Pallas, cui se omnes pro virili parte obligatos fatentur, singularis fidei, singularis industriae fructum meritissimo
ferat.' prolatos imperii fines, redditos exercitus rei publicae cre-

---

VI 3 epistola **M** 7 pretinm operae **M** r operae pretium ς pretium curae a 9 adque **M** etiam *om.* r dimissus r* conferant se misceantque non dico illi a conferantque se non dico illi **M** conferuntque se non illi r conferant se non illi *Catanaeus* 10 Numantini ςa nummantini **M** numantici r 11 sed hii **M** r* sullae **M** ς sille r Syllae a pompei **M** a 12 iacebant r* censuerant r 13 dicerem — 14 miseros *om.* r deceret] diceret **M** 14 ut ad illa cogatur ς 15 ut aut per suum aut per publicum a 16 uelit **M** ς uult r uellet a 18 omitto a 19 a servis] asseruis **M** 20 exorandum r 23 nec expiata — senatus *om.* r postea ea iniuria est a 25 esset] est r 26 suam *om.* **M** r 28 omnis r obligatos fatentur a obligatos faterentur **M** obligatus fateretur r 29 fide a 30 prolatus r*

7 das. adstruitur his 'cum senatui populoque Romano liberalitatis
gratior repraesentari nulla materia possit, quam si abstinentis-
simi fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuvare
contigisset'. hoc tunc votum senatus, hoc praecipuum gaudium
populi, haec liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facul-
8 tates adiuvare publicarum opum egestione contingeret. iam quae
sequuntur, voluisse quidem senatum censere dandum ex aerario
sestertium centies quinquagies, et quanto ab eius modi cupidi-
tatibus remotior eius animus esset, tanto inpensius petere a pu-
9 blico parente ut eum compelleret ad cedendum senatui. id vero
deerat, ut cum Pallante auctoritate publica ageretur, Pallas ro-
garetur ut senatui cederet, ut illi superbissimae abstinentiae
Caesar ipse advocatus esset, ne sestertium centies quinquagies
sperneret. sprevit, quod solum potuit tantis opibus publice ob-
10 latis adrogantius facere, quam si accepisset. senatus tamen id
quoque similis querenti laudibus tulit, his quidem verbis: sed
cum princeps optimus parensque publicus rogatus a Pallante
eam partem sententiae quae pertinebat ad dandum ei ex aerario
sestertium centies quinquagies remitti voluisset, testari senatum,
etsi libenter ac merito hanc summam inter reliquos honores ob
fidem diligentiamque Pallanti decernere coepisset, voluntati tamen
principis sui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quo-
11 que re obsequi. imaginare Pallantem velut intercedentem senatus
consulto moderantemque honores suos et sestertium centies quin-
quagies ut nimium recusantem, cum praetoria ornamenta tam-
12 quam minus recepisset: imaginare Caesarem liberti precibus vel
potius imperio coram senatu obtemperantem (imperat enim liber-
tus patrono, quem in senatu rogat): imaginare senatum usque-
quaque testantem merito libenterque se hanc summam inter re-
liquos honores Pallanti coepisse decernere et perseveraturum

---

1 astruitur iis r Romano *om.* Mr, *add.* a 2 gratior ςa gratiae Mr posset a 6 opum Ma rerum r iam quae sequuntur? voluisse *etc.* *G. H. Schaeferus* 7 senatum censorē dandum et erario PPs cēnties quinquagies et quantum r 9 impensius preterea publico parente ut eum compellere r impensius petere ut compelleret *Catanaeus* 10 vero *om.* a 11 publica auctoritate r 13 Caesar ipse patronus ipse aduocaretur ne a Caesar ipse patronus aduocaretur ne *vulgo* 15 adrogantius facere Mςa arrogaātius faceret r arrogantius fecit *vulgo* 18 pertinebat ex erario ad dandum ei sestertium r 19 centies quinquagies sestertium a 20 etsi libenter r et se libenter Ma summam Mςa sententiam r 21 Pallantis a coepisset *Catanaeus* coepisse Ma cepisse r 22 principis sui cui imaginare Pallantem uelut intercedentem senatus re obsequio imaginare consulto r cui mulla re a cui nulla re *Aldus*[2] 26 minus] munus r* libertini r* 27 imperat enim *om.* r 30 perseueraturum fuisse Mς *perseueratur* fuisse r perseueraturum fuisse se a

fuisse, nisi obsequeretur principis voluntati, cui non esset fas
in ulla re repugnare. ita ne sestertium centies quinquagies
Pallas ex aerario ferret, verecundia ipsius, obsequio senatus opus
fuit in hoc praecipue non obsecuturi, si in ulla re putasset fas
esse non obsequi. finem existimas? mane dum et maiora accipe: 13
'utique cum sit utile principis benignitatem promptissimam ad
laudem praemiaque merentium inlustrari ubique, et maxime iis
locis quibus incitari ad imitationem praepositi rerum eius curae
possent, et Pallantis spectatissima fides atque innocentia ex-
emplo provocare studium tam honestae aemulationis posset, ea
quae X. Kal. Februarias, quae proximae fuissent, in amplissimo
ordine optimus princeps recitasset senatusque consulta de iis
rebus facta in aere inciderentur, idque aes figeretur ad statuam
loricatam divi Iulii'. parum visum tantorum dedecorum esse cu- 14
riam testem: delectus est celeberrimus locus, in quo legenda
praesentibus, legenda futuris proderentur. placuit aere signari
omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosque repudiasset quos-
que, quantum ad decernentis pertinet, gessisset. incisa et in-
sculpta sunt publicis aeternisque monumentis praetoria ornamenta
Pallantis, sic quasi foedera antiqua, sic quasi sacrae leges. tanta 15
principis, tanta senatus, tanta Pallantis ipsius — quid dicam
nescio, ut vellent in oculis omnium figi, Pallas insolentiam suam,
patientiam Caesar, humilitatem senatus. nec puduit rationem
turpitudini obtendere, egregiam quidem pulchramque rationem,
ut exemplo Pallantis praemiorum ad studium aemulationis ceteri
provocarentur. ea honorum vilitas erat, illorum etiam quos Pallas 16
non dedignabatur. inveniebantur tamen honesto loco nati qui
peterent cuperentque quod dari liberto, promitti servis videbant.
quam iuvat quod in tempora illa non incidi, quorum sic me, 17

1 esset] est **r** 2 ne sestertium **Mςa** me sestertium **r** 3 ex aerario referret **a** 4 si in ulla re **M** si nulla re **r** si in nulla re **a** putassent **Mς** 6 principi **Mr** 7 praemia merentium **r** ubique et maxime iis locis **a** ubi et maxime his locis **Mr** ubi et maximis locis **ς** 8 propositi **r*** cura **a** 9 adque **M** 10 possit **r** ea quae X K. febrarias **M** eaque X cal. februarii **r** eaque ante X Cal. Februarii **ς** eaque quarto Kal. Februarii **a** 11 proxime **ra** 12 ordinē **M** senatus consultum de hiis rebus facta in ere inciderentur idque effingeretur **r** S. C. de his rebus facta in aes inciderentur idque adfigerent **ς** de his rebus **a** 15 in quo legenda **Mςa** incolenda **r** 16 proderetur **r*** 17 fastidiosissimi quoque mancipii repudiasset **r** fastidiosissimi quoque mancipii quos repudiasset **ς** 18 inscalpta **a** 20 antiqua si quasi **r*** 21 tanta senatus *om.* **Mr**, *add.* **a** 22 ut uellent **a** si uellent **Mr** 23 puduit] potuit **r** 24 turpitudini — rationem *om.* **r** 26 utilitas **r** 27 non dignabatur *Catanaeus* 28 promittis seruis uidebantur **r** promitti seruis uidebatur **ς**

tamquam illis vixerim, pudet! non dubito similiter adfici te. scio quam sit tibi verus et ingenuus animus: ideo facilius est ut me, quamquam indignationem quibusdam in locis fortasse ultra epistulae modum extulerim, parum doluisse quam nimis credas. vale.

VII.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Neque ut magistro magister neque ut disciplo discipulus
(sic enim scribis), sed ut discipulo magister (nam tu magister,
ego contra; atque adeo tu in scholam revocas, ego adhuc Sa-
2 turnalia extendo) librum misisti. num potui longius hyperbaton
facere atque hoc ipso probare eum esse me, qui non modo ma-
gister tuus sed ne discipulus quidem debeam dici? sumam tamen
personam magistri exseramque in librum tuum ius quod dedisti
eo liberius, quod nihil ex meis interim missurus sum tibi, in quo
te ulciscaris. vale.

VIII.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

1 Vidistine aliquando Clitumni fontem? si nondum (et puto
nondum; alioqui narrasses mihi), vide, quem ego (paenitet tar-
2 ditatis) proxime vidi. modicus collis adsurgit antiqua cupresso
nemorosus et opacus: hunc subter exit fons et exprimitur plu-
ribus venis, sed inparibus, eluctatusque quem facit gurgitem
lato gremio patescit purus et vitreus, ut numerare iactas stipes
3 et relucentis calculos possis. inde non loci devexitate, sed ipsa
sui copia et quasi pondere inpellitur. fons adhuc et iam am-
plissimum flumen atque etiam navium patiens, quas obvias quo-
que et contrario nisu in diversa tendentes transmittit et perfert,

---

1 adfeci **M** 2 uerus *Beroaldus* uiuus **Mra** ideoque **a** 3 indignationem ς**a** indignatione **Mr** 4 quam] quod **r*** 5 credatur **r**

VII 9 nam tu magister *om.* **Mr**, *add.* **a** 10 adque **M** 11 extento **M** num potui **M** non potui **ra** 12 adque **M** me *om.* **a** modo *om.* **r** 13 tamen *om.* **a** 14 quod] quo **a** 15 misurus **M**

VIII 19 clitumnum fontem **Mra** 20 narrasse **r*** vide *om.* **Mr** 21 cupressu **ra** 22 fons exit **a** 23 eluctatusque — patescit **M** eluctatus quem facit gurgitem lato gremio patefacto **r** eluctatusque facit gurgitem qui lato gremio patescit **a** 24 purus] parus **M** 27 adque **M** quas obvias quoque — 227, 10 amplissimos hortos *om.* **r** *non indicata lacuna:* nauium patiens hic mutilus Codex. eodem quo emerat (227, 10) *Beroaldus*

adeo validus, ut illa qua properat ipse, quamquam per solum
planum, remis non adiuvetur, idem aegerrime remis contisque
superetur adversus. iucundum utrumque per iocum ludumque 4
fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio, otium labore variare.
ripae fraxino multa, multa populo vestiuntur, quas perspicuus
amnis velut mersas viridi imagine adnumerat. rigor aquae cer-
taverit nivibus, nec color cedit. adiacet templum priscum et 5
religiosum: stat Clitumnus ipse amictus ornatusque praetexta:
praesens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. sparsa
sunt circa sacella complura totidemque di. sua cuique veneratio,
suum nomen, quibusdam vero etiam fontes. nam praeter illum
quasi parentem ceterorum sunt minores capite discreti; sed flu-
mini miscentur, quod ponte transmittitur. is terminus sacri pro- 6
fanique. in superiore parte navigare tantum, infra etiam natare
concessum. balineum Hispellates, quibus illum locum divus
Augustus dono dedit, publice praebent, praebent et hospitium.
nec desunt villae, quae secutae fluminis amoenitatem margini
insistunt. in summa nihil erit ex quo non capias voluptatem. 7
nam studebis quoque; leges multa multorum omnibus columnis,
omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque celebratur.
plura laudabis, non nulla ridebis; quamquam tu vero, quae tua
humanitas, nulla ridebis. vale.

VIIII.

C. PLINIUS URSO SUO S.

Olim non librum in manus, non stilum sumpsi; olim nescio 1
quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, iu-
cundum tamen nihil agere, nihil esse: adeo multa me negotia
amicorum nec secedere nec studere patiuntur. nulla enim studia 2
tanti sunt, ut amicitiae officium deseratur, quod religiosissime
custodiendum studia ipsa praecipiunt. vale.

---

1 quamquam] tanquam a 2 adiuuentur *I. F. Gronovius* 4 fluuitantibus a 6 velut] ut M imagine] margini *Marklandus epist. crit. p. 55 in Stat. silv. II 3, 16* 9 adque M 10 cumplura M dii M dei a 11 fontis M 14 tantum infra etiam *om.* M, *add.* a 16 publice praebent praebent hospitium M publice praebent et hospitium a 18 in summi M capias] captes a 19 quoque et leges a
VIIII 28 secedere] sedere a 29 sunt *om.* M, *add.* a

X.

C. PLINIUS FABATO PROSOCERO SUO S.

1 Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior
audies neptem tuam abortum fecisse, dum se praegnantem esse
puellariter nescit ac per hoc quaedam custodienda praegnantibus
omittit, facit omittenda. quem errorem magnis documentis ex-
2 piavit in summum periculum adducta. igitur ut necesse est gra-
viter accipias senectutem tuam quasi paratis posteris destitutam,
sic debes agere dis gratias, quod ita tibi in praesentia prone-
potes negaverunt, ut servarent neptem, illos reddituri, quorum
nobis spem certiorem haec ipsa quamquam parum prospere ex-
3 plorata fecunditas facit. isdem nunc ego te quibus ipsum me
hortor moneo confirmo. neque enim ardentius tu pronepotes,
quam ego liberos cupio, quibus videor a meo tuoque latere pro-
num ad honores iter et audita latius nomina et non subitas ima-
gines relicturus. nascantur modo et hunc nostrum dolorem gaudio
mutent. vale.

XI.

C. PLINIUS HISPULLAE SUAE S.

1 Cum adfectum tuum erga fratris filiam cogito etiam materna
indulgentia molliorem, intellego prius tibi quod est posterius
nuntiandum, ut praesumpta laetitia sollicitudini locum non re-
linquat. quamquam vereor ne post gratulationem quoque in metum
redeas atque ita gaudeas periculo liberatam, ut simul quod pe-
2 riclitata sit perhorrescas. iam hilaris, iam sibi, iam mihi reddita
incipit refici transmissumque discrimen convalescendo metiri.
fuit alioqui in summo discrimine, inpune dixisse liceat, fuit nulla
sua culpa, aetatis aliqua. inde abortus et ignorati uteri triste
3 experimentum. proinde, etsi non contigit tibi desiderium fratris
amissi aut nepote eius aut nepte solari, memento tamen dilatum

---

X 2 PROSOCERO *om.* **M** 5 praegnationibus **a** 6 documentis] detrimentis *Catanaeus*[2] 9 diis **M a** 12 facunditas **a** 13 '*Plinius igitur ad prosocerum lib. nono episto.* Neque enim — 17 mutent. *Verum haec epistola et aliae non paucae in codicibus impressis non leguntur: nos integrum ferme Plinium habemus: primum apud Parisios repertum opera Iucundi sacerdotis: hominis antiquarii Architectique famigerati' Budaeus annot. in pandect. f. 32 v. ed. Ascens. a. 1516* 14 uideor a meo *Budaeus* uideor meo **M** uideo a meo **a** 15 nomina] omnia **M**

XI 19 ISPVLLAE **a** 25 iam hilaris iam sibi **a** hilaris iam sibi **M** hilaris iam, iam sibi *Cortius* 26 conualescendo remetiri **a** 27 alioquin summo **M** 30 aut nepte *om.* **M**, *add.* **a**

magis istud quam negatum, cum salva sit ex qua sperari potest. simul excusa patri tuo casum, cui paratior apud feminas venia. vale.

XII.

C. PLINIUS MINICIANO SUO S.

Hunc solum diem excuso: recitaturus est Titinius Capito, 1
quem ego audire nescio magis debeam an cupiam. vir est optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat fovet provehit, multorum qui aliqua conponunt portus sinus gremium, omnium exemplum, ipsarum denique litterarum iam senescentium reductor ac reformator. domum 2
suam recitantibus praebet, auditoria non apud se tantum benignitate mira frequentat; mihi certe, si modo in urbe, defuit numquam. porro tanto turpius gratiam non referre, quanto honestior causa referendae. an, si litibus tererer, obstrictum esse me cre- 3
derem obeunti vadimonia mea, nunc, quia mihi omne negotium, omnis in studiis cura, minus obligor tanta sedulitate celebranti in quo obligari ego, ne dicam solo, certe maxime possum? quod- 4
si illi nullam vicem, nulla quasi mutua officia deberem, sollicitarer tamen vel ingenio hominis pulcherrimo et maximo et in summa severitate dulcissimo vel honestate materiae. scribit exitus inlustrium virorum, in his quorundam mihi carissimorum. videor 5
ergo fungi pio munere, quorumque exequias celebrare non licuit, horum quasi funebribus laudationibus, seris quidem, sed tanto magis veris interesse. vale.

XIII.

C. PLINIUS GENIALI SUO S.

Probo quod libellos meos cum patre legisti. pertinet ad pro- 1
fectum tuum a disertissimo viro discere, quid laudandum, quid reprehendendum, simul ita institui, ut verum dicere adsuescas. vides quem sequi, cuius debeas inplere vestigia. o te beatum! 2
cui contigit vivum atque idem optimum et coniunctissimum exemplar, qui denique eum potissimum imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit. vale.

---

2 uenia est a

XII 5 Tittinius a tinius M 8 multorumque qui M 9 gremium *G. H. Schaeferus* praemium Ma 12 in urbe est defuit a 14 referenda a terrerer a 15 obeunti ad uadimonia a omne negotium in otio, omnis *Reifferscheidius mus. rhen. noviss. v. XV (a. 1860) p. 636* 17 in qua M solo *Catanaeus*[2] soleo Ma 20 materia a 21 in iis a 22 ergo] ego M 23 funeribus a

XIII 28 addissertissimo M 31 vivum *I. F. Gronovius* uuum Ma adque M

XIIII.

C. PLINIUS ARISTONI SUO S.

1 Cum sis peritissimus et privati iuris et publici, cuius pars
senatorium est, cupio ex te potissimum audire, erraverim in
senatu proxime necne, non ut in praeteritum (serum enim),
2 verum ut in futurum, siquid simile inciderit, erudiar. dices 'cur
quaeris quod nosse debebas?'. priorum temporum servitus ut alia-
rum optimarum artium sic etiam iuris senatorii oblivionem quan-
3 dam et ignorantiam induxit. quotus enim quisque tam patiens,
ut velit discere quod in usu non sit habiturus? adde quod diffi-
cile est tenere quae acceperis, nisi exerceas. itaque reducta
libertas rudes nos et inperitos deprehendit; cuius dulcedine ac-
4 censi cogimur quaedam facere ante quam nosse. erat autem
antiquitus institutum ut a maioribus natu non auribus modo
verum etiam oculis disceremus quae facienda mox ipsi ac per
5 vices quasdam tradenda minoribus haberemus. inde adulescentuli
statim castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo,
duces agere, dum secuntur, adsuescerent: inde honores petituri
adsistebant curiae foribus et consilii publici spectatores ante quam
6 consortes erant. suus cuique parens pro magistro, aut cui parens
non erat, maximus quisque et vetustissimus pro parente. quae
potestas referentibus, quod censentibus ius, quae vis magistra-
tibus, quae ceteris libertas, ubi cedendum, ubi resistendum, quod
silendi tempus, quis dicendi modus, quae distinctio pugnantium
sententiarum, quae exsecutio prioribus aliquid addentium; omnem
denique senatorium morem, quod fidissimum praecipiendi genus,
7 exemplis docebantur. at nos iuvenes fuimus quidem in castris;
sed cum suspecta virtus, inertia in pretio, cum ducibus aucto-
ritas nulla, nulla militibus verecundia, nusquam imperium, nus-
quam obsequium, omnia soluta, turbata atque etiam in contra-

XIIII 2 ARISTONIO SUO **M** 3 pars] par **a** 7 debebas *I. F. Gronovius* debeas **Ma** '*De quo tempore Pli. in epist. ita inquit* (221, 2) Perspeximus curiam: sed curiam trepidam et elinguem: cum dicere quod uelles periculosum: quod nolles miserum esset. *Et ibidem* Priorum — 9 induxit' *Budaeus annot. in pandect. f. 52 v. ed. Ascens. a. 1518* 9 ignorantiam **M** *et Budaeus* ignorationem **a** 13 '*Idem libro nono ad Aristonem (sed in epistola manuscripta quae vulgo non reperitur ut et aliae non paucae) de iure senatorio loquens ita inquit.* Erat — 25 addentium' *Budaeus f. 54* autem] ante **M** 16 quasdam *om. Budaeus* 21 erat *om.* **M** maximus] proximus *Mommsenus* 22 quod ius censentibus quae *Budaeus* 24 silentii *Budaeus* **a** qui dicendi *Budaeus* 26 fidelissimum **a** praecipiendi *vulgo* percipiendi **Ma** 27 ad nos **M** 28 cum inspecta **M** 30 adque **M**

rium versa, postremo obliviscenda magis quam tenenda. iidem 8
prospeximus curiam, sed curiam trepidam et elinguem, cum
dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset. quid
tunc disci potuit, quid didicisse iuvit, cum senatus aut ad otium
summum aut ad summum nefas vocaretur et modo ludibrio modo
dolori retentus numquam seria, tristia saepe censeret? eadem 9
mala iam senatores, iam participes malorum multos per annos
vidimus tulimusque, quibus ingenia nostra in posterum quoque
hebetata fracta contusa sunt. breve tempus (nam tanto brevius 10
omne quanto felicius tempus), quo libet scire quid simus, libet
exercere quod scimus. quo iustius peto, primum ut errori, siquis
est error, tribuas veniam, deinde medearis scientia tua, cui semper fuit curae sic iura publica ut privata, sic antiqua ut recentia,
sic rara ut assidua tractare. atque ego arbitror illis etiam, qui- 11
bus plurimarum rerum agitatio frequens nihil esse ignotum patiebatur, genus quaestionis quod adfero ad te aut non satis
tritum aut etiam inexpertum fuisse. hoc et ego excusatior, si
forte sum lapsus, et tu dignior laude, si potes id quoque docere,
quod in obscuro est an didiceris. referebatur de libertis Afrani 12
Dextri consulis, incertum sua an suorum manu, scelere an obsequio perempti. hos alius ('quis?' inquis: ego: sed nihil refert)
post quaestionem supplicio liberandos, alius in insulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. quarum sententiarum
tanta diversitas erat, ut non possent esse nisi singulae. quid 13
enim commune habet occidere et relegare? non hercule magis
quam relegare et absolvere: quamquam propior aliquanto est
sententiae relegantis quae absolvit, quam quae occidit (utraque
enim ex illis vitam relinquit, haec adimit), cum interim et qui
morte puniebant et qui relegabant una sedebant et temporaria
simulatione concordiae discordiam differebant. ego postulabam 14
ut tribus sententiis constaret suus numerus nec se brevibus indutiis duae iungerent. exigebam ergo ut qui capitali supplicio
adficiendos putabant discederent a relegante nec interim contra

---

1 idem **M** 6 conseret **M** 10 quo] quod a 11 exercere quod scimus *Reifferscheidius mus. rhen. noviss. v. XV (a. 1860) p. 636* excercere quod sumus **M**a quo] quod a errori] erroris a 12 mediaris **M**, cui superfuit a 13 curae] cura **M** 14 adque **M** 19 an didiceris] adridiceris **M** addidiceris *Mommsenus* Referebatur — 222, 8 censentium *Budaeus l. c.* de] di **M** Afranii a 21 alius, quis? inquis: ego *Cortius* alius inquis ego **M** alius quis ego a aliquis ego *Budaeus* 25 et relegare et non a religare **M** 26 religare **M** quamquam] quam **M** 27 sententia religatis **M** quae absoluerit a quae soluit *Budaeus* 28 reliquit *Budaeus* 29 religabant **M** 32 ergo] ego **M**

absolventis mox dissensuri congregarentur, quia parvulum re-
15 ferret, an idem displiceret quibus non idem placuisset. illud
etiam mihi permirum videbatur eum quidem qui libertos relegan-
dos, servos supplicio adficiendos censuisset coactum esse dividere
sententiam, hunc autem qui libertos morte multaret cum rele-
gante numerari. nam si oportuisset dividi sententiam unius, quia
res duas comprehendebat, non reperiebam quem ad modum posset
16 iungi sententia duorum tam diversa censentium. atque adeo per-
mitte mihi sic apud te tamquam ibi, sic peracta re tamquam
adhuc integra, rationem iudicii mei reddere quaeque tunc carptim
17 multis obstrepentibus dixi nunc per otium iungere. fingamus
tres omnino iudices in hanc causam datos esse, horum uni pla-
cuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absolvi. utrumne
sententiae duae collatis viribus novissimam periment, an sepa-
ratim una quaeque tantundem quantum altera valebit, nec magis
poterit cum secunda prima conecti, quam secunda cum tertia?
18 igitur in senatu quoque numerari tamquam contrariae debent
quae tamquam diversae dicuntur. quodsi unus atque idem et
perdendos censeret et relegandos, num ex sententia unius et
perire possent et relegari? num denique omnino una sententia
19 putaretur quae tam diversa coniungeret? quem ad modum igitur,
cum alter puniendos, alter censeat relegandos, videri potest una
sententia, quia dicitur a duobus, quae non videretur una, si ab
uno diceretur? quid? lex non aperte docet dirimi debere sen-
tentias occidentis et relegantis, cum ita discessionem fieri iubet,
'qui haec sentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam
partem ite, qua sentitis'? examina singula verba et expende:
'qui haec sentitis', hoc est qui relegandos putatis: 'in hanc par-
20 tem', id est in eam in qua sedet qui censuit relegandos. ex quo
manifestum est non posse in eadem parte remanere eos qui inter-
ficiendos arbitrantur. 'qui alia omnia': animadvertis, ut non
contenta lex dicere 'alia' addiderit 'omnia'. num ergo dubium
est alia omnia sentire eos qui occidunt quam qui relegant? 'in
illam partem ite, qua sentitis': nonne videtur ipsa lex eos qui

---

1 paruolum M 3 permirum mihi *Budaeus* 7 repperiebam M 8 adque M 11 fingamus — 27 qua sentitis *Budaeus l. c.* 12 in hanc causa M 13 religari M 14 sentiae M periment *Budaeus* perimant M prement a 18 adque M 20 religari M una omnino *Budaeus* 23 quia] quae *Budaeus* a 24 quid] quod M 25 relegantes M 26 in hanc — 27 qua sentitis *om.* M 28 qui haec sentitis *G. H. Schaeferus* qui haec censetis Ma 32 dubium] durum M 34 illam parte M

dissentiunt in contrariam partem vocare, cogere, impellere? non
consul etiam, ubi quisque remanere, quo transgredi debeat, non
tantum sollemnibus verbis sed manu gestuque demonstrat? at 21
enim futurum est ut, si dividantur sententiae interficientis et
relegantis, praevaleat illa quae absolvit. quid istud ad censentes?
quos certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare ne
fiat quod est mitius. oportet tamen eos qui puniunt et qui relegant absolventibus primum, mox inter se comparari. scilicet
ut in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit ac servat, qui
cum victore contendat, sic in senatu sunt aliqua prima, sunt
secunda certamina, et ex duabus sententiis eam quae superior
extiterit tertia expectat. quid, quod prima sententia conprobata 22
ceterae perimuntur? qua ergo ratione potest esse non unus atque idem locus sententiarum, quarum nullus est postea? planius 23
repetam. nisi dicente sententiam eo qui relegat illi qui puniunt
capite initio statim in alia discedant, frustra postea dissentient
ab eo cui paulo ante consenserint. sed quid ego similis docenti? 24
cum discere velim, an sententias dividi, an iri in singulas oportuerit. obtinui quidem quod postulabam; nihilo minus tamen
quaero, an postulare debuerim. quem ad modum obtinui? qui
ultimum supplicium sumendum esse censebat, nescio an iure,
certe aequitate postulationis meae victus, omissa sententia sua
accessit releganti; veritus scilicet ne, si dividerentur sententiae,
quod alioqui fore videbatur, ea quae absolvendos esse censebat
numero praevaleret. etenim longe plures in hac una quam in
duabus singulis erant. tum illi quoque qui auctoritate eius tra- 25
hebantur transeunte illo destituti reliquerunt sententiam ab ipso
auctore desertam secutique sunt quasi transfugam quem ducem
sequebantur. sic ex tribus sententiis duae factae, tenuitque ex 26
duabus altera tertia expulsa, quae, cum ambas superare non
posset, elegit ab utra vinceretur. vale.

---

2 consul] consulere a non tantãntũ lemnibus **M** 3 ad enim **M**: at enim — 12 expectat *Budaeus l. c.* 7 metius *corr.* mitius **M** qui morte puniunt *Budaeus* 8 ab absoluentibus **M** 11 eum qui **M** 12 exierit *Budaeus* a quid] quod *corr.* quid **M** conparata **M** 13 peremuntur quae ratione **M** esse nunc unus *G. H. Schaeferus* adque **M** 15 religat **M** 16 discedunt a 19 optinui **M** a: optimum quidem — 31 uinceretur *Budaeus* 20 debuerim . quemadmodum abstinuit is qui *Budaeus* debuerim an abstinere. Quemadmodum abstinuit is qui a optinui **M** 22 certae **M** 23 accesset **M** ne si] nisi **M** 24 quae soluendos **M** 29 ex tribus] ex duabus *Budaeus* 30 alterã tertiã **M**

XV.

C. PLINIUS IUNIORI SUO S.

1 Oneravi te tot pariter missis voluminibus; sed oneravi pri-
mum, quia exegeras, deinde quia scripseras tam graciles istic
vindemias esse, ut plane scirem tibi vacaturum, quod vulgo di-
2 citur, librum legere. eadem ex meis agellis nuntiantur. igitur
mihi quoque licebit scribere quae legas, sit modo unde chartae
emi possint; quae si scabrae bibulaeve sint, aut non scribendum,
aut necessario quidquid scripserimus boni malive delebimus. vale.

XVI.

C. PLINIUS PATERNO SUO S.

1 Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, et qui-
dem iuvenum. solacia duo nequaquam paria tanto dolori, solacia
tamen: unum facilitas manumittendi; videor enim non omnino
inmaturos perdidisse quos iam liberos perdidi: alterum, quod
permitto servis quoque quasi testamenta facere eaque ut legitima
2 custodio. mandant rogantque quod visum; pareo ut iussus: divi-
dunt, donant, relinquunt, dumtaxat intra domum: nam servis
3 res publica quaedam et quasi civitas domus est. sed quamquam
his solaciis adquiescam, debilitor et frangor eadem illa huma-
nitate, quae me ut hoc ipsum permitterem induxit. non ideo
tamen velim durior fieri. nec ignoro alios eius modi casus nihil
amplius vocare quam damnum eoque sibi magnos homines et
sapientes videri. qui an magni sapientesque sint nescio, homines
4 non sunt. hominis est enim adfici dolore, sentire, resistere tamen
5 et solacia admittere, non solaciis non egere. verum de his plura
fortasse quam debui, sed pauciora quam volui. est enim quae-
dam etiam dolendi voluptas, praesertim si in amici sinu defleas,
apud quem lacrimis tuis vel laus sit parata vel venia. vale.

XVII.

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

1 Num istic quoque inmite et turbidum caelum? hic adsiduae
tempestates et crebra diluvia. Tiberis alveum excessit et demis-

XV 4 scripserat *corr.* —as M 6 nunciantur M 8 quae — scribendum *om.* M, *add.* a *et fortasse haec non auctoritate codicis, sed coniectura Iucundi recepta sunt, ut Plinius de palimpsestis iocatus scripserit* sit modo unde chartae emi possint, aut necessario quidquid scripserimus boni malive delebimus. 9 maliue deleuimus a mali uidebimus M

XVI 15 quod] cum a 17 pareo ocyus. suis diuidunt a 24 sapientes videri qui an magni *om.* M, *add* a 25 dolore] dolere M

sioribus ripis alte superfunditur: quamquam fossa, quam provi- 2
dentissimus imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat
campis, quaque planum solum, pro solo cernitur. inde quae solet
flumina accipere et permixta devehere velut obvius sistere cogit
atque ita alienis aquis operit agros, quos ipse non tangit. Anio, 3
delicatissimus amnium ideoque adiacentibus villis velut invitatus
retentusque, magna ex parte nemora, quibus inumbratur, et
fregit et rapuit: subruit montes et decidentium mole pluribus
locis clausus, dum amissum iter quaerit, impulit tecta ac se
super ruinas evexit atque extulit. viderunt quos excelsioribus 4
terris illa tempestas deprehendit alibi divitum apparatus et gravem supellectilem, alibi instrumenta ruris, ibi boves aratra rectores, hic soluta et libera armenta atque inter haec arborum
truncos aut villarum trabes atque culmina varie lateque fluitantia. ac ne illa quidem loca malo vacaverunt, ad quae non ascen- 5
dit amnis. nam pro amne imber adsiduus et deiectis nubibus
turbines, proruta opera, quibus pretiosa rura cinguntur, quassata
atque etiam decussa monimenta. multi eius modi casibus debilitati obruti obtriti et aucta luctibus damna. ne quid simile 6
istic pro mensura periculi vereor teque rogo, si nihil tale, quam
maturissime sollicitudini meae consulas; sed et si tale, id quoque nunties. nam parvulum differt, patiaris adversa an expectes;
nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi. doleas
enim quantum scias accidisse, timeas quantum possit accidere. vale.

XVIII.

C. PLINIUS RUFINO SUO S.

Falsum est nimirum quod creditur vulgo, testamenta homi- 1
num speculum esse morum, cum Domitius Tullus longe melior
apparuerit morte quam vita. nam cum se captandum praebuisset, 2
reliquit filiam heredem, quae illi cum fratre communis, quia
genitam fratre adoptaverat. prosecutus est nepotes plurimis iucundissimisque legatis, prosecutus etiam proneptem. in summa
omnia pietate plenissima, ac tanto magis, quoniam inexpectata

XII 4 sistere] retro a 5 Anio] ante M, *unde* Anien *coniecit Cortius* 6 villis] illis M 7 inumbratur et fregit a umbratur fregit M 10 enexit a eiecit M uiderunt hi quos — tempestas non deprehendit a 13 adque M 14 atque culmina *om.* M, *add.* a 15 ne illa quidem mala uacauerunt quę M 16 deiecti a 18 adque M 20 nihil tale est quam a 22 parvulum] paulum M 24 vale *om.* M

XVIII 32 etiam pronepotem a 33 magis exspectata M magis inexspectata *Cortius*

3 sunt. ergo varii tota civitate sermones: alii fictum ingratum in-
memorem loquuntur seque ipsos, dum insectantur illum, turpis-
simis confessionibus produnt, ut qui de patre avo proavo quasi
de orbo querantur: alii contra hoc ipsum laudibus ferunt, quod
sit frustratus improbas spes hominum, quos sic decipere pro mo-
ribus temporum prudentia est. addunt etiam non fuisse ei liberum
alio testamento mori; neque enim reliquisse opes filiae, sed red-
4 didisse quibus auctus per filiam fuerat. nam Curtilius Mancia
perosus generum suum Domitium Lucanum (frater is Tulli), sub
ea condicione filiam eius, neptem suam, instituerat heredem, si
esset manu patris emissa. emiserat pater, adoptaverat patruus,
atque ita circumscripto testamento consors frater in fratris po-
testatem emancupatam filiam adoptionis fraude revocaverat, et
5 quidem cum opibus amplissimis. fuit alioqui fratribus illis quasi
fato datum ut divites fierent invitissimis a quibus facti sunt. quin
etiam Domitius Afer, qui illos in nomen adsumpsit, reliquit
testamentum ante decem et octo annos nuncupatum adeoque
postea inprobatum sibi, ut patris eorum bona proscribenda cura-
6 verit. mira illius asperitas, mira felicitas horum: illius asperitas,
qui numero civium excidit quem socium etiam in liberis habuit;
felicitas horum, quibus successit in locum patris qui patrem abs-
7 tulerat. sed haec quoque hereditas Afri ut reliqua cum fratre
quaesita transmittenda erant filiae fratris, a quo Tullus ex asse
heres institutus praelatusque filiae fuerat, ut conciliaretur. quo
laudabilius testamentum est, quod pietas fides pudor scripsit, in
quo denique omnibus adfinitatibus pro cuiusque officio gratia
8 relata est, relata et uxori. accepit amoenissimas villas, accepit
magnam pecuniam uxor optima et patientissima ac tanto melius
de viro merita, quanto magis est reprehensa quod nupsit. nam
mulier natalibus clara, moribus proba, aetate declivis, diu vidua,
mater olim, parum decore secuta matrimonium videbatur divitis
senis ita perditi morbo, ut esse taedio posset uxori, quam iu-

---

1 tota] tata M 3 produnt qui de illo uti de patre auo proauo quasi orbi quaerantur a 4 quaerantur M 5 quos — 6 est] quod sic pro moribus temporum est M 7 filiae] ille M 8 Curtilius Mancia *Casaubonus coll. Tac. annal. XIII 56* curtius mancia M Curtius Mancipia a 9 is] est a tullii M sub ea conditione ut filiam — institueret a 10 conditione M 11 emiserat] emisera M 12 in patris potestate eman-
te
cipatam a poaistatem M 13 et quidem cum opibus amplissimis *om.* M 16 in numen a 17 decim et octo M octo et decem a 18 ut patres — curauerint M 20 exscidit *Casaubonus* 23 fratris] fratres M *31 decora M*

venis sanusque duxisset. quippe omnibus membris extortus et 9
fractus tantas opes solis oculis obibat ac ne in lectulo quidem
nisi ab aliis movebatur. quin etiam (foedum miserandumque dictu)
dentes lavandos fricandosque praebebat: auditum frequenter ex
ipso, cum quereretur de contumeliis debilitatis suae, digitos se
servorum suorum cotidie lingere. vivebat tamen et vivere vole- 10
bat, sustentante maxime uxore, quae culpam inchoati matrimonii
in gloriam perseverantia verterat. habes omnes fabulas urbis: 11
nam sunt omnes fabulae Tullus. expectatur auctio. fuit enim
tam copiosus, ut amplissimos hortos eodem quo emerat die in-
struxerit plurimis et antiquissimis statuis: tantum illi pulcherri-
morum operum in horreis, quae neglegebat. invicem tu, siquid
istic epistula dignum, ne gravare. nam cum aures hominum 12
novitate laetantur, tum ad rationem vitae exemplis erudimur. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Et gaudium mihi et solacium in litteris, nihilque tam laetum 1
quod his laetius, nihil tam triste quod non per has minus triste.
itaque et infirmitate uxoris et meorum periculo, quorundam vero
etiam morte turbatus ad unicum doloris levamentum studia con-
fugi, quae praestant ut adversa magis intellegam, sed patientius
feram. est autem mihi moris quod sum daturus in manus ho- 2
minum ante amicorum iudicio examinare, in primis tuo. proinde
si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistula accipies,
quia vereor ne ipse ut tristis parum intenderim. imperare enim
dolori ut scriberem potui, ut vacuo animo laetoque non potui.
porro ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt. vale.

XX.

C. PLINIUS GALLO SUO S.

Ad quae noscenda iter ingredi, transmittere mare solemus, 1
ea sub oculis posita neglegimus, seu quia ita natura comparatum,
ut proximorum incuriosi longinqua sectemur, seu quod omnium

4 auditum est frequenter ab ipso a 5 quereretu de M se *om.* a 6 linguere a 8 in gloria perseuerantiam M 9 nam sunt uenales tabulae Tulli a auctior M 10 emerat instruxit r 12 negglegebat M neglegebatur a 13 istic *om.* a ne grauare M ne grauere r ne grauere scribere ς ne grauare scribere a 14 laetentur *Sichardus*

XVIIII 18 nihil *om.* Mr, *add.* a per has sit minus ς 20 unum r confugio a 23 exanimare M 24 intende librum meum quem r intende in librum meum quem ς 25 ipsi a

rerum cupido languescit, cum facilis occasio, seu quod differimus
tamquam saepe visuri quod datur videre, quotiens velis cernere.
2 quacumque de causa, permulta in urbe nostra iuxtaque urbem
non oculis modo sed ne auribus quidem novimus, quae si tulisset Achaia, Aegyptos, Asia aliave quaelibet miraculorum ferax
3 commendatrixque terra, audita perlecta lustrata haberemus. ipse
certe nuper quod nec audieram ante nec videram audivi pariter
et vidi. exegerat prosocer meus ut Amerina praedia sua inspicerem. haec perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus no-
4 mine Vadimonis: simul quaedam incredibilia narrantur. perveni
ad ipsum. lacus est in similitudinem iacentis rotae circumscriptus
et undique aequalis: nullus sinus, obliquitas nulla, omnia dimensa, paria et quasi artificis manu cavata et excisa. color caerulo albidior, viridi * or et pressior, sulpuris odor saporque me-
5 dicatus, vis qua fracta solidantur. spatium modicum, quod tamen
sentiat ventos et fluctibus intumescat. nulla in hoc navis (sacer
enim), sed innatant insulae, herbidae omnes harundine et iunco,
quaeque alia fecundior palus ipsaque illa extremitas lacus effert.
sua cuique figura ac modus: cunctis margo derasus, quia frequenter vel litori vel sibi inlisae terunt teruntur que. par omnibus altitudo, par levitas; quippe in speciem carinae humili radice
6 descendunt: haec ab omni latere perspicitur eademque suspensa
pariter et mersa. interdum iunctae copulataeque et continenti
similes sunt, interdum discordantibus ventis digeruntur, non
7 numquam destitutae tranquillitate singulae fluitant. saepe minores maioribus velut cumbulae onerariis adhaerescunt, saepe
inter se maiores minoresque quasi cursum certamenque desumunt;

XX 1 languescit *om.* r occasio est seu a 2 saepe *om.* r uideri r 3 in nostra urbe r* 5 Aegyptus aliaque quaelibet a 6 lustrataque a 7 audivi] audii a 8 exegerat socer r 10 Vadmonis r* 11 circumscriptus Ma conscriptis r conscriptus ς 12 aequalis] aequa M 13 quasi aurificis r* color caeruleo albidior, viridior et pressior sulphuris, odor saporque medicatus *Gesnerus* caeruleo ςa 14 uiridior et pressior M uiridior et preciosior r et pressior (*om.* viridior) a viridiore pressior *Barthius. fortasse* viridi austerior et pressior *vel* viridi pressior sulphuris Mς sulphur' r sulpure a 15 spacium M 16 sacer enim est sed a 17 innatant Mςa artane r haerbidę omnes (herbidae montes r) harundine et iunco Mr herbidae tectae harundine et iunco ς herbidae omnes harundine et iunco tectae a herbidae omnes harundine et iunco textae *Casaubonus e coniectura Lectii* 19 figura ut modus a figura uel modus Mς figura uel modis r figura ut motus *Casaubonus e coniectura Lectii* 20 littori *Catanaeus* a litore Mr 22 discendunt M eadem aqua pariter suspensa et mersa a 23 continentis similes eunt a 25 destituta et (et *om.* ς) tranquillitate singule fluctuant r 26 cymbulae a corbule r adherescent r* 27 se *om.* r

rursus omnes in eundem locum adpulsae qua steterunt promovent terram et modo hac modo illa lacum reddunt auferuntque
ac tum demum, cum medium tenuere, non contrahunt. constat 8
pecora herbas secuta sic in insulas illas ut in extremam ripam procedere solere nec prius intellegere mobile solum, quam litori abrepta quasi inlata et inposita circumfusum undique lacum paveant; mox quo tulerit ventus egressa, non magis se descendisse
sentire, quam senserint ascendisse. idem lacus in flumen egeri- 9
tur, quod, ubi se paulisper oculis dedit, specu mergitur alteque conditum meat, ac siquid, antequam subduceretur, accepit, ser-
vat et profert. haec tibi scripsi, quia nec minus ignota quam 10
mihi nec minus grata credebam. nam te quoque, ut me, nihil aeque ac naturae opera delectant. vale.

XXI.

C. PLINIUS ARRIANO SUO S.

Ut in vita sic in studiis pulcherrimum et humanissimum 1
existimo severitatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam,
haec in petulantiam excedat. qua ratione ductus graviora opera 2
lusibus iocisque distinguo. ad hos proferendos et tempus et locum opportunissimum elegi, utque iam nunc adsuescerent et ab otiosis et in triclinio audiri, Iulio mense, quo maxime lites in-
terquiescunt, positis ante lectos cathedris amicos collocavi. forte 3
accidit ut eodem die mane in advocationem subitam rogarer, quod mihi causam praeloquendi dedit. sum enim deprecatus ne quis ut inreverentem operis argueret, quod recitaturus, quamquam et amicis et paucis, id est iterum amicis, foro et negotiis non abstinuissem. addidi hunc ordinem me et in scribendo sequi, ut necessitates voluptatibus, seria iucundis anteferrem ac
primum amicis, tum mihi scriberem. liber fuit et opusculis 4

---

1 in eundem locum **a** in locum **M** in loco **r** stetere **r** 2 illa] illac **ra** 3 ac tum demum **r** ac dum demum **M** auctum demum **a** non trahuntur **Mr** 4 in extremam procedere solere prius in tellure mobile **r** 5 litore **a** 6 quas inlata et inposita **M** quasi in rate posita *Mommsenus* pauent **a** 7 se descendisse **a** se discendisse **M** sed descendisse **r** se descendisse sentiant *Catanaeus* 8 sentire quam senserint ascendisse *om.* **Mr**, *add.* **a** in flumen egeritur **a** in flumine geritur **M** in flumen erigitur **r** 9 specu emergitur **r*** 11 quia *om.* **r** quae **ς**

XXI 17 aestimo **a** 18 excedat **M** excidat **r** procedat **a** 22 ante lectos **ςa** ante lecto **r** antellectos **M** conuocaui *Catanaeus* 23 eodem] eo **a** 24 proloquendi **r** 25 ut inreuerenti **M** 26 id est iterum **Ma** id ē iterum **r** idem iterum **ς** *vulgo* idem interim *Barthius* 27 me et in scribendo **a** me in scribendo **Mr** 28 anteferrem **a** simul ferrem **Mr** praeferrem *Catanaeus* 29 scribere **a**

varius et metris. ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satie-
tatis periculum fugere. recitavi biduo: hoc adsensus audientium
exegit: et tamen ut alii transeunt quaedam inputantque quod
transeant, sic ego nihil praetereo atque etiam non praeterire
me dico. lego enim omnia, ut omnia emendem, quod contingere
5 non potest electa recitantibus. at illud modestius et fortasse re-
verentius; sed hoc simplicius et amantius. amat enim qui se sic
amari putat, ut taedium non pertimescat. et alioqui quid prae-
stant sodales, si conveniunt voluptatis suae causa? delicatus ac
similis ignoto est qui amici librum bonum mavult audire quam
6 facere. non dubito cupere te pro cetera mei caritate quam ma-
turissime legere hunc adhuc musteum librum. leges, sed retra-
ctatum, quae causa recitandi fuit; et tamen non nulla iam ex
eo nosti. haec vel emendata postea vel, quod interdum longiore
mora solet, deteriora facta quasi nova rursus et rescripta cognosces.
nam plerisque mutatis ea quoque mutata videntur, quae manent.
vale.

XXII.

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

1 Nostine hos qui omnium libidinum servi sic aliorum vitiis
irascuntur, quasi invideant, et gravissime puniunt quos maxime
imitantur? cum eos etiam qui non indigent clementia ullius ni-
2 hil magis quam lenitas deceat. atque ego optimum et emenda-
tissimum existimo qui ceteris ita ignoscit, tamquam ipse cotidie
3 peccet, ita peccatis abstinet, tamquam nemini ignoscat. proinde
hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitae genere teneamus, ut
nobis inplacabiles simus, exorabiles istis etiam qui dare veniam
nisi sibi nesciunt, mandemusque memoriae quod vir mitissimus
et ob hoc quoque maximus, Thrasea, crebro dicere solebat, 'qui
vitia odit, homines odit.' quaeris fortasse, quo commotus haec

---

1 sacietatis M 3 ut alii quedam reputant que quod transeat sit nil praetereo r ut alii quaedam imputant quae transeant sic nil praetereo *Beroaldus* 4 adque M 5 dico Mr testor a 6 ad illud M 8 et *om.* a: et alio quicquid praestant r* 9 sodalis M deligatus r 12 adhuc] adhūc r at hunc ς leges ςa legis Mr retractum r retrectatum ς 13 recitandi a retractandi Mr retrectandi ς 14 haec emendata postea ut quod Mr longiore mora ςa longiori mora r longiora mora M longior mora *Mommsenus* 15 cognosceres r 16 mutata *om.* r

XXII 19 GEMINO M GEMINIO ra 22 clemencia M 23 atqui ego *Catanaeus* 24 ita ignoscat *Beroaldus* 25 abstinet a abstineat Mr 30 homines non odit *Casaubonus* fortasse quaeris a quo commotus haec scribam M quod commotus scribam r quo commotus scribam ς quod commotus hoc scribam a

scribam. nuper quidam — sed melius coram; quamquam ne tunc 4
quidem. vereor enim ne id quod inprobo insectari carpere referre huic quod cum maxime praecipimus repugnet. quisquis ille, qualiscumque, sileatur, quem insignire exempli nihil, non insignire humanitatis plurimum refert. vale.

XXIII. (a. 108. 109)

C. PLINIUS MARCELLINO SUO S.

Omnia mihi studia, omnes curas, omnia avocamenta exemit, 1
excussit, eripuit dolor, quem ex morte Iuni Aviti gravissimum
cepi. latum clavum in domo mea induerat: suffragio meo adiu- 2
tus in petendis honoribus fuerat: ad hoc ita me diligebat, ita
verebatur, ut me formatore morum, me quasi magistro uteretur.
rarum hoc in adulescentibus nostris. nam quotus quisque vel 3
aetati alterius vel auctoritati ut minor cedit? statim sapiunt, statim sciunt omnia, neminem verentur, imitantur neminem atque ipsi sibi exempla sunt. sed non Avitus, cuius haec praecipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur, haec prae-
cipua eruditio, quod discere volebat. semper ille aut de studiis 4
aliquid aut de officiis vitae consulebat, semper ita recedebat ut melior factus, et erat factus vel eo quod audierat vel quod om-
nino quaesierat. quod ille obsequium Serviano, exactissimo viro, 5
praestitit! quem legatum tribunus ita et intellexit et cepit, ut ex Germania in Pannoniam transeuntem non ut commilito, sed ut comes adsectatorque sequeretur. qua industria, qua modestia quaestor consulibus suis (et plures habuit) non minus iucundus et gratus quam utilis fuit! quo discursu, qua vigilantia, hanc

---

1 nuper *om.* a 2 ne id quod inprobo insectari carpere referre huic quod cum maxime praecipimus repugnet *I. F. Gronovius* ne id, quod improbo, eos sectari, carpere, referre, huic quod quammaxime praecipimus repugnet a ne id quod inprobo eos sectari carpere fere huic quod cum maxime praecipimus repugnet (praecipnus repugt r) Mr ne id quo inprobo eos sectari uidear: ad haec carpere quodcumque maxime praeceperis repugnat *Catanaeus* 4 exempli nihil Mςa exempli nisi r exempli (*om.* nihil) *Catanaeus* exempli nonnihil *Casaubonus*

XXIII 8 .Minima mihi r* aduocamenta r 9 Iunii Mra gravissimum] grauissimi hominis ς 10 coepi Mςa in domū meā r* meo] mō (*h. e.* modo) r* 11 ita me diligebat M ita diligebat r ita me dilexerat a 12 formatorē M 13 in *om.* a 14 etati r aetate *corr.* —ti M aetate ςa auctoritati M auct̄ r auctoritate ςa cedit M 15 neminem uerentur, imitantur neminem a neminem imitantur (*rell. om.*) Mr 16 praecipua erat prudentia r 22 ita et intellexit et cepit M ita dilexit et cepit r ita et intellexit et excepit a 24 adsectorque a adsessorque *Mommsenus* qu.a industria M 25 et pluribus habuerit r pluribus habitus ς 26 utilis Mr usui a

ipsam aedilitatem, cui praereptus est, petiit! quod vel maxime
6 dolorem meum exulcerat. obversantur oculis cassi labores et infructuosae preces et honor quem meruit tantum: redit animo ille latus clavus in penatibus meis sumptus, redeunt illa prima, illa
7 postrema suffragia mea, illi sermones, illae consultationes. adficior adulescentia ipsius, adficior necessitudinum casu. erat illi grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum virginem acceperat, erat filia, quam paulo ante sustulerat. tot spes, tot
8 gaudia dies unus in adversa convertit. modo designatus aedilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam ignaram [avi] patris reliquit. accedit lacrimis meis quod absens et inpendentis mali nescius pariter aegrum, pariter decessisse cognovi, ne gravissimo dolori
9 tempore consuescerem. in tantis tormentis eram, cum scriberem haec, scriberem sola: neque enim nunc aliud aut cogitare aut loqui possum. vale.

XXIIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

1 Amor in te meus cogit, non ut praecipiam (neque enim praeceptore eges), admoneam tamen, ut quae scis teneas et ob-
2 serves, aut nescire melius. cogita te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Graeciam, in qua primum humanitas, litterae, etiam fruges inventae esse creduntur; missum ad ordinandum statum liberarum civitatum, id est ad homines maxime homines, ad liberos maxime liberos, qui ius a natura datum virtute, meritis, amicitia, foedere denique et religione
3 tenuerunt. reverere conditores deos et numina deorum, reverere

---

1 praereptus ϛa praeruptus *corr.* praereptus **M** preceptus r 2 exulcerat] uicerat a cassi **M**ϛ Cassii r passi a infructuosi r* 5 adficior adulescentia ipsius *om.* r 6 necessitudine r erat ille a 9 in diuersa a 11 uxsorem **M** ignaram aui patris **M**r ignaramque patris a ignaram aui ignaram patris ϛ ignaram sui patris *Cortius* 12 et pendentis r* 14 tempore **M** timore a ipse r cum scriberem haec scriberem sola neque **M** cum haec scriberem sola neque r cum haec scriberem. solare neque ϛ cum scriberem haec neque a

XXIIII 21 aut nescire melius **M**r aut scias melius *Catanaeus* a 22 meram] ueram r in qua primum] ubi a humanitatis littere et fruges r 24 statum liberarum ciuitatium, id est ad homines maxime liberos, qui ius a statum id est ad homines maxime homines ad liberos maxime liberos quod ius **M** statum id est ad homines maxime liberos qui ius r 27 conditores deos et nomina deorum **M** conditores deos numina deorum a, *om.* r, conditores deos nomina heroum *I. F. Gronovius*

gloriam veterem et hanc ipsam senectutem, quae in homine
venerabilis, in urbibus sacra. sit apud te honor antiquitati, sit
ingentibus factis, sit fabulis quoque. nihil ex cuiusquam digni-
tate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatione decerpseris.
habe ante oculos hanc esse terram quae nobis miserit iura, quae 4
leges non victis, sed petentibus dederit, Athenas esse quas adeas,
Lacedaemonem esse quam regas; quibus reliquam umbram et
residuum libertatis nomen eripere durum ferum barbarum est.
vides a medicis, quamquam in adversa valetudine nihil servi ac 5
liberi differant, mollius tamen liberos clementiusque tractari.
recordare, quid quaeque civitas fuerit, non ut despicias, quod
esse desierit: absit superbia asperitas. nec timueris contemptum. 6
an contemnitur qui imperium, qui fasces habet, nisi humilis et
sordidus et qui se primus ipse contemnit? male vim suam po-
testas aliorum contumeliis experitur, male terrore veneratio ad-
quiritur, longeque valentior amor ad obtinendum quod velis quam
timor. nam timor abit, si recedas; manet amor, ac sicut ille
in odium hic in reverentiam vertitur. te vero etiam atque etiam 7
(repetam enim) meminisse oportet officii tui titulum ac tibi ipsum
interpretari, quale quantumque sit ordinare statum liberarum
civitatum. nam quid ordinatione civilius? quid libertate pretio-
sius? porro quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servi- 8
tute mutetur! accedit quod tibi certamen est tecum: onerat te
quaesturae tuae fama, quam ex Bithynia optimam revexisti, onerat
testimonium principis, onerat tribunatus, praetura atque haec
ipsa legatio quasi praemium data. quo magis nitendum est ne 9
in longinqua provincia quam suburbana, ne inter servientes quam
liberos, ne sorte quam iudicio missus, ne rudis et incognitus
quam exploratus probatusque humanior melior peritior fuisse vi-

---

1 gloria **M** in homine uenerabili sacra est. sit apud te **r** 2 sacra est sit **a** antiquitati **r** (?) *Cortius* antiquitatis **M**ς**a** 3 sit in fabulis **a** 4 nihil etiam ex iactatione **M** nihil ex cuiusdam iactatione **r** nihil ex cuiusquam iactatione ς**a** 6 non uictis sed petentibus dederit **M** non inuitis sed petentibus dederit **r** non uicta sed petentibus dederit **a** non uicta acceperit, sed petentibus dederit *Sichardus* 7 lacaedemonem **M** 8 barbarumque est ς**a** 9 ualitudine **M** 11 quid quaque **a** fuerat **r** 12 desierat ς 13 nisi humilis **M**ς nisi qui humilis **a** nisi mobilis **r** 14 potestas] portas **r*** 15 adquir..... longeque *cum litura quinque litterarum* **M** 16 optinendum **M** 17 ac] at **r** 18 uertatur **a** 19 ipsum] ipsi **r** 20 quantumcūque **r*** 21 ciuitatium **a** 22 si] sit **r*** 23 accepi quod **r*** 24 ex bythinia **M** in Bithinnia **r** optima reuixisti **r** optime rexisti ς 25 tribunatus praetura] principatus praeterea **r** 26 nitendum] interdum **r** intendendum ς in longinquam prouinciam quam suburbanam **a** in longinqua prouincia quam in suburbana **r** in longinquas prouincias quam in suburbana ς 28 sorte **a** forte **Mr**

dearis; cum sit alioqui, ut saepe audisti, saepe legisti, multo deformius amittere quam non adsequi laudem. haec velim credas, quod initio dixi, scripsisse me admonentem, non praecipientem; quamquam praecipientem quoque. quippe non vereor in amore ne modum excesserim. neque enim periculum est ne sit nimium quod esse maximum debet. vale.

---

1 audiuisti a   3 scribsisse M   me *om.* r   6 vale *om.* M . vale . Cai Plinii Secundi Nepotis Epistolarum Liber explicit Finis. Laus Deo r

C. PLINI CAECILI SECUNDI
EPISTULARUM
LIBER NONUS.

I.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Saepe te monui ut libros quos vel pro te vel in Plantam, 1
immo et pro te et in illum (ita enim materia cogebat) composuisti quam maturissime emitteres; quod nunc praecipue morte
eius audita et hortor et moneo. quamvis enim legeris multis 2
legendosque dederis, nolo tamen quemquam opinari defuncto
demum inchoatos, quos incolumi eo peregisti. salva sit tibi con- 3
stantiae fama. erit autem, si notum aequis iniquisque fuerit non post inimici mortem scribendi tibi natam esse fiduciam, sed iam paratam editionem morte praeventam. simul vitabis illud οὐχ
ὁcίῃ φθιμένοιcιν. nam quod de vivente scriptum, de vivente re- 4
citatum est, in defunctum quoque tamquam viventem adhuc

---

1 EPISTULARUM . LIB. UIII FINITUS INCIPIT LIB UIIII. **M** C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS **a** . C. PLINII . SECVNDI . NOVOCOMENSIS . EPISTOLARUM . LIBER . SEPTIMVS . EXPLICIT . INCIPIT . OCTAVVS **D** C. Plinii Nouicomensis epistolarum liber septimus explicit incipit octauus **p** C. Pli. Secundi Epistolarum Liber Septimus explicit. Incipit Liber Octauus **r** . *octavo libro epistularum in* **Dp** *omisso, in* **r** *post nonum posito, nonus pro octavo numeratus est in* **Dpr**, *in quibus hoc ordine positae sunt huius libri epistulae*, *1. 2. 6. 7. 9. 12. 17. 21. 24. 25. 30. 31. 32. 3. 4. 5. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 22. 23. 26. 27. 38. 29. 33—40. epistula 16 omissa est in* **Dpr**

I 6 Saepe monui **M**   plantam **Ma** platam **Dp** Plateram **r** Blateram **ς**   9 enim *om.* **M**   legeres **Dp**   10 tamen *om.* **M**   de defuncto **D**   11 incolomi **M**   constantiae fama **Mrς** coustantia et fama **a** constantia **Dp**   13 scribenda **a**   14 praeuentam et simaluitabis illa DoΥΧΟCΙΗ ΦΘΛΜΕΝ olcinam quod **M**   οὐχ ὁcίῃ (ὁcί **D** ὅcιoc **ς**) φθιμένοιcι **Dςa** οὐχ ὅcιον φθιμένοιcι λοιδορεῖν *Catanaeus, in lacuna om.* **pr**: *Hom. Od.* Χ *412*   15 de vivente recitatum *om.* **MDpr**, *add.* **a**

editur, si editur statim. igitur, siquid aliud in manibus, interim differ: hoc perfice, quod nobis, qui legimus, olim absolutum videtur. sed iam videatur et tibi, cuius cunctationem nec res ipsa desiderat et temporis ratio praecidit. vale.

II.

C. PLINIUS SABINO SUO S.

1 Facis iucunde, quod non solum plurimas epistulas meas
verum etiam longissimas flagitas; in quibus parcior fui, partim
quia tuas occupationes verebar, partim quia ipse multum distrin-
gebar plerumque frigidis negotiis, quae simul et avocant animum
2 et comminuunt. praeterea nec materia plura scribendi dabatur.
neque enim eadem nostra condicio quae M. Tulli, ad cuius ex-
emplum nos vocas. illi enim et copiosissimum ingenium et par
ingenio qua varietas rerum qua magnitudo largissime suppetebat.
3 nos quam angustis terminis claudamur, etiam tacente me per-
spicis, nisi forte volumus scholasticas tibi atque, ut ita dicam,
4 umbraticas litteras mittere. sed nihil minus aptum arbitramur,
cum arma vestra, cum castra, cum denique cornua tubas sudorem
5 pulverem soles cogitamus. habes, ut puto, iustam excusationem,
quam tamen dubito an tibi probari velim. est enim summi amo-
ris negare veniam brevibus epistulis amicorum, quamvis scias
illis constare rationem. vale.

---

1 si editur *om.* **Dpr**, *add.* **Ma** siquid aliud **Mpςa** si quid aliquid **D** si aliquid **r** interim differ **M** differ interim **ςa** differt interim **Dr** differet interim **p** 2 profice **r** 3 ne res ipsa desyderet etiam horis ratio praecedit **a** 4 et mortis ratio *vulgo*

II 7 non solum epistulas uerum etiam plurimas flagitas **M** 8 parcior] partior **Mr** partim propter tuas occupationes partim **ς** 9 uerebar **Ma**, noui **p**, *om.* **Dr** distringebat **r** 10 simul] plerumque **Dpr** et auocans animum comminuunt **Dr** 12 nostra] mea **rς** conditio **M** tullii **Dpra** 13 nos *om.* **Dpr** enim *om.* **p** ingenium et par ingenio qua varietas rerum qua magnitudo *N. Heinsius in Valer. Flacc. Argon.* V 85 ingenium qua uarietas rerum qua magnitudo **M** ingenium et ingenio quae uarietas rerum quae magnitudo **Dp** ingenium et ingenio uarietas rerum magnitudo (magnitudine **ς**) **rς** ingenium et par ingenio materia quanta uarietas rerum quam magnitudo **a**. ingenium et ingenio qua varietas rerum qua magnitudo *ex libro manu scripto protulit Modius novantiq. lect. 92 Grut. lamp. V p. 242, quod defendit I. F. Gronovius observ. III 12* 14 largissime] clarissime **r** subpetebat **M** 16 scolastichas tibi adque **M** tibi *om.* **p** 18 cum arma uestra cum castra cum denique **M** cum arma uestra cum castra denique **Dςa** cum armaturam cum castra denique **p** cum arma cum castra uestra denique **r** 19 pulueres **p**, *om.* **M** 20 est **Mrςa** eat **D** erat **p** enim tibi summi **M** 21 breuius **D** sciam **M**

III.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

Alius aliud, ego beatissimum existimo qui bonae mansurae- 1
que famae praesumptione perfruitur certusque posteritatis cum
futura gloria vivit. ac mihi nisi praemium aeternitatis ante oculos,
pingue illud altumque otium placeat. etenim omnes homines 2
arbitror oportere aut inmortalitatem suam aut mortalitatem co-
gitare, et illos quidem contendere eniti, hos quiescere remitti
nec brevem vitam caducis laboribus fatigare, ut video multos
misera simul et ingrata imagine industriae ad vilitatem sui per-
venire. haec ego tecum, quae cotidie mecum, ut desinam me- 3
cum, si dissenties tu; quamquam non dissenties, ut qui semper
clarum aliquid et inmortale meditere. vale.

IIII.

C. PLINIUS MACRINO SUO S.

Vererer ne inmodicam orationem putares, quam cum hac 1
epistula accipies, nisi esset generis eius, ut saepe incipere, saepe
desinere videatur. nam singulis criminibus singulae velut causae
continentur. poteris ergo, undecumque coeperis, ubicumque de- 2
sieris, quae deinceps sequentur et quasi incipientia legere et
quasi cohaerentia meque in universitate longissimum, brevissi-
mum in partibus iudicare. vale.

V.

C. PLINIUS TIRONI SUO S.

Egregie facis (inquiro enim), et persevera, quod iustitiam 1
tuam provincialibus multa humanitate commendas; cuius prae-

III 3 aliud] alium **a** 5 uiuet **D** ac mihi nisi **M** hac mihi nisi **r** ac nihil nisi **pϛa** hac nihil nisi **D** at mihi nisi *codices Modii novantiq. lect. Grut. lamp. V p. 29* praemium] primum **pϛ** 6 illut **M** etenim **Mϛa** haec enim **Dpr** 8 eniti *om.* **Dp** hos quiescere remitti **Ma** hos quiescere non remitti **pr** hos .N. quiescere non remitti **D** 10 miserat simul et in te grata **Dr** ad uilitatem **Ma** ad utilitatem **Dpr** ad mortalitatem *Catanaeus* sui pervenire] superuenire **r** 11 tecum] tanquam **Dpr** mecum] metum *utroque loco* **p** 12 si dissenties tu (tu *om.* **rϛ**) quanquam non dissenties ut qui **rϛa** si dissenties ut qui **MDp** 13 meditere **M** mediter **D** mediteris **r** meditaris *Catanaeus* meditare **a** meditetur **p** vale *om.* **M**

IIII 16 Vereor **Dr** qua cum haec **D** 17 accepisses **a** esses **D** saepe incipere *om.* **MDpr**, *add.* **a** 18 nam singulis — 19 continentur *om.* **M** 19 poteris ergo undecumque ubicumque desinere deinceps quęquę sequentur **M** undecumquę coeperis **a** ut coeperis **Dpr** 21 me quoque in uniuersitatę **M** neque uniuersitate **r**

V 25 inquire **p** perseuera **MDpϛ** perseuero **ra** perseuere *Boxhornius* 26 pronocantibus **D**

cipua pars est honestissimum quemque conplecti atque ita a mi-
2 noribus amari, ut simul a principibus diligare. plerique autem,
dum verentur ne gratiae potentium nimium inpertire videantur,
3 sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur. a quo
vitio tu longe recessisti. scio; sed temperare mihi non possum
quo minus laudem similis monenti, quod eum modum tenes, ut
discrimina ordinum dignitatumque custodias; quae si confusa
turbata permixta sunt, nihil est ipsa aequalitate inaequalius. vale.

VI.

C. PLINIUS CALVISIO SUO S.

1 Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima
quiete transmisi. 'quem ad modum' inquis 'in urbe potuisti?'.
circenses erant, quo genere spectaculi ne levissime quidem teneor.
nihil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectasse suf-
2 ficiat. quo magis miror tot milia virorum tam pueriliter iden-
tidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines videre.
si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur,
esset ratio non nulla: nunc favent panno, pannum amant, et
si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc, ille huc
transferatur, studium favorque transibit, et repente agitatores
illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant no-
mina, relinquent. tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima
3 tunica, mitto apud vulgus, quod vilius tunica, sed apud quos-
dam graves homines; quos ego cum recordor in re inani frigida
adsidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquam voluptatem,
4 quod hac voluptate non capior. ac per hos dies libentissime
otium meum in litteris conloco, quos alii otiosissimis occupatio-
nibus perdunt. vale.

---

1 conpleti **M** adque ita **M** at ita **D** 2 diligere **p** dedicare **D** autem] aut **D** 3 ne] ut **Dp** nimium *om.* **Dpr** impertiri **p** 4 adque **M** 6 eum] quum **D** 7 confusa et permixta **Dpr** 8 sint **a** ipsa aequalitate inaequalius **Ma** aequalitate ipsa inaequalius **pς** aequalitate ipsa inaequalius ipsa **r** aequalitate inaequalius **D** vale *om.* **M**

VI 11 iucundum **Dp** 12 transmissi **M** 13 circensens **M** cirenses **D** spectandi **p** 14 nihil novum *om.* **r** 16 cupere *om.* **Dpa** 17 tamen uelocitate **Dp** traherentur et si et rationum nonnulla fauent **D** 18 fauet **p** amat **D** 19 si *om.* **a** cursu medioque certamine **M** *Catanaeus* **a** cursum mediocri certamine **D** cursu non mediocri certamine **pr** 20 transiuit **ra** 22 relinquent **Dra** relinquunt **M** relinquet **pς** 23 quod] quidem **p** tunica sed **Mς** tunicas et **Dp** tunica et sed **r** tunica est sed **a** 25 assidue *G. H. Schaeferus* tam] tamen **p** desideret **r** 26 non *om.* **p** capiar **pra** hos] hoc **M** 27 meum *om.* **M**

VII.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

Aedificare te scribis. bene est: inveni patrocinium; aedifico 1
enim iam ratione, quia tecum. nam hoc quoque non dissimile,
quod ad mare tu, ego ad Larium lacum. huius in litore plures 2
villae meae, sed duae maxime ut delectant ita exercent. altera 3
inposita saxis more Baiano lacum prospicit, altera aeque more
Baiano lacum tangit. itaque illam tragoediam, hanc appellare
comoediam soleo; illam, quod quasi cothurnis, hanc, quod quasi
socculis sustinetur. sua utrique amoenitas et utraque possidenti
ipsa diversitate iucundior. haec lacu propius, illa latius utitur: 4
haec unum sinum molli curvamine amplectitur, illa editissimo
dorso duos dirimit: illic recta gestatio longo limite super litus
extenditur, hic spatiosissimo xysto leniter inflectitur: illa fluctus
non sentit, haec frangit: ex illa possis despicere piscantes, ex
hac ipse piscari hamumque de cubiculo ac paene etiam de lectulo
ut e naucula iacere. hae mihi causae utrique quae desunt ad-
struendi ob ea quae supersunt. sed quid ego rationem tibi? apud 5
quem pro ratione erit idem facere. vale.

VIII.

C. PLINIUS AUGURINO SUO S.

Si laudatus a te laudare te coepero, vereor ne non tam 1
proferre iudicium meum quam referre gratiam videar. sed licet
videar, omnia scripta tua pulcherrima existimo, maxime tamen

VII 3 te] ut **M** aedifico] aedificatio **D** 4 nam *om.* **Dpr** dissimule **r*** dissimulo **p*** 6 meae uillae **pr** uillae me *Casaubonus* maxime ut **M** ut maxime **Dpra** ita *om.* **p** 7 baiano **Mςa** baitano **Dp** Britanno **r** prospicit — 8 lacum *om.* **M** aeque **a** neque **Dpr** quoque **ς** 8 baiano **ςa** baitano **Dp** Britano **r** 9 cothurnis hanc quod quasi *om.* **M** 10 socculis **Mrς** oculis **Dpa** sustinentur **a** et utraque possidenti **M** *Catanaeus* et utranque possidenti **a** et utranque possidentis **D** et utrique (utrimque **p**) possidentis **prς** 12 unum sinum **Ma** illum nuum **Dp** illum unum sinum **rς** illa — 13 gestatio **Ma** ille ditissimo dorso duos diripuit ille retia gestatio **D** illae ditissimo dorso diripiunt illic retro gestatio **p** illa ex editissimo dorso duos dirimit hic recta gestatio **rς** 13 limite] mitte **D** 14 hic spatiosissimo (illic spatisissimo **r**) xysto leuiter inflectitur **Mra**, *om.* **Dp** illic spatiosissimus xystus leuiter inflectitur *Pomponius Laetus* hic speciosissimo xysto leniter inflectitur *Mommsenus* 16 ipse] ipsa **p** de cubiculo ac paene etiam de lectulo **M** e cubiculo ac paene etiam lectulo **Dpra** 17 naucula **M** nauicula **Dpra** hae] haec **Dp** utrique quae (qua **r**) desunt **Drςa** utrique quae desinit **p** utique dest **M** 18 sed quid **ςa** et quid **M** etsi quid **Dp** et si quod **r**

VIII 21 AUGURINO **Ma** AUGURI **Dpr** 22 non tam ne *corr.* ne non tam **D** 23 proferre] perferre **D** preferre **r** 24 tamen] tam **D**

illa de nobis. accidit hoc una eademque de causa. nam et tu, quae de amicis, optime scribis et ego, quae de me, ut optima lego. vale.

VIIII.

C. PLINIUS COLONO SUO S.

1 Unice probo, quod Pompei Quintiani morte tam dolenter ad-
ficeris, ut amissi caritatem desiderio extendas; non ut plerique,
qui tantum viventes amant seu potius amare se simulant ac ne
simulant quidem, nisi quos florentes vident. nam miserorum non
secus ac defunctorum obliviscuntur. sed tibi perennis fides tanta-
2 que in amore constantia, ut finiri nisi tua morte non possit. et
hercule is fuit Quintianus, quem diligi deceat ipsius exemplo.
felices amabat, miseros tuebatur, desiderabat amissos. iam illa
quanta probitas in ore! quanta in sermone cunctatio! quam pari
libra gravitas comitasque! quod studium litterarum! quod iudi-
cium! qua pietate cum dissimillimo patre vivebat! quam non
obstabat illi quo minus vir optimus videretur, quod erat opti-
3 mus filius! sed quid dolorem tuum exulcero? quamquam sic
amasti iuvenem, ut hoc potius quam de illo sileri velis; a me
praesertim, cuius praedicatione putas vitam eius ornari, me-
moriam prorogari ipsamque illam qua est raptus aetatem posse
restitui. vale.

X.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Cupio praeceptis tuis parere. sed aprorum tanta penuria est, ut Minervae et Dianae, quas ais pariter colendas, convenire non

---

1 illa de nobis **MDr** illa quae de nobis *Catanaeus* **a** illa quod nobis **pς** accedit **a** eademque causa **D** tu *om.* **p** 2 optime] optimis **a** ego quae de me **M** *Catanaeus* **a** ego de me quae **pr** ego de me **D** ut optima lego **a** optima lego **M** ut puto optima lego **Dpς** ut puto optime lego **r**

VIIII 5 COLONO **M** COLONI **Dpra** 6 Pompeii **pa** Quintiani] quim ita sui **D** 8 ac ne simulant *om.* **Dp** 9 nisi quos **Mς** nisi quod **Dpra** 10 sed] et **D** at **p** 11 finiri **Mςa** finire **Dpr** et hercules is **Da** 12 diligi deceat **Ma** diligere deceat **r** diliget liceat **D** diligere licebat **pς** diligere decebat *Catanaeus* exemplo ipsius **a** 13 illa] illi **rς** 15 libro **D** quod studium litterarum quod iudicium **Ma** quod iudicium quod studium litterarum **rς** quod studium litterarum (*om.* quod iudicium) **Dp** 16 patre **Ma** parente **Dpr** quam non **MDp** *Beroaldus* cum non **r** *Pomponius Laetus* **a** 17 uir optimus filius uideretur **r** 18 quid] quod **r** tuum] suum **D** 19 iuuenem **MDr** uiuentem **pςa** quam *om.* **M** 21 illam in qua **rς** est *om.* **D** 22 vale *om.* **M**

X 26 quas ais] quias **M**

possit. itaque Minervae tantum serviendum est, delicate tamen, 2
ut in secessu et aestate. in via plane non nulla leviora statimque delenda ea garrulitate, qua sermones in vehiculo seruntur, extendi. his quaedam addidi in villa, cum aliud non liberet. itaque poemata quiescunt, quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas: oratiunculam unam alteram retractavi. 3
quamquam id genus operis inamabile, inamoenum magisque laboribus ruris quam voluptatibus simile. vale.

XI.

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

Epistulam tuam iucundissimam accepi, eo maxime, quod 1
aliquid ad te scribi volebas, quod libris inseri posset. obveniet materia, vel haec ipsa quam monstras vel potior alia. sunt enim in hac offendicula non nulla: circumfer oculos, et occurrent. bibliopolas Lugduni esse non putabam, ac tanto libentius ex 2
litteris tuis cognovi venditari libellos meos, quibus peregre manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector. incipio enim satis absolutum existimare, de quo tanta diversitate regionum discreta hominum iudicia consentiunt. vale.

XII.

C. PLINIUS IUNIORI SUO S.

Castigabat quidam filium suum, quod paulo sumptuosius equos 1
et canes emeret. huic ego iuvene digresso 'heus tu, numquamne fecisti quod a patre corripi posset? fecisti dico? non interdum facis quod filius tuus, si repente pater ille, tu filius, pari gra-

---

1 possint D delicata p 2 et aestate etate r laeuiora M 3 delenda ea garrulitate Mςa delendea garrulitate D delenda a garrulitate p delende ea a garrulitate r in uehiculo seruntur Ma uehiculo feruntur pr uehiculo seruntur ς nihilo feruntur D 4 in uillam a cum] cam M 5 quiescent M accrescent *Mommsenus* 6 perfici] perspici r 7 id genus Mςa et genus Dpr inamabile inamoenum Ma et inamabile et inamoenum rς et infamabile et amoenum D et in fama uile et amoenum p

XI 10 GEMINO Mp GEMINIO Drςa 11 iucundissimam accepi M iucundissimam recepi Dςa iucundissime recepi pr 12 a te M libros *corr.* —is M possit p obueniat pa 13 potior alia Mςa potiora alia Dpr 14 in hac ςa in hanc M, *om.* Dpr circunfero pa 15 bybliopolas M lugdini D ex tuis litteris pr 16 venditari ibi libellos *Mommsenus* quibus Mςa qui Dpr 17 in urbes p collegerint Ma collegerunt rς legerint Dp delector *om.* Dpr, *add.* Mςa 19 discrepata a dissentiunt p desentiunt D

XII 21 IUNIO M 22 quidem D 23 emerit Dpr emerat *Beroaldus* aleret *Marklandus in Stat. silv. V 3, 209* 24 possit a 25 tu filius] in filios D

vitate reprehendat? non omnes homines aliquo errore ducuntur?
2 non hic in illo sibi, in hoc alius indulget?'. haec tibi admonitus
inmodicae severitatis exemplo pro amore mutuo scripsi, ne quando
tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. cogita et
illum puerum esse et te fuisse atque ita hoc, quod es pater,
utere, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem. vale.

XIII.

C. PLINIUS QUADRATO SUO S.

1 Quanto studiosius intentiusque legisti libros quos de Helvidi
ultione composui, tanto impensius postulas ut perscribam tibi
quaeque extra libros quaeque circa libros, totum denique ordinem
2 rei, cui per aetatem non interfuisti. occiso Domitiano statui
mecum ac deliberavi esse magnam pulchramque materiam insectandi nocentes, miseros vindicandi, se proferendi. porro inter
multa scelera multorum nullum atrocius videbatur, quam quod
in senatu senator senatori, praetorius consulari, reo iudex manus
intulisset. fuerat alioqui mihi cum Helvidio amicitia, quanta
potuerat esse cum eo qui metu temporum nomen ingens pares-
3 que virtutes secessu tegebat, fuerat cum Arria et Fannia, quarum
altera Helvidi noverca, altera mater novercae. sed non ita me
iura privata ut publicum fas et indignitas facti et exempli ratio
4 incitabat. ac primis quidem diebus redditae libertatis pro se
quisque inimicos suos, dumtaxat minores, incondito turbidoque
clamore postulaverat simul et oppresserat. ego et modestius et
constantius arbitratus immanissimum reum non communi temporum invidia, sed proprio crimine urgere, cum iam satis primus ille impetus defremuisset et languidior in dies ira ad iustitiam redisset, quamquam tum maxime tristis amissa nuper uxore, mitto ad Anteiam (nupta haec Helvidio fuerat), rogo ut veniat, quia

---

1 reprehendat Mςa reprehendas Dpr 2 alios Dr 3 pro amore Ma amore rς more Dp 4 acerbius duriusque Ma durius acerbiusque Dpr cognita M 5 adque M hoc *om.* p et hominem esse te M hominem te esse a te hominem esse Dpr

XIII 8 QUADRATA M 9 heluidii Dpra 10 tibi quae extra libros totum denique M 12 ocisio r otioso D 14 se] seu M sed p 17 quanta potuerat — 19 Arria *om.* D 18 pareis uirtutes a 19 tegebat Mςa legebat pr 20 Heluidii nouerca ςa heluidi mouerca M heluidio nouerca Dpr sed non ita M *Catanaeus* a sed ita Dpr 21 facti exempli p 22 ac primum Dp 23 turpidoque M 24 postulauerant simul et oppresserant M 25 arbitratum D arbitratus sum rς 26 urguere M iam] tamen D primus ille M ille primus Dpra 27 defremuisset M deferuisset Dpra deferbuisset ς 29 ad anteiam Dςa ad anteam M *Adanteiam* r ante iam p haec nupta p

me recens adhuc luctus limine contineret. ut venit, 'destinatum 5
est' inquam 'mihi maritum tuum non inultum pati. nuntia Ar-
riae et Fanniae' (ab exilio redierant): 'consule te, consule illas,
an velitis adscribi facto, in quo ego comite non egeo; sed non
ita gloriae meae faverim, ut vobis societate eius invideam.' per-
fert Anteia mandata, nec illae morantur. opportune senatus intra 6
diem tertium. omnia ego semper ad Corellium rettuli, quem
providentissimum aetatis nostrae sapientissimumque cognovi; in
hoc tamen contentus consilio meo fui, veritus ne vetaret: erat
enim cunctantior cautiorque. sed non sustinui inducere in ani-
mum quo minus illi eodem die facturum me indicarem quod an
facerem non deliberabam, expertus usu de eo quod destinaveris
non esse consulendos quibus consultis obsequi debeas. venio in 7
senatum, ius dicendi peto, dico paulisper maximo adsensu. ubi
coepi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine no-
mine, undique mihi reclamari. alius 'sciamus, quis sit de quo
extra ordinem referas'; alius 'quis est ante relationem reus?';
alius 'salvi simus, qui supersumus.' audio inperturbatus, inter- 8
ritus: tantum susceptae rei honestas valet tantumque ad fiduciam
vel metum differt, nolint homines quod facias, an non probent.
longum est omnia quae tunc hinc inde iacta sunt recensere.
novissime consul 'Secunde, sententiae loco dices, siquid volueris.' 9
'permiseras' inquam 'quod usque adhuc omnibus permisisti.'
resido: aguntur alia. interim me quidam ex consularibus amicis 10
secreto curatoque sermone quasi nimis fortiter incauteque pro-

---

1 me regens p moerens D ad hoc r lumine Dr continetur D 3 fanniae abitis ascripto facto p fannio abtis adscripto facto (*rell. om.*) D ab exilio redierant ϛa ab exilio redibant Mr ab exilio enim redierant *Catanaeus* illa. an M 4 egeo] ego D 5 ita] tam Dpr fuerim D nobis r societate eius M societate ius D societatis ius pr societatem eius a perfert Anteia ϛa perfert antea M perfer tanta p profer tanta D perfert Adanteie r 7 semper ego Dpr Cornelium p 8 peruidentissimum r prudentissimum pϛ aetatisque nostrae sapientissimum p cognoui hoc tamen contentus in consilio a 9 ueritus euetaret D ueritus hebetaret p 10 cunctatior Dpr non] nihil D induceret Dp 11 eadem die Dp me] ne M indicarem *om.* Dp quod ante facere r 12 distinaueris M 13 debes Dp 15 coepi ad crimen a 16 declamari D sciamus Dϛa scimus p, *om.* Mr quis sit M qui sit ϛa quid sit Dpr 17 quis est] qui est p an ex raelatione M 18 simus] sumus Dpϛ inperturbatus Ma interturbatus pr intus turbatus D inturbatus ϛ 19 suscepit rei r tantumque] tantum a 20 differi M 21 iacta Dpra facta M iactata *Catanaeus* 22 Secunde rϛa secundae MDp dices M *Beroaldus* a diceres r dies D diei p 23 permiseris ϛ inquam (unquam D) quod usque adhuc MDpa nunquam quod hucusque r inquam huc usque quod ϛ 24 interea me a amicis *om.* rϛ 25 accuratoque ϛ sermoni pr* incaueteque D

gressum corripit, revocat, monet ut desistam; adicit etiam 'no-
11 tabilem te futuris principibus fecisti'. 'esto' inquam, 'dum ma-
lis'. vix ille discesserat, rursus alter 'quid audes? quo ruis?
quibus te periculis obicis? quid praesentibus confidis, incertus
futurorum? lacessis hominem iam praefectum aerarii et brevi
consulem, praeterea qua gratia, quibus amicitiis fultum!' nomi-
nat quendam, qui tunc ad orientem amplissimum et famosissimum
12 exercitum non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. ad
haec ego 'omnia praecepi atque animo mecum ante peregi, nec
recuso, si ita casus attulerit, luere poenas ob honestissimum
13 factum, dum flagitiosissimum ulciscor.' iam censendi tempus.
dicit Domitius Apollinaris, consul designatus, dicit Fabricius
Veiento, Fabius Maximinus, Vettius Proculus, collega Publici
Certi, de quo agebatur, uxoris meae, quam amiseram, vitricus,
post hos Ammius Flaccus. omnes Certum nondum a me nomina-
tum ut nominatum defendunt crimenque quasi in medio relictum
14 defensione suscipiunt. quae praeterea dixerint, non est necesse
narrare; in libris habes. sum enim cuncta ipsorum verbis perse-
15 cutus. dicunt contra Avidius Quietus, Cornutus Tertullus: Quie-
tus, iniquissimum esse querellas dolentium excludi, ideoque Ar-
riae et Fanniae ius querendi non auferendum, nec interesse,
16 cuius ordinis quis sit, sed quam causam habeat: Cornutus, datum
se a consulibus tutorem Helvidi filiae petentibus matre eius et
vitrico; nunc quoque non sustinere deserere officii sui partes, in
quo tamen et suo dolori modum inponere et optimarum femina-
rum perferre modestissimum adfectum, quas contentas esse ad-
monere senatum Publici Certi cruentae adulationis et petere, si

---

1 desistam] sistam **M** adicit **M** adiicit ς adiecit a adigit Dpr 2 te] me **M** fecisti *om.* **M** esto] est Dp 3 quo] cur a 4 confides **M** incertis p 5 iam hominem r 6 nomina quae magnis dubiisque (*rell. om.*) **M** 7 tunc ra tum Dς cum p et famosissimum *om.* Dpr, *add.* a 8 rumoribus **M**a sermonibus Dpr ad *om.* **M** 9 omnia ego r: *Verg. Aen. VI 105* percepi Dςa adque **M** ante *om.* r 10 casus tulerit *G. H. Schaeferus* ob **M**ςa ad Dpr 11 flagitiosissimum factum ulciscor a ulciscar rς 12 consul] quos Dp dici p, *om.* rς fabricius (fabritius Dpa) ueiento **M**Dpa Fabius Veiento rς 13 fabius maximinus **M** fabius postumius Dpr Fabius Posthuminus a uectius proculus pra bittius proculus **M** uitinus proculus D publicii pra publitii D 14 uxoris meae **M**r uxoris autem meae Dpςa 15 Certum] certe Dr 16 ut nominatum *om.* Dpr in medium Dp relictum] rectum D 19 Avidus p, *om.* **M** Tertullius r Quietus *posteriore loco om.* Dpra, *add.* **M** 23 se a *om.* r Heluidii pra 25 tamen] tum D et suo] ei suo Dp 26 perferre] proferre r ferre a 27 publicii certi pra publicum certi D cruentae adulationis Dpa certientę adulationis **M** cruenti adulatoris rς

poena flagitii manifestissimi remittatur, nota certe quasi censo-
ria inuratur. tum Satrius Rufus medio ambiguoque sermone 'puto' 17
inquit 'iniuriam factam Publicio Certo, si non absolvitur: no-
minatus est ab amicis Arriae et Fanniae, nominatus ab amicis
suis. nec debemus solliciti esse: iidem enim nos, qui bene sen-
timus de homine, et iudicaturi sumus: si innocens est, sicut et
spero et malo et, donec aliquid probetur, credo, poteritis ab-
solvere.' haec illi, quo quisque ordine citabantur. venitur ad me: 18
consurgo, utor initio quod in libro est, respondeo singulis. mi-
rum qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint qui
modo reclamabant: tanta conversio vel negotii dignitatem vel
proventum orationis vel actoris constantiam subsecuta est. finio: 19
incipit respondere Veiento: nemo patitur: obturbatur, obstrepi-
tur, adeo quidem ut diceret 'rogo, patres conscripti, ne me co-
gatis inplorare auxilium tribunorum.' et statim Murena tribunus
'permitto tibi, vir clarissime Veiento, dicere.' tunc quoque recla-
matur. inter moras consul citatis nominibus et peracta disces- 20
sione mittit senatum ac paene adhuc stantem temptantemque
dicere Veientonem reliquit. multum ille de hac (ita vocabat)
contumelia questus est Homerico versu

ὦ γέρον, ἦ μάλα δή cε νέοι τείρουcι μαχηταί.

non fere quisquam in senatu fuit, qui non me complecteretur, 21
exoscularetur certatimque laude cumularet, quod intermissum iam
diu morem in publicum consulendi susceptis propriis simultati-
bus reduxissem, quod denique senatum invidia liberassem, qua
flagrabat apud ordines alios, quod severus in ceteros senatoribus
solis dissimulatione quasi mutua parceret. haec acta sunt ab- 22

---

1 flagitii] facti M certe MD Certo pra quasi censura r 2 tum] dum D poto inquid M 3 corto D 4 ab amicis Arriae et Fanniae nominatus om. M 5 suis om. Dp idem enim nos Ma idem et nos Dp idem enim et nos rς 6 et iudicaturi M iudicaturi Dpςa indicaturi r sicut (sicuti a) et spero et malo Dpra sicut spero et mallo M 7 probatur p* probaretur r* poteris r 8 haec illi a hoc illi Dpr haec ille M citabatur r 10 qui modo reclamabant om. M 11 tanto conuersi M 12 finio] Fannio r 13 incipit Mςa incepit pr incepi D 14 rogo om. D 15 Murena] munera D tribunus om. r 16 uir clarissime ueiento MD ςa Fabriti Veiento p Veiento r tum quoque Dς tum quo p 17 peracta] parata p dissensione Dpr 18 stantem] statim M 19 reliquid M relinquit pa ille multum r ita uocitabat a 20 homericon uersu ωΤΕΡΟΝΗΜΑΛΑΗϹ ΕΝΕΟΥ ΤΕΙΡΟΥϹΙ ΜΑΧΗΤΑΙΝΟ fere M 21 ὦ γέρον — μαχηταί *Catanaeus* a ὦ γέρον cε νέοι τείρυοcι μάχη D ὦ γέρον τάλα cε νέοι τείρουcι ς, *in lacuna om.* pr: *Hom. Il.* Θ *102* 22 me non Dpr 23 laudem a laudes ς tam diu Dpr 24 simulatibus M 25 quid denique r liberasset r 26 in coeteris D 27 mutua Mςa mutus pr nutu D

sente Certo: fuit enim seu tale aliquid suspicatus sive, ut ex-
cusabatur, infirmus. et relationem quidem de eo Caesar ad se-
23 natum non remisit; obtinui tamen quod intenderam. nam collega
Certi consulatum, successorem Certus accepit, planeque factum
est quod dixeram in fine, 'reddat praemium sub optimo principe,
quod a pessimo accepit.' postea actionem meam, utcumque po-
24 tui, recollegi, addidi multa. accidit fortuitum, sed non tam-
quam fortuitum, quod editis libris Certus intra paucissimos dies
25 inplicitus morbo decessit. audivi referentes hanc imaginem menti
eius, hanc oculis oberrasse, tamquam videret me sibi cum ferro
imminere. verane haec adfirmare non ausim; interest tamen ex-
26 empli ut vera videantur. habes epistulam, si modum epistulae
cogites, libris quos legisti non minorem; sed inputabis tibi, qui
contentus libris non fuisti. vale.

XIIII.

C. PLINIUS TACITO SUO S.

1 Nec ipse tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide quam de te scribo. posteris an aliqua cura nostri nescio; nos certe meremur ut sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum), sed studio et labore et reverentia posterorum. pergamus modo itinere instituto, quod ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos e tenebris et silentio protulit. vale.

XV.

C. PLINIUS FALCONI SUO S.

1 Refugeram in Tuscos, ut omnia ad arbitrium meum facerem. at hoc ne in Tuscis quidem: tam multis undique rusticorum libellis et tam querulis inquietor, quos aliquanto magis invitus quam

---

1 fuit] abfuit a 2 et relationem — remisit Ma et relationis (ralationis D) quidem de eo caesar adsit Dp et relationi quidem de eo Caesar adfuit rς 3 optinui Mp optimi D 4 succensorem r 5 dixerim p praemium] primum p 6 pessima D potui et recollegi r 7 addidi Mςa addidit Dpr 8 quod deditis Dp 9 audi a menti Mrς mentis Dpa 10 oberrasse rςa oberrasset M inesse Dp uideret me sibi cum ferro imminere M uideret Heluidium respondere mihi (mihi *om.* D) Dpra 11 tamen] enim a 12 si modo epistolae Dr si modo epistola p si modo epistolam ς 13 cogitas pr libros quos Dp

XIIII 18 posteris quibus an M nostri *om.* Dp 19 ingenio — studio *om.* Dp id est enim rς sed studio sed labore a 20 reuerentiā M posterum Da 21 famamque Mpa fama Drς 22 e tenebris rςa et tenebris Mp in tenebris D

XV 24 FALCONI] MALLIANO M 26 ad hoc M quidam r *27 et tam* querulis MDpa et querulis ς et querelis r

meos lego; nam et meos invitus. retracto enim actiunculas quas- 2
dam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum
est. rationes quasi absente me negleguntur. interdum tamen 3
equum conscendo et patrem familiae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum, sed pro gestatione percurro. tu consuetudinem serva nobisque sic rusticis urbana acta perscribe. vale.

XVI.

C. PLINIUS MAMILIANO SUO S.

Summam te voluptatem percepisse ex isto copiosissimo genere 1
venandi non miror, cum historicorum more scribas numerum iniri non potuisse. nobis venari nec vacat nec libet: non vacat,
quia vindemiae in manibus; non libet, quia exiguae. devehimus 2
tamen pro novo musto novos versiculos tibique iucundissime exigenti, ut primum videbuntur defervisse, mittemus. vale.

XVII.

C. PLINIUS GENITORI SUO S.

Recepi litteras tuas, quibus quereris taedio tibi fuisse quam- 1
vis lautissimam cenam, quia scurrae cinaedi moriones mensis
inerrabant. vis tu remittere aliquid ex rugis? equidem nihil tale 2
habeo, habentes tamen fero. cur ergo non habeo? quia nequaquam me ut inexpectatum festivumve delectat, siquid molle a
cinaedo, petulans a scurra, stultum a morione profertur. non 3
rationem, sed stomachum tibi narro. atque adeo quam multos putas esse, quos ea quibus ego et tu capimur et ducimur partim ut inepta partim ut molestissima offendant! quam multi, cum lector aut lyristes aut comoedus inductus est, calceos poscunt

---

1 ratiunculas a 2 post] potest M frigidum] enim r serum ς 3 rationes quasi absente me Ma rationes quasi absente Dp rationesque quasi absente rς ratiocinationes quasi absente a 4 ago] ego D quod aliquam partem praediorum sed *om.* D

XVI *omissa est epistula in* Dpr 8 MAMELLIANO M 9 cupiosissimo M 10 miror] minor M 11 non vacat — 12 non libet *om.* M, *add.* a 12 deuehimus M deuehemus a 13 tibique M tibi quos a

XVII 17 AEcepi p Accepi *vulgo* 18 caenaedi M morienes D 19 ex nugis M equidem Ma siquidem Dpr 20 habentes — habeo *om.* D ergo] ego p 21 ut et inexspectatum rς ut expectatum D festiuoni ne delectat D 22 merione D 23 adque M 24 quos ea Ma quos aeque ea Drς quos ego ea p quibus ego et tu capimur et ducimur Mςa quibus ego capimur et ducimur D quibus ego et tu (ego et tu *om.* p) capimus et dicimus pr partim ut inepta rςa partim ut ineptam D partim inepta Mp 25 molestissimam offendam quam quum multa lector D offendam p 26 lyristis M

aut non minore cum taedio recubant, quam tu ista (sic enim
4 appellas) prodigia perpessus es! demus igitur alienis oblectationibus veniam, ut nostris inpetremus. vale.

XVIII.

C. PLINIUS SABINO SUO S.

1 Qua intentione, quo studio, qua denique memoria legeris libellos meos, epistula tua ostendit. ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis et invitas ut quam plurima communicare tecum
2 velim. faciam; per partes tamen et quasi digesta, ne istam ipsam memoriam, cui gratias ago, adsiduitate et copia turbem oneratamque et quasi oppressam cogam pluribus singula, posterioribus priora dimittere. vale.

XVIIII.

C. PLINIUS RUSONI SUO S.

1 Significas legisse te in quadam epistula mea iussisse Verginium Rufum inscribi sepulcro suo

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi sed patriae.

reprehendis quod iusserit, addis etiam melius rectiusque Frontinum, quod vetuerit omnino monumentum sibi fieri, meque ad
2 extremum quid de utroque sentiam consulis. utrumque dilexi, miratus sum magis quem tu reprehendis, atque ita miratus, ut non putarem satis umquam posse laudari, cuius nunc mihi subeunda
3 defensio est. omnes ego qui magnum aliquid memorandumque fecerunt non modo venia verum etiam laude dignissimos iudico, si immortalitatem, quam meruere, sectantur victurique nominis
4 famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. nec facile

---

1 recubant a recusant M cubant Dpr ista] ita M 2 appello M

XVIII 6 legeres pr* 7 ipsi igitur a 8 qui elicis ςa qui eligis Mr qui delegis D quid deligis p invitas] mittas D nutas p 9 istam ipsam Mςa iam ipsam Dpr 11 onera tanquam et quasi p posteriobus M vale *om.* M

XVIIII 14 RVSONI a RUSONIO M RUFONI Dpr 15 in quadam epistula] *VI 10* iussisses p uerginium D uirginium Mrς uerginum pa 16 sed pulchro M 19 addis etiam] addi sententiam D f^{r}ontinum M 20 meque *om.* r 21 sentio r 22 quem] quam Dp adque ita miratus M miratus atque ita a atque miraris Dpr mirarisque *vulgo* adeoque miratus *Sichardus et 'membranae' Modii novant. lect. 12 Grut. lamp. V p. 40* 23 laudari posse a nunc] nō D 24 difensio M aliquod *Catanaeus* a 26 uicturumque r 27 fama D

quemquam nisi Verginium invenio, cuius tanta in praedicando
verecundia, quanta gloria ex facto. ipse sum testis, familiariter 5
ab eo dilectus probatusque, semel omnino me audiente provectum
ut de rebus suis hoc unum referret, ita secum aliquando Clu-
vium locutum, 'scis, Vergini, quae historiae fides debeatur:
proinde siquid in historiis meis legis aliter ac velis, rogo igno-
scas'. ad hoc ille 'tune ignoras, Cluvi, ideo me fecisse quod
feci, ut esset liberum vobis scribere quae libuisset?'. age dum, 6
hunc ipsum Frontinum in hoc ipso in quo tibi parcior videtur
et pressior comparemus. vetuit extrui monumentum: sed quibus
verbis? 'inpensa monumenti supervacua est: memoria nostri du-
rabit, si vita meruimus.' an restrictius arbitraris per orbem
terrarum legendum dare duraturam memoriam suam, quam uno
in loco duobus versiculis signare quod feceris? quamquam non 7
habeo propositum illum reprehendendi, sed hunc tuendi. cuius
quae potest apud te iustior esse defensio, quam ex conlatione
eius quem praetulisti? meo quidem iudicio neuter culpandus, 8
quorum uterque ad gloriam pari cupiditate, diverso itinere con-
tendit, alter, dum expetit debitos titulos, alter, dum mavult
videri contempsisse. vale.

XX.

C. PLINIUS VENATORI SUO S.

Tua vero epistula tanto mihi iucundior fuit, quanto longior 1
erat, praesertim cum de libellis meis tota loqueretur; quos tibi
voluptati esse non miror, cum omnia nostra perinde ac nos
ames. ipse cum maxime vindemias, graciles quidem, uberiores 2
tamen quam expectaveram, colligo; si colligere est non num-
quam decerpere uvam, torculum invisere, degustare de lacu mu-

1 quemquam] quem r uirginium M uerginio D in praedicandi Dr in praecando M 3 prouectus M prouentum r 4 referret Mςa referre Dpr cluuium Mςa eluuium p clunium r diuinum D 5 fides *om.* D 6 uelis M uelles Dpra 7 ad hoc ille tuno ignoras cluui M ad hoc tu cluuio cluui cluui nec tu ignoras D ad hacc tu o eluui eluui o eluui nec tu ignoras p ad hoc tu o Cluui (Cluni r) tu ne tu ignoras rς at hoc seculum Cluui ne tu ignoras a ad hoc sic illum, Cluui nae tu ignoras *vulgo* 8 uobis Mςa nobis Dpr agendum hunc D 9 tibi partior M partior tibi pr 11 impensi D 12 uitam pςa 13 legenda M uno] unam D 15 cuiusque potest pςa cuius quam potest r 16 quam] qua D 17 neuter culpandus Ma neuter quidem culpandus Dpr neuter culpandus est *Catanaeus* 19 debitus r alter mauult p

XX 25 miror] minor M 26 cum maxime MDpa cum absim r cum absis ς 28 degustare M gustare pra mustare D

stum, obrepere urbanis, qui nunc rusticis praesunt meque notariis et lectoribus reliquerunt. vale.

XXI.

C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

1 Libertus tuus, cui suscensere te dixeras, venit ad me ad-
volutusque pedibus meis tamquam tuis haesit. flevit multum,
multum rogavit, multum etiam tacuit, in summa fecit mihi
fidem paenitentiae. vere credo emendatum, quia deliquisse se
2 sentit. irasceris, scio, et irasceris merito, id quoque scio: sed
tunc praecipua mansuetudinis laus, cum irae causa iustissima est.
3 amasti hominem et, spero, amabis: interim sufficit ut exorari
te sinas. licebit rursus irasci, si meruerit, quod exoratus ex-
cusatius facies. remitte aliquid adulescentiae ipsius, remitte la-
crimis, remitte indulgentiae tuae: ne torseris illum, ne torseris
4 etiam te. torqueris enim, cum tam lenis irasceris. vereor ne
videar non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero.
iungam tamen tanto plenius et effusius, quanto ipsum acrius
severiusque corripui destricte minatus numquam me postea ro-
gaturum. hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non idem. nam
fortasse iterum rogabo, impetrabo iterum: sit modo tale ut ro-
gare me, ut praestare te deceat. vale.

XXII.

C. PLINIUS SEVERO SUO S.

1 Magna me sollicitudine adfecit Passenni Pauli valetudo, et quidem plurimis iustissimisque de causis. vir est optimus, ho-

---

1 urbanus p urbani a meque notoriis M meque et notariis rς
XXI 5 succenseret dixeras D 6 fleuit multum multnm rogauit Ma fleuit multum rogauit Dpr fleuit multum multumque rogauit *vulgo* 7 etiam] et D 8 poenitentiae fidem pr 9 id quoque scio Mςa idque quod scio pr idque scio D 10 tunc praecipua Ma tunc quoque praecipua pr tunc quaeque praecipua D cum] cui D irae causa iustissima est a irae causa causa iustissima est M irae causae iustissimae sunt Dpr
11 sufficis a 12 sines D 13 remitte aliquid adulescentiae ipsius *om.* M 14 tuae *om.* Dpra ne torseris illum ne torseris etiam te torqueris enim Ma ne torseris etiam te torqueris D ne torseris etiam ne torquearis p illum ne torseris etiam te torqueris enim rς 16 non rogare sed cogere si (ipse *add.* rς) precibus Mrςa non rogaro si cogeris ipse precibus p rogare se cogeris ipse praecibus D 18 districte rς 20 impetrabo iterum M iterum impetrabo Dpra sit] si D ut rogare me ut praestare te Ma ut rogare me et te id praestare rς ut rogarem et ut praestare p ut rogarem et egit praestare D
XXII 24 adfacit M passieni Mpr passienim D Passenis a: *cf. VI 15, 1* ualitudo M 25 iustissim$\overset{i}{e}$sque M uir] uiae p

nestissimus, nostri amantissimus. praeterea in litteris veteres
aemulatur, exprimit, reddit, Propertium in primis, a quo genus
ducit, vera suboles eoque simillima illi, in quo ille praecipuus.
si elegos eius in manus sumpseris, leges opus tersum molle 2
iucundum et plane in Properti domo scriptum. nuper ad lyrica
deflexit, in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum effin-
git: putes, siquid in studiis cognatio valet, et huius propinquum.
magna varietas, magna mobilitas: amat ut qui verissime, dolet
ut qui inpatientissime, laudat ut qui benignissime, ludit ut qui
facetissime, omnia denique tamquam singula absolvit. pro hoc 3
ego amico, pro hoc ego ingenio non minus aeger animo, quam
corpore ille, tandem illum, tandem me recepi. gratulare mihi,
gratulare etiam litteris ipsis, quae ex periculo eius tantum di-
scrimen adierunt, quantum ex salute gloriae consequentur. vale.

XXIII.

C. PLINIUS MAXIMO SUO S.

Frequenter agenti mihi evenit ut centumviri, cum diu se intra 1
iudicum auctoritatem gravitatemque tenuissent, omnes repente
quasi victi coactique consurgerent laudarentque; frequenter e 2
senatu famam, qualem maxime optaveram, rettuli: numquam
tamen maiorem cepi voluptatem, quam nuper ex sermone Cor-
neli Taciti. narrabat sedisse secum circensibus proximis equitem

---

1 nostri amantissimus honestissimus **Dpr** ueteres (ueteris **D**) emulationes exprimit **Dp** 3 soboles **MDpra** eoque] teque **p** 4 si elegos] lego **Dp** in manus **M** in manu **Dpr** in manum **a** 5 in properti (in Propertii **a**) domo scriptum **Ma** in propertium idque optimo (optime **p**) scriptum **Dp** peropertium idque optime scriptum **r** Propertianum ideoque optime scriptum ς in Propertii modos scriptum *Alanus in loca aliquot Ciceronis Dublinii a. 1863 p. 24* 6 effingi putes **Dpra** effingit potest **M** 7 cognitio **r** propinquum **Dra** propinquus **M**ς propinque **p** 8 mollitas **Dp** 9 laudat ut qui benignissime *om.* **D** 10 facitissime **M** 11 pro hoc ego amico, pro hoc ego ingenio *Cortius* pro hoc aequo amico pro hoc aequo ingenio **M** pro hoc ego amico pro hoc ingenio **Da** ego pro hoc (ego hoc pro **r**ς) amico pro hoc ingenio **pr** non minus aeque sanus animo **M** quam corpore ille (ille *om.* **M**) tandem illum tandem me recepi **Ma** quam corpore illum tandem me (tandem ad me **p**) recepi **Dpr**: quam corpore. tandem illum modo se recipi gratulare, gratulare etiam litteris ς 12 gratulare mihi *om.* **Dpr** 13 ipsis] ipsius **a** 14 adiere **p**ς adiero **r**

XXIII 17 uenit **a** 18 iudicum *Beroaldus* iudicium **MDpra** tenuissent] At rennuissent **r** omnes] omnia **Dp** 20 captaueram **M** 21 maiorem tamen **D** cornelii **Dpra** 22 narrabat sedisse secum Circensibus proximis equitem Ro. hunc **a** narrabat sedisse circensibus proximis eq. R. (proximis equi. ro. **p** proximum eq. R. **r**) hunc **Dpr** narrabat sedisse se cum quodam circensibus proximis hunc **M** narrabat enim Circensibus sedisse *proximum equiti* Ro. hunc ς

Romanum: hunc post varios eruditosque sermones requisisse 'Italicus es an provincialis?': se respondisse 'nosti me, et quidem
3 ex studiis': ad hoc illum 'Tacitus es an Plinius?'. exprimere non possum, quam sit iucundum mihi, quod nomina nostra quasi litterarum propria, non hominum, litteris redduntur, quod uterque nostrum his etiam ex studiis notus, quibus aliter ignotus
4 est. accidit aliud ante pauculos dies simile. recumbebat mecum vir egregius, Fadius Rufinus, super eum municeps ipsius, qui illo die primum venerat in urbem; cui Rufinus demonstrans me
5 'vides hunc?'. multa deinde de studiis nostris. et ille 'Plinius est' inquit. verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. an, si Demosthenes iure laetatus est, quod illum anus Attica ita noscitavit, οὗτός ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate nominis
6 mei gaudere non debeo? ego vero et gaudeo et gaudere me dico. neque enim vereor ne iactantior videar, cum de me aliorum iudicium, non meum profero, praesertim apud te, qui nec ullius invides laudibus et faves nostris. vale.

XXIIII.

C. PLINIUS SABINIANO SUO S.

1 Bene fecisti, quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epistulis meis in domum, in animum recepisti. iuvabit hoc te: me certe iuvat, primum quod te tam tractabilem video, ut in ira regi possis, deinde quod tantum mihi tribuis, ut vel auctoritati meae pareas vel precibus indulgeas. igitur et laudo et gratias ago. simul in posterum moneo ut te erroribus tuorum, etsi non fuerit qui deprecetur, placabilem praestes. vale.

---

1 post uario eruditoque sermones M Italicus] licus r 2 me equidem M 3 es *om.* Dp 4 quam] quem M nomina] omnia D 5 utrique p 6 ex studiis quasi notus r aliter a alter MDpr 7 paucos p mecum *hoc loco om.* M 8 fadius M fabius Dpr fidius a 9 illo die mecum primum M venerat *om.* a in urbe M cui *om.* Dpr 10 de *om.* r 11 mei laboris pr 12 demosthenis M quod] quid M illum anus Mϛa illum manus Dpr 13 noscitauit MDpϛ nos notauit r demonstrauit a οὗτός ἐστι (ЄCTIN M) Δημοσθένης MDϛa, *in lacuna om.* pr celebritates D 14 et *priore loco om.* rϛ 16 praefero Dpr illius a

XXIIII 21 in domum animum a 22 te tantum tractabilem D te talem a 23 quod tantum pra quod tanta D quum tantum M tribuis] tribus M 24 igitur laudo M 25 ut terroribus D uter erroribus M

XXV.

C. PLINIUS MAMILIANO SUO S.

Quereris de turba castrensium negotiorum, et tamquam summo 1
otio perfruare, lusus et ineptias nostras legis, amas, flagitas
meque ad similia condenda non mediocriter incitas. incipio enim 2
ex hoc genere studiorum non solum oblectationem verum etiam
gloriam petere post iudicium tuum, viri eruditissimi gravissimi
ac super ista verissimi. nunc me rerum actus modice, sed tamen 3
distringit: quo finito aliquid earundem camenarum in istum be-
nignissimum sinum mittam. tu passerculis et columbulis nostris
inter aquilas vestras dabis pennas, si tamen et sibi et tibi pla-
cebunt; si tantum sibi, continendos cavea nidove curabis. vale.

XXVI.

C. PLINIUS LUPERCO SUO S.

Dixi de quodam oratore saeculi nostri, recto quidem et sano, 1
sed parum grandi et ornato, ut opinor, apte 'nihil peccat, nisi
quod nihil peccat.' debet enim orator erigi, attolli, interdum 2
etiam effervescere, efferri ac saepe accedere ad praeceps. nam
plerumque altis et excelsis adiacent abrupta: tutius per plana,
sed humilius et depressius iter: frequentior currentibus quam
reptantibus lapsus, sed his non labentibus nulla, illis non nulla
laus, etiamsi labantur. nam ut quasdam artes, ita eloquentiam 3
nihil magis quam ancipitia commendant. vides qui per funem
in summa nituntur quantos soleant excitare clamores, cum iam
iamque casuri videntur. sunt enim maxime mirabilia quae ma- 4
xime insperata, maxime periculosa, utque Graeci magis expri-

XXV 2 MAMILIAO M MILIANO D Mamuliano r 4 perfluare M nostris D 5 me ad D enim *om.* Dpr 6 studiorum ut grauissimi nunc me rerum (*rell. om.*) M 7 grauissimi eruditissimi a 9 destringit M camenam D in istum eundem benignissimum sinum p 11 nestras dabis pra nostras dabis D nostras de alib; M pinnas D et sibi et tibi placebunt a sibi et tibi placebunt M et sibi placebunt Dpr et tibi placebunt ς 12 continendas M

XXVI 14 LUBERCO M 18 efferri] hec ferri M ac saepe Mςa aut saepe Dpr ad preces p 19 altis excelsis rς titius M per] pro r 20 iter] item pa frequenter D 21 receptantibus r sed his Ma et his Dpr non habentibus Dr nulla illis non nulla laus Mrς nulla laus illis nonnulla a nulla illis non nulla uis Dp 23 quam *om.* Dr ancipita r qui per funem Ma qui funem D qui fune pr 24 nitantur M (i *supra*) cum iamque casuri M 25 videntur *om.* Dp mirabilea M 26 insperata M inspectata a expectata Dpr inexpectata ς graece Dpr

munt, παράβολα. ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido et cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo inlaudatus ingloriosus subit portum; at cum stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus et dis maris
5 proximus. cur haec? quia visus es mihi in scriptis meis adnotasse quaedam ut tumida, quae ego sublimia, ut inproba, quae ego audentia, ut nimia, quae ego plena arbitrabar. plurimum
6 autem refert, reprehendenda adnotes an insignia. omnis enim advertit quod eminet et extat; sed acri intentione diiudicandum est, inmodicum sit an grande, altum an enorme. atque ut Homerum potissimum attingam, quem tandem alterutram in partem potest fugere ἀμφὶ δὲ cάλπιγξεν μέγας οὐρανός, ἠέρι δ' ἔγχος
7 ἐκέκλιτο et totum illud οὔτε θαλάccης κῦμα τόcov βοάᾳ? sed opus est examine et libra, incredibilia sint haec et inania an magnifica et caelestia. nec nunc ego me his similia aut dixisse aut posse dicere puto: non ita insanio; sed hoc intellegi volo, laxandos esse eloquentiae frenos nec angustissimo gyro ingeniorum
8 impetus refringendos. at enim alia condicio oratorum, alia poetarum. quasi vero M. Tullius minus audeat. quamquam hunc

---

1 παράβολα] que grandi sunt subiecta discrimini *sequente lacuna* r παράδοξα quae grandi sunt subiecta discrimini *Catanaeus*, *in lacuna om.* p, *sicut reliqua quae graece scripta sunt* nequa compar pr nequaquam compar ς 2 et cum Mra aut cum Dpς turbido D admirante nullo Ma inlaudante nullo D laudante nullo pr 3 inlaudatur M ingloriosus M inglorius Dpra ad cum M curuatur Ma turbatur Dp *Catanaeus* labat rς 4 clarius a 5 cur haec quia uisus es (est p) pa quur hoc quia uisus est D haec quia uisus es M cur hoc uisus est rς cur haec uisus es *Catanaeus* 6 quaedam ut tumida quae ego sublimia ut (aut a) inproba quae ego andientia (audentia *Aldus*[2]) ut (aut a) nimia Ma quaedam (quendam D) ut tumida quaedam ut sublimia aut improba audienti aut nimia Dpr 7 arbitrabar ut plurimum p 8 reprehenda M 9 iudicandum est Dpr 10 inmodicum sit Mpa an modicum sit D an immodicum sit rς adque M 11 tandem] tantundem Dpr alteram M 12 ΛΜΦLδЄCΜ≹ЄΝΜЄΤΛѠΥΡΛΝΟCΗЄΡΙΛЄΝΧΟCЄΚδΙΤΟ M βράχε δ' εὐρεῖα χθὼν ἀμφὶ — οὐρανός *Catanaeus*: ἀμφὶ — ἐκέκλιτο *et* οὔτε — βοάᾳ *in lacunis om.* r: *Homer. Il.* Φ *388.* Ε *356* οὐρανὸc περὶ δὲ χθὼν ἐκέκλιτο οὔτε κύματος ὄμβρον sed opus D 13 illud δοΥΤЄΘΛΛCCΗC ΚΥΜΑΤΟCCΟΝΒΟΛ sed M illud οὔτι θαλάccης κύματος cυμβολαί. Sed a illud ὡc δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεcφι ῥέοντες ἐc μιcγάγκειαν cυμβάλετον ὄμβριμον ὕδωρ κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοcθε χαράδρης *Catanaeus*: *Hom. Il.* Ξ *394* 14 examine et libra incredibilia rςa examine incredibilia Dp examine et libra inquid incredibilia M examine et libra inquam incredibilia *Cortius* sint haec Mςa sunt haec Dpr et inania an magnifica et caelestia Ma et inania (et immania p) ac magnifica coelestia Dp an immania an magnifica an caelestia rς 15 nec] ne a ego me his similia Ma ego mei similia Dp ego similia r ego me ei similia ς 16 puto] peto D hoc] ita M nolo p 17 eloquentiae] clementiae D frenos alia enim alia conditio (*rell. om.*) M 19 tullium D

omitto: neque enim ambigi puto. sed Demosthenes ipse, ille norma oratoris et regula, num se cohibet et conprimit, cum dicit illa notissima ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες, et rursus οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, et statim οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς; et alibi ἐγὼ δὲ οἶμαι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων? iam quid auden- 9
tius illo pulcherrimo ac longissimo excessu, νόσημα γάρ? quid haec, breviora superioribus, sed audacia paria, τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν? ex eadem nota ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. simile his ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις, et ibidem σὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προδέδωκας, Ἀριστόγειτον, μᾶλλον δ' ἀνῄρηκας ὅλως. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους ὁρμίζου. et dixerat τούτῳ

---

1 ambigi poto **M** ambi puto **D** 2 num se **MD**ς**a** non se **pr** cohibet et conprimit **Ma** cohibet cum (tum **r**) primum **Dpr** cohibet et comprimit tum primum ς 3 ΑΝΟΡΩΠΟΙ ΜΙΛΡΟΙ ΚΟΛδΚΑΙΑΑΟϹΤΟΡЄΤ rursus **M** ἄνθρωποι καὶ * *(h. e. lacuna relicta)* et rursus **D** et rursus *graecis in lacuna omissis* **r** ἄνθρωποι καὶ πόλεις et rursus ς ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες et rursus *Catanaeus: Demosth. de coron.* § *296.* '*quantum in graecis Secundo contulerimus, uel una hac epistola cognosci liberum unicuique. nam Demosthenem et Aeschinis pleraque legimus, ut loca unde essent excerpta indicaremus et in integram ac ueram lectionem restitueremus*' *Cat., h. e. Catanaeus, quem editores secuti sunt* 4 ΟΥΛΙΘΙϹЄΤΙΧΙϹΛΤΗΝΘΑЄΗΑΙΝΘΟLϹЄΤΩ et **M** ἐτειχίσαται τὴν πόλιν οὐδὲν * et **D**: οὐ λίθοις — 257, 3 et alia *om.* **r**. *Demosth. de coron.* § *299* et statim ΟΥΚЄΚΚΛΛЄΙΝΘΛΛΑΤ ΤΗΝЄΥΒΟΤΑΝ ΠΡΟΒΑΛЄΩΑΙΠΡΟΤΗϹ ΑΤΤΙΚΗϹ **M** et statim οὐκεκτήμαθα ἀλλὰ τὴν εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς ἀττικῆς **D** et statim ταῦτα προβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς ἀττικῆς ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν *Cat.* et statim *om.* **p**: *Demosth. de coron.* § *301* 5 προυβαλόμην **a** 6 et alibi ЄΤΩ ΛЄΘΙΜΛΙΜ. FINIT EPISTULARUM LIBER . UIIII . **M** et alibi ἐγὼ ᾤμην ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς ἐκ οἶνο * ἐν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων **D** et alibi *om.* **p**: *Demosth. Philipp. 1* § *49* μέν *om. Cat.* 7 quid audentius **D** *Cat.* quid audientibus **pa** 8 ac longissimo *om.* **Dp**ς νόσημα] *Demosth. de fals. leg.* § *259* 9 pari * ἐγὼ μὲν τῷ ἐπὶ θρασυνομένῳ καὶ νομῷ * et eadem **D**: *Demosth. de coron.* § *136* 10 καθ' ἡμῶν **a** καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα ἀλλ' ἀναστὰς ἀντεῖπον καὶ τὰ τῆς πόλεως δίκαια οὐχὶ προὔδωκα *Cat.* 11 ὅταν] *Demosth. Olynth. 2* § *9* πονηρίας * πάφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα πάντα ἀνεσχύωτησε καὶ διέλυσεν **D** τις *om.* ς**a** 13 simile his ταχυνομένοις ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει * et **D**: *Demosth. in Aristog. 1* § *28.* simile his πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει *Cat.* 14 ibidem σὴν εἰς ταῦτα ἔλαιον προήλωκας ἀριστόγειτον * et **D**: *Demosth. in Aristog. 1* § *84.* προὔδωκας ς**a** 15 μὴ — 16 ὁρμίζου *om. Cat.* ἔχωσας] ἑάλωκας **a** 16 προσβολῶν **a** dixerat τοῦ δὲ οὐδένα ὁρῶ τῶν πόνων * ἐπάλησας πρὸς τοῖς ὁρμίζουσι τούτων τῶν βασιλέων ὄντα ἀλλὰ πάντα ἄνω κριμνὰ φάραγγας βάραθρα **D**: *Demosth. in Aristog. 1* § *76.* et dixerat δέδοικα — παιδοτριβεῖν ἀσθενὴς μὲν γὰρ πῶς ἐστιν ὁ πονηρός deinceps τούτῳ — βάραθρα nec satis Cat.

δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάςιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα
ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα. et deinceps δέδοικα μὴ δόξητέ
τιςι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδο-
τριβεῖν, nec satis οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δι-
καςτήρια ταῦτα ὑμῖν οἰκοδομῆςαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς
μοςχεύητε, ad hoc εἰ δὲ κάπηλός ἐςτι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος
καὶ μεταβολεύς et mille talia, ut praeteream quae ab Aeschine
10 θαύματα, non ῥήματα vocantur. in contrarium incidi: dices hunc
quoque ob ista culpari. sed vide, quanto maior sit qui repre-
henditur ipso reprehendente, et maior ob haec quoque. in aliis
11 enim vis, in his granditas eius elucet. num autem Aeschines
ipse his quae in Demosthene carpebat abstinuit? χρὴ γὰρ τὸ αὐτὸ
φθέγγεςθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν
ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ. alio loco ἔπειτα ἀναφαίνεται
περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίςματι. iterum alio ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ
ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάςει εἰςελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς παρανό-
12 μους λόγους. quod adeo probavit, ut repetat, ἀλλ' ὥςπερ ἐν ταῖς

---

2 δέδοικα μὴ δόξητέ τιςι τῶνδε βουλομένα τινα * ἴςον ἐν τῆ πολει παιδοτρίβειν D: *Demosth. in Aristog. 1 § 7* 3 παιδοτρίβειν ἀςθενὴς μὲν γάρ ἐςτι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν nec satis a 4 οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑμῶν λαμβάνω τὰ δικαςτήρια ταῦτα ὑμῖν οἰκοδομῆςαι καινὰ * τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοιχεύςθαι (adhuc *add. al. man.*) * πονηρίας καὶ παλην καὶ μεταβολεύς D: *Demosth. in Aristog. 1 § 48* προγόνους ἡμῶν ὑπολαμβάνω τὰ δικαςτήρια ταῦθ' ἡμῖν *Cat.* 5 ὑμῖν *om.* a 6 μοςχεύητε (μοςχεςηται *Cat.*) ἀλλὰ τοὐναντίον ἵν' ἀνείργητε (ειρινηται *Cat.*) καὶ κολάζητε καὶ μηδεὶς ζηλοῖ μήδ' ἐπιθυμεῖ κακίας adhuc *Cat.* a: adhuc p εἰ δὲ] *Demosth. in Aristog. 1 § 46* καὶ παγκάπηλος *Cat.* 8 θαυματοποιά ῥήματα uocant D: *Aesch. in Ctesiph. § 167* dices *Cat.* a dicens Dp hunc quoque ob ista culpari a hunc (huc p) quoque ab ista culparis Dp haec quoque ab isto culpari ς 10 ob hoc quoque a ob haec pς ob hoc D 11 his D iis pa 12 in demosthenem p χρὴ γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τὸ αὐτό *Cat.*, *om.* D: *Aesch. in Ctesiph. § 16* 13 μὲν *om.* D 14 ἀφειν νόμος ἑτέραν ὁ ῥήτωρ D ὁ ῥήτωρ τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναιςχυντίᾳ alio *Cat.* a alio loco est ita ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ φωτὶ iterum D alio loco ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν (ἐπὶ *Cat.*) τῷ ψηφίςματι πρὸς τῷ κλέμματι γράψας τὰ πεντατάλαντα τοὺς πρέςβεις ἀξίων τοὺς ὠρείτας μὴ ἡμῖν ἀλλὰ καλλίᾳ διδόναι ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω ἀφελὼν τὸν πομπὸν καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὴν ἀλαζονίαν ἐκ τοῦ ψηφίςματος ἀνάγνωθι iterum *Cat.* a alio loco *om.* p: *Aesch. in Ctes. § 101* 15 alio ἀλλὰ ὑνακαθήμενοι κακαινὰ ῥέμβονται * παρανόμους λόγους quod adeo probauit ut repetat ἄλλως πέρεν ταῖς * iam illam D alio ἀλλὰ καθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάςει ἠλαύνετε χυτονεις τοὺς παρανόμους λόγους . quod adeo probauit ut repetat ἀλλ' ὥςπερ ἐν ταῖς εἰς τον πράγματος αυτου δρομένοις ἀδυνατα iam illa ς alio (loco *add. Cat.*) καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιίςταςθαι, quod adeo probauit, ut repetat ἀλλὰ ἐγκαθημενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκληςίᾳ εἰςελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε iam (an a) illa *Cat.* a ἀλλ' ἐγκαθήμενοι] *Aesch. in Ctes. § 206* 17 ἀλλ' ὥςπερ] *Aesch. in Timarch. § 176*

ἱπποδρομίαις εἰς τὸν τοῦ πράγματος αὐτὸν δρόμον εἰσελαύνετε.
iam illa custoditius pressiusque, σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, ἢ συλλαβόντες
ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα, et alia?
expecto ut quaedam ex hac epistula, ut illud 'gubernacula ge- 13
munt' et 'dis maris proximus', isdem notis quibus ea de quibus
scribo confodias. intellego enim me, dum veniam prioribus peto,
in illa ipsa quae adnotaveras incidisse. sed confodias licet, dum
modo iam nunc destines diem, quo et de illis et de his coram
exigere possimus. aut enim tu me timidum aut ego te temerarium faciam. vale.

XXVII.

C. PLINIUS PATERNO SUO S.

Quanta potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum 1
denique numen sit historiae, cum frequenter alias tum proxime
sensi. recitaverat quidam verissimum librum partemque eius in
alium diem reservaverat. ecce amici cuiusdam orantes obsecran- 2
tesque ne reliqua recitaret. tantus audiendi quae fecerint pudor,
quibus nullus faciendi quae audire erubescunt. et ille quidem
praestitit quod rogabatur: sinebat fides. liber tamen, ut factum
ipsum, manet, manebit legeturque semper, tanto magis, quia
non statim. incitantur enim homines ad cognoscenda quae differuntur. vale.

XXVIII.

C. PLINIUS ROMANO SUO S.

Post longum tempus epistulas tuas, sed tres pariter recepi, 1
omnes elegantissimas amantissimas et quales a te venire, praesertim desideratas, oportebat. quarum una iniungis mihi iucun-

---

2 custoditius a commodius Dpς σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς λῃστὴν τῶν γραμμάτων et alia * expecto D cυ δε ἑλκοποιειc ηδιcτην των πραγματων et alia τηc ποντίαc πλεντα. expecto ς σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημέρων λόγων ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως. altius illa οὐκ ἀποπέμψησθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν ἑλλήνων συμφορὰν ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε et alia. expecto *Cat.* a σὺ δὲ] *Aesch. in Ctes. § 208* ἢ συλλαβόντες] *Aesch. in Ctes. § 253* 4 expecto ut quaedam pa expecto quaedam rς expecto ut D ut illud *om.* a 9 te] me r

XXVII 12 PATERNO Da Laterono p Laterano rς 14 frequens p 16 cuiusdam] eiusdem ς orantis obseruantisque Dr 17 fecerit D 20 manebit] manebitque a quia non a et non Dp sed non rς 21 incitantur ςa citantur pr citatur D ad cognoscenda Dς ad agnoscenda pa ad ignoscenda r

XXVIII 25 sed tres a et res D tres pr

dissimum ministerium, ut ad Plotinam, sanctissimam feminam,
2 litterae tuae perferantur: perferentur. eadem commendas Po-
pilium Artemisium: statim praestiti quod petebat. indicas etiam
modicas te vindemias collegisse: communis haec mihi tecum,
3 quamquam in diversissima parte terrarum, querella est. altera
epistula nuntias multa te nunc dictare nunc scribere, quibus nos
tibi repraesentes: gratias ago; agerem magis, si me illa ipsa
quae scribis aut dictas legere voluisses. et erat aequum ut te
mea ita me tua scripta cognoscere, etiamsi ad alium quam ad
4 me pertinerent. polliceris in fine, cum certius de vitae nostrae
ordinatione aliquid audieris, futurum te fugitivum rei familiaris
statimque ad nos evolaturum, qui iam tibi compedes nectimus,
5 quas perfringere nullo modo possis. tertia epistula continebat
esse tibi redditam orationem pro † Clario, eamque visam ube-
riorem, quam dicente me, audiente te, fuerit. est uberior: multa
enim postea inserui. adicis alias te litteras curiosius scriptas
misisse: an acceperim quaeris: non accepi et accipere gestio.
proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris,
quas ego (num parcius possum?) centesimas computabo. vale.

XXVIIII.

C. PLINIUS RUSTICO SUO S.

1 Ut satius unum aliquid insigniter facere, quam plurima mediocriter, ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquid

---

1 ut ad *Catanaeus* a ad pr ac D plocianam D 2 literae tuae perferantur, perferentur a litterae tuae perferantur proferantur r litterae tuae perferantur ς perferantur D proferantur p Popilium a pupillum Dpr 3 arthemisium Dς Atheniensium r 5 in diuersissimam partem Dp 6 nos tibi a noster D nos pr 7 si me — voluisses a si me illa ipsa quae scribis aut dicta legere potuisses (potuisse p) Dpr si mehercule illa ipsa quae scribis aut dictas legere potuissem ς 8 sed erat Dp 9 me] mea r ad alium] aliud D 10 in finem a cum certius a cum certi rς cur certi Dp 12 euolaturum pa aduolaturum Drς 13 perfringere a effringere pr effingere D 14 pro Clario a pro Clanio ς proclamo Dr pro Damo p pro C. Lanio *Sichardus in margine* eamque uisam (uisa r) uberiorem rςa quis eam uberiorem Dp 15 quam dicente me audiente te ςa quam dum te me audiente te r quam dicentem audiente te p quam dicentem audientem te D multa enim (multa etenim ς) postea inserui, adiicis ςa multa est enim postea inseruia dicis D multa et postea enim in seruia adiicis r multa est postea enim in tertia dicis p 16 alias te] te alias te a 17 non accepi et a non accepi eas pr non accipies D 19 num parcius possum a non parcius possum ς nunc parcius possim Dp non parcius possim r centesimas computabo *Catanaeus* centesima computabo a centesimam computabo r centesimam putabo Dp

XXVIIII 22 ut satius est rςa insigniter facere quam plurima a in*signiter* quam facerem (facere ς) plura pr insigniter facere quam facerem *plura* D 23 ita plurima mediocriter om. Dp

insigniter. quod intuens ego variis me studiorum generibus, nulli satis confisus, experior. proinde cum hoc vel illud leges, ita 2
singulis veniam ut non singulis dabis. an ceteris artibus excusatio in numero, litteris durior lex, in quibus difficilior effectus est? quid autem ego de venia quasi ingratus? nam si ea facilitate proxima acceperis, qua priora, laus potius speranda quam venia obsecranda est. mihi tamen venia sufficit. vale.

XXX.

C. PLINIUS GEMINO SUO S.

Laudas mihi et frequenter praesens et nunc per epistulas 1
Nonium tuum, quod sit liberalis in quosdam: et ipse laudo, si tamen non in hos solos. volo enim eum qui sit vere liberalis tribuere patriae, propinquis, adfinibus, amicis, sed amicis dico pauperibus, non ut isti qui iis potissimum donant, qui donare maxime possunt. hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua 2
promere puto, sed aliena corripere. sunt ingenio simili qui quod huic donant auferunt illi famamque liberalitatis avaritia petunt. primum est autem suo esse contentum, deinde quos praecipue 3
scias indigere sustentantem foventemque orbe quodam socialitatis ambire. quae cuncta si facit iste, usquequaque laudandus est; si unum aliquid, minus quidem, laudandus tamen. tam rarum 4
est etiam imperfectae liberalitatis exemplar. ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere videantur. vale.

XXXI.

C. PLINIUS SARDO SUO S.

Postquam a te recessi, non minus tecum, quam cum apud te 1
fui. legi enim librum tuum, identidem repetens ea maxime (non

---

1 nulla **r** 2 legis **a** ita singulis ita ut non (nos **D**) singulis dabis **Dp** 6 proxima] haec proxima **a** priora] prior **D** 7 obseruanda **D**
XXX 9 Geminio **rς** 10 frequente **D** 11 Nonium tuum **ςa** non sum tuum **r** non sumptuum **D** nuntium tuum **p** in quosdam — 12 liberalis *om.* **Dpr**, *add.* **ςa** 12 in hos **ς** in nos **a** 13 sed amicis dico **a** sed tam his dico **D** sed tamen iis dico **p** sed iis dico **rς** 14 non ut isti — possunt **ςa** non ut istis qui iis (is **D**) maxime possunt **Dpr** 15 hos] hoc **D** 16 ingenio simili **rςa** ingenii simili **D** ingenii simillimi **p** 19 sustentatus **Dr** societatis **a** 20 si] sibi **r** laudandum *priore loco* **D**: laudandus 21 quidem *om.* **r** 21 unum aliquid **Dp** unum aliquod *Catanaeus* **a** unum alioqui **ς** tam parum **Dpr** 22 etiam perfectae **D** et inperfectae **r** exemplar ea innasit **ςa** exempla rexnuasit **D** exempli tam eximia tenet **p** exempla Res eximia sit **r** exemplar et ea invasit *I. F. Gronovius obss. IV 4*
XXXI 26 cum apud te **rςa** cum ad te **Dp** 27 non enim menitar **D** non enim me mentiar **p**

enim mentiar), quae de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti. quam multa, quam varia, quam non eadem de eodem
2 nec tamen diversa dixisti! laudem pariter et gratias agam? neutrum satis possum, et si possem, timerem ne arrogans esset ob ea laudare, ob quae gratias agerem. unum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora visa quanto iucundiora, tanto iucundiora quanto laudabiliora erant. vale.

XXXII.

C. PLINIUS TITIANO SUO S.

Quid agis? quid acturus es? ipse vitam iucundissimam, id est otiosissimam, vivo. quo fit ut scribere longiores epistulas nolim, velim legere, illud tamquam delicatus, hoc tamquam otiosus. nihil est enim aut pigrius delicatis aut curiosius otiosis. vale.

XXXIII.

C. PLINIUS CANINIO SUO S.

1 Incidi in materiam veram, sed simillimam fictae dignamque isto laetissimo altissimo planeque poetico ingenio, incidi autem, dum super cenam varia miracula hinc inde referuntur. magna auctori fides. tametsi quid poetae cum fide? is tamen auctor,
2 cui bene vel historiam scripturus credidisses. est in Africa Hipponensis colonia mari proxima: adiacet navigabile stagnum: ex hoc in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc
3 redditur stagno. omnis hic aetas piscandi navigandi atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium lususque sollicitat. his gloria et virtus altissime provehi: victor ille qui lon-

---

1 quae] quod D percopiosius D 2 uarie Dp de eodem iugo tamen Dp 4 si *om.* D 5 laudare ob quae a laudare tibi ob quae Dp laudare te ob quae rς gratia D agere Dp 6 quanto iucundiora — erant rς quanto iucundiora tanto iudicundiora (uiditiora D) quanto laudabiliora erant Da quanto hic iucundiora quanto laudabiliora erant p

XXXII 10 quid agis quid acturus es ipse uitam rςa quid agis quid acturus se uitam D quid agis quid agitur sectantibus uitam p 11 vivo *om.* Dp 12 velim *om.* Dp

XXXIII 17 isto laetissimo altissimo a stolatissimo altissimo D scholastico altissimo p isto altissimo rς scholastico isto altissimo *Catanaeus* 19 autoris fides a tametsi quid poetae ςa tamenetsi quid poeta r tamen si quid poeta Dp 20 scripturus ςa scripturum Dpr 21 adiacet ei nauigabile a ex hoc Drς et hoc p quod a ex quo *vulgo* 22 modum] nomen r demergit Dp 23 aestus aut repressit Dςa estus autem repressit r aestas aut repressit p inpulit] impleuit r 24 aetas a aestus *Dpr* 25 puerorum ς ludusque solicitant a

gissime ut litus ita simul natantes reliquit. hoc certamine puer 4
quidam audentior ceteris in ulteriora tendebat. delphinus occurrit
et nunc praecedere puerum, nunc sequi, nunc circumire, po-
stremo subire, deponere, iterum subire trepidantemque perferre
primum in altum, mox flectit ad litus redditque terrae et aequa-
libus. serpit per coloniam fama: concurrere omnes, ipsum pue- 5
rum tamquam miraculum aspicere, interrogare, audire, narrare.
postero die obsident litus, prospectant mare et siquid est mari
simile. natant pueri, inter hos ille, sed cautius. delphinus rur-
sus ad tempus, rursus ad puerum. fugit ille cum ceteris. del-
phinus, quasi invitet revocet, exilit mergitur variosque orbes im-
plicat expeditque. hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec 6
homines innutritos mari subiret timendi pudor. accedunt et ad-
ludunt et appellant, tangunt etiam pertrectantque praebentem.
crescit audacia experimento. maxime puer qui primus expertus
est adnatat, insilit tergo, fertur referturque, agnosci se et amari
putat, amat ipse: neuter timet, neuter timetur: huius fiducia,
mansuetudo illius augetur. nec non alii pueri dextra laevaque 7
simul eunt hortantes monentesque. ibat una (id quoque mirum)
delphinus alius, tantum spectator et comes: nihil enim simile
aut faciebat aut patiebatur, sed alterum illum ducebat reducebat-
que, ut puerum ceteri pueri. incredibile, tam verum tamen quam 8
priora, delphinum gestatorem collusoremque puerorum in terram
quoque extrahi solitum harenisque siccatum, ubi incaluisset, in

---

1 natantes] nanteis a relinquit hoc certamine a reliquit Quid hoc certamine Dp reliquit Id hoc in certamine r reliquit hoc in certamine ς 2 tenebat D occurrit a incurrit Dpr 6 famam D concurre r 7 narrare respondere postremo die p 8 mare et (et *om.* r) si quid est mari simile Drςa mare et siquidem mari simile p mare, ecquid e mari simile *Cortius* 10 ad puerum fugit ille cum ceteris delphinus a ad puerum fugit uenit puer fugit ille cum ceteris delphinis Dp ad puerum uenit ille fugit cum ceteris Ille cum ceteris delphinus r ad puerum uenit ille fugit cum ceteris delphinus ς 11 inuitet reuocet a inuitet et reuocet Dς inuite et reuocet p mutet et reuocet r exilit ςa exili r exiliunt Dp implicitat a 12 pluribus diebus donec D 13 maris D timendi] tuendi r 14 tangant D praebentem a praeeuntem Dpr praebentem se *Mommsenus* 15 audacia et experimento Dpr 16 adnatat nanti insilit tergo a adnatanti insiliit tergo rς adnatanti (adnatandi D) insiliit ergo Dp adnatantis insilit tergo *Sichardus* adnatat natanti, insilit tergo *Cortius* agnosci se et amari (adnosci se amari a) putat amat ipse ςa agnoscit se ex mari putat amat ipse r adgnoscit se ex mari putata mētis se D agnoscit se ex mari putati meatis se p 17 neuter timet *om.* Dp 18 alii] aut Dp 19 ibat una rςa ita ima D ne timeat p 20 delphinos D spectatore comes D 21 illum] illud D reducebatque puerum p reducebat ut puerum a 23 priora] propria r 24 in mare] iam mare Dp

9 mare revolvi. constat Octavium Avitum, legatum proconsulis,
in litus educto religione prava superfudisse unguentum, cuius
illum novitatem odoremque in altum refugisse nec nisi post mul-
tos dies visum languidum et maestum, mox redditis viribus prio-
10 rem lasciviam et solita ministeria repetisse. confluebant omnes
ad spectaculum magistratus, quorum adventu et mora modica
res publica novis sumptibus atterebatur. postremo locus ipse
quietem suam secretumque perdebat. placuit occulte interfici ad
11 quod coibatur. haec tu qua miseratione, qua copia deflebis, or-
nabis, attolles! quamquam non est opus adfingas aliquid aut
adstruas: sufficit ne ea quae sunt vera minuantur. vale.

XXXIIII.

C. PLINIUS TRANQUILLO SUO S.

1 Explica aestum meum: audio me male legere, dumtaxat ver-
sus; orationes enim commode, sed tanto minus versus. cogito
ergo recitaturus familiaribus amicis experiri libertum meum.
hoc quoque familiare, quod elegi non bene, sed melius lecturum,
2 si tamen non fuerit perturbatus. est enim tam novus lector quam
ego poeta. ipse nescio quid illo legente interim faciam, sedeam
defixus et mutus et similis otioso, an, ut quidam, quae pronun-
tiabit murmure oculis manu prosequar. sed puto me non minus
male saltare quam legere. iterum dicam, explica aestum meum
vereque rescribe, num sit melius pessime legere, quam ista vel
non facere vel facere. vale.

XXXV.

C. PLINIUS ATRIO SUO S.

1 Librum quem misisti recepi et gratias ago. sum tamen hoc
tempore occupatissimus: ideo nondum eum legi, cum alioqui

---

1 reuoluit constant D Avitum rςa abitum D habitum p proconsulis ςa procon. pr proconsulem D 2 seducto D educta r 3 ille a nouitate p ordinemque D: *fortasse* odoremque aspernatum in altum refugisse. 5 solita ministeria rςa solitam iussisse seria D solitam uisum esse seria p 6 ad spectaculum omnes a modica resp. nouis sumptibus ra modica resp. nouissimum partibus Dp immodicis resp. sumptibus ς 8 prodebat r occulte] secrete a 9 tu] tua r 10 affigas p aut asseruas D aut struas a

XXXXIIII 15 commode sed a commodis et D commodius et pr 16 ergo] quo r 17 sed melius scio lecturum rςa sit melius lecturum D sit melius lecturus p 20 defixus mutus Dpr 24 vel facere *om.* r

XXXV 26 ATRIO D Appio pr Oppio a: *fortasse* Attio 27 recepi *om.* *Dp* *tamen in hoc* D 28 alioqui *Catanaeus* a aliquid Dpr

validissime cupiam. sed eam reverentiam cum litteris ipsis tum
scriptis tuis debeo, ut sumere illa nisi vacuo animo inreligiosum
putem. diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. 2
est tamen aliquis modus, primum quod nimia cura deterit magis quam emendat, deinde quod nos a recentioribus revocat simulque nec absolvit priora et inchoare posteriora non patitur. vale.

XXXVI.

C. PLINIUS FUSCO SUO S.

Quaeris quem ad modum in Tuscis diem aestate disponam. 1
evigilo cum libuit, plerumque circa horam primam, saepe ante,
tardius raro: clausae fenestrae manent. mire enim silentio et 2
tenebris ab iis quae avocant abductus et liber et mihi relictus non oculos animo, sed animum oculis sequor, qui eadem quae mens vident, quotiens non vident alia. cogito, siquid in manibus, cogito ad verbum scribenti emendantique similis, nunc pauciora nunc plura, ut vel difficile vel facile componi tenerive potuerunt. notarium voco et die admisso quae formaveram dicto: abit
rursusque revocatur rursusque dimittitur. ubi hora quarta vel 3
quinta (neque enim certum dimensumque tempus), ut dies suasit, in xystum me vel cryptoporticum confero, reliqua meditor et dicto. vehiculum ascendo: ibi quoque idem quod ambulans aut iacens: durat intentio mutatione ipsa refecta. paulum redormio, dein ambulo, mox orationem graecam latinamve clare et intente non tam vocis causa quam stomachi lego; pariter tamen et illa

---

1 eam reuerentiam Dςa ea reuerentia pr tum *om.* Dpr, *add.* ςa 4 primumque nimia cura dederit p 5 nos a recentioribus ςa nos recentioribus Dpr

XXXVI 10 dies rς 11 euigilio r cum collibuit pr circa *om.* r 12 mire — abductus a mire (mirae p) enim cum silentium et tenebrae ab his quae aduocant abductis Dpr mire enim cum silentio et tenebris animus alitur et ab his quae auocant abductus ς 13 et liber et mihi relictus ςa et liber et mihi et relictus Dpr 14 sequor ςa sequar Dpr 15 mens uident ςa mens uiderit D mens uidet p meos uident r cogito ad si quid r 16 aduerbium D nunc pauciora *om.* Dp 17 ut *om.* Dp tenerive potuerunt] tenetur r 18 notari uoco D diem Dr amisso r quae formaueram dicto, abit rursusque reuocatur a quae formaueram reuocatur D quae formam ueram reuocant p que forma uera reuocatur r quae formaueram reuocantur ς 19 dimittitur] remittitur a 21 in *om.* r cryptoporticum ςa cryptoporticus Dp cripto porticu r refero r reliqua meditor et dicto a reliqua meditor edicto r reliqua meditor dicto et ς reliquam medetur edicto Dp 22 ibi quoque pa ubi quoque Drς 23 referta pr* paululum p 24 deinde pr 25 lego *om.* Dp, *add.* rςa pariter tamen et illa firmatur *om.* Dpr, *add.* a

4 firmatur. iterum ambulo, ungor, exerceor, lavor. cenanti mihi,
si cum uxore vel paucis, liber legitur: post cenam comoedus
aut lyristes: mox cum meis ambulo, quorum in numero sunt
eruditi. ita variis sermonibus vespera extenditur et quamquam
5 longissimus dies cito conditur. non numquam ex hoc ordine
aliqua mutantur. nam si diu iacui vel ambulavi, post somnum
demum lectionemque non vehiculo, sed quod brevius, quia velocius, equo gestor. interveniunt amici ex proximis oppidis partemque diei ad se trahunt interdumque lasso mihi opportuna
6 interpellatione subveniunt. venor aliquando, sed non sine pugillaribus, ut, quamvis nihil ceperim, non nihil referam. datur et colonis, ut videtur ipsis, non satis temporis, quorum mihi agrestes querellae litteras nostras et haec urbana opera commendant. vale.

XXXVII.

C. PLINIUS PAULINO SUO S.

1 Nec tuae naturae est translaticia haec et quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere, et ego te constantius amo, quam ut verear ne aliter ac velim accipias, nisi te kalendis statim consulem videro, praesertim cum me necessitas locandorum praediorum plures annos ordinatura detineat,
2 in qua mihi nova consilia sumenda sunt. nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua creverunt: inde plerisque nulla iam cura minuendi aeris alieni, quod desperant posse persolvi; rapiunt etiam consumuntque quod natum est, ut qui
3 iam putent se non sibi parcere. occurrendum ergo augescentibus vitiis et medendum est. medendi una ratio, si non nummo, sed

---

1 ungor ϛa urgeor Dpr exerceor *om.* p mihi si cum Dr mihi sic cum a mihi cum pϛ 2 comoedus *Sichardus* comoedia pra comoediam D comoedi ϛ 3 quorum in numero ϛ quorum in numerum Dpr quorum numero a 4 eruditi uariis p eruditi barbaris D 5 cito conditur ra bene conditur Dp cito clauditur ϛ non numquam *Beroaldus* a numquam Dpr 6 imitantur r iacui r tacui Dpϛa 7 lectionem quem non D quia uelocius a quod uelocius Dpr 8 oppidi p 9 lassato a 11 ut] et D sed ut *Cortius* 13 haec] hic D istic r istaec ϛ
XXXVII 17 translatiua Dp 18 a *om.* Dpr 19 ne aliter Dϛa nec aliter pr 20 nisi te rϛa in me D ni me p 21 locandorum a tuscianorum Dp tuscanorum rϛ: *cf. VII 30, 3* in plures *C. F. W. Muellerus mus. Rhen. noviss. t. XX (a. 1865) p. 157* 22 in qua mihi noua pr in quam noua a in qua noua D lustro rϛa iusto D iusta p 23 plerisque a plerique Dpr 24 quod] quid Dp 25 rapiuntur D quod natum est a quod natura est Drϛ quod nam est p 26 putant Dpϛ parcere a placere Dpr occurrendum ϛa occurrere dum Dpr 27 uitiis Dϛa intus pr et medendum est et medendi Dpr nummo] omnino D

partibus locem ac deinde ex meis aliquos operis exactores custodes fructibus ponam. et alioqui nullum iustius genus reditus, quam quod terra caelum annus refert. at hoc magnam fidem, 4 acris oculos, numerosas manus poscit. experiendum tamen et quasi in veteri morbo quaelibet mutationis auxilia temptanda sunt. vides quam non delicata me causa obire primum consu- 5 latus tui diem non sinat; quem tamen hic quoque ut praesens votis gaudio gratulatione celebrabo. vale.

XXXVIII.

C. PLINIUS SATURNINO SUO S.

Ego vero Rufum nostrum laudo, non quia tu ut ita facerem petisti, sed quia est ille dignissimus. legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me gratiae amor ipsius adiecit. iudicavi tamen: neque enim soli iudicant qui maligne legunt. vale.

XXXVIIII.

C. PLINIUS MUSTIO SUO S.

Haruspicum monitu reficienda est mihi aedes Cereris in prae- 1 diis in melius et in maius, vetus sane et angusta, cum sit alioqui stato die frequentissima. nam idibus Septembribus magnus 2 e regione tota coit populus, multae res aguntur, multa vota suscipiuntur, multa redduntur. sed nullum in proximo suffugium aut imbris aut solis. videor ergo munifice simul religioseque fa- 3 cturus, si aedem quam pulcherrimam extruxero, addidero porticus aedi, illam ad usum deae, has ad hominum. velim ergo emas quattuor marmoreas columnas, cuius tibi videbitur generis, emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. erit etiam 4 vel faciendum vel emendum ipsius deae signum, quia antiquum

---

1 locem ςa locum Dpr ac inde p exactores operi a 2 nullum istius p nullus istius D 3 annus] amnis pς at hoc *Catanaeus* ad hoc Dpra 4 acris rς acreis a aeris Dp exprimendum p 7 diem nomen sinat Dp 8 gaudio ςa gaudeo Dpr

XXXVIII 11 Rufum nostrum laudo non quia rςa rufum non laudo quia D ruffum laudo non quia p tu ita ut facerem pr 12 ille est p

XXXVIIII 18 Aruspicum ςa. arispicum r Harispum D Pauruspicum p monitu *om.* Dp aedis cereris D aedes caeteris p 19 in melius in maius p: et in maius *om.* D 19 alioqui stato rςa aliquid cum statio Dp 20 septembris rς 24 si aedi quam pulcherrimam extruxero addidero porticus illam ς aedem a eandem Dpr 25 aedi illam] aedulam D 27 erit etiam uel faciendum uel emendum ipsius a erit etiam faciendum (faciundum pr) ipsius Dpr

illud e ligno quibusdam sui partibus vetustate truncatum est.
5 quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod videatur istinc
esse repetendum; nisi tamen ut formam secundum rationem loci
scribas. neque enim possunt circumdari templo: nam solum
6 templi hinc flumine et abruptissimis ripis, hinc via cingitur. est
ultra viam latissimum pratum, in quo satis apte contra templum
ipsum porticus explicabuntur; nisi quid tu melius inveneris, qui
soles locorum difficultates arte superare. vale.

XXXX.

C. PLINIUS FUSCO SUO S.

1 Scribis pergratas tibi fuisse litteras meas, quibus cognovisti,
quem ad modum in Tuscis otium aestatis exigerem: requiris quid
2 ex hoc in Laurentino hieme permutem. nihil, nisi quod meri-
dianus somnus eximitur multumque de nocte vel ante vel post
diem sumitur, et si agendi necessitas instat, quae frequens hieme,
non iam comoedo vel lyristae post cenam locus, sed illa quae
dictavi identidem retractantur, ac simul memoriae frequenti
3 emendatione proficitur. habes aestate hieme consuetudinem: ad-
das huc licet ver et autumnum, quae inter hiemem aestatemque
media, ut nihil de die perdant, de nocte parvulum adquirunt. vale.

---

1 quibusdam sui partibus uetustate a quibusdam uetustate sui partibus Dpr 2 nil interim occurite r istinc esse rςa statim esse p necesse D 3 ut] ne D 4 possunt circumdari templo a possum circumdare templo Dpr possum circundare templum ς 6 viam] uia D contra templum ipsum porticus explicabuntur, nisi quid tu melius inueneris a contra templum porticus explicabuntur nisi quid (quod ς) tu melius inuenies rς contra templum inuenies D contra templis inuenies p

XXXX 13 permutet Dp 17 dictaui a dicta ut Dp dicta r dictata *Catanaeus* 18 prospicitur *Mommsenus* addas huc licet uer et autumnum quae *e coniectura Lectii Casaubonus et 'ex membranis' suis Modius novantiq. lect. 12 Grut. lamp. V p. 40,* non addas huc licet uere tantum num (nun D) quae Dp non addas huc licet uere tm̄ numquam r non addas huc licet uere tantumque ς addas (non addas a) huc licet tantumnum quae *Catanaeus* a colligas hinc licet uer et autumnum quae *Mommsenus* 19 inter hiemem aestatemque media *Modius* inter hiemem aestatemque mediam ςa inter (intra p) hiemem statim aestatemque mediam Dpr 20 ut nihil de dic perdunt de nocte Dpςa ut nisi de die perdunt de nocte r ut nihil de dic perdunt ita de nocte *Modius* aut nihil de die perdunt aut de nocte *Mommsenus* Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris Facundissimi Epistolarum Liber Octauus Expli. p

C. PLINI CAECILI SECUNDI

AD TRAIANUM IMPERATOREM

ET

TRAIANI IMPERATORIS AD PLINIUM

EPISTULARUM

LIBER

A editio princeps Hieronymi Avantii a. 1502 continens epistulas 41—121
a editio Aldina a. 1508

Scriptura editionis A integra exhibita est. scriptura editionis a in priore parte epistularum, quae antea edita non erat, item integra, in posteriore parte, quam ex Avantii editione Aldus expressit, tum cum ab A discrepat exhibita est, ita ut non indicata discrepantia A consensum utriusque editionis significet

C. PLINI CAECILI SECUNDI
AD TRAIANUM IMPERATOREM
TRAIANI IMPERATORIS AD PLINIUM
EPISTULARUM
LIBER.

I. (a. 98)
C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Tua quidem pietas, imperator sanctissime, optaverat ut quam 1
tardissime succederes patri. sed di immortales festinaverunt virtutes tuas ad gubernacula rei publicae, quam susceperas, admovere.
precor ergo ut tibi et per te generi humano prospera omnia, id 2
est digna saeculo tuo, contingant. fortem te et hilarem, imperator optime, et privatim et publice opto.

II. (a. 98)
C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Exprimere, domine, verbis non possum quantum mihi gau- 1
dium attuleris, quod me dignum putasti iure trium liberorum. quamvis enim Iuli Serviani, optimi viri tuique amantissimi, precibus indulseris, tamen etiam ex rescripto intellego libentius hoc ei te praestitisse, quia pro me rogabat. videor ergo summam 2
voti mei consecutus, cum inter initia felicissimi principatus tui probaveris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere; eoque magis liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo sae-
culo volui, sicut potes duobus matrimoniis meis credere. sed di 3

---

1 C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER DECIMVS AD TRAIANVM IMP. Gratulatoria ob imperium a
I 9 dii a
II Gratias agit a   18 Iulii a   24 dii a

melius, qui omnia integra bonitati tuae reservarunt: maluerunt hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus essem et securus et felix.

III A. [XX.] (a. 99)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Ut primum me, domine, indulgentia vestra promovit ad praefecturam aerarii Saturni, omnibus advocationibus, quibus alioqui numquam eram promiscue functus, renuntiavi, ut toto animo
2 delegato mihi officio vacarem. qua ex causa, cum patronum me provinciales optassent contra Marium Priscum, et petii veniam huius muneris et impetravi. sed cum postea consul designatus censuisset agendum nobiscum, quorum erat excusatio recepta, ut essemus in senatus potestate pateremurque nomina nostra in urnam conici, convenientissimum esse tranquillitati saeculi tui putavi praesertim tam moderatae voluntati amplissimi ordinis
3 non repugnare. cui obsequio meo opto ut existimes constare rationem, cum omnia facta dictaque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam.

III B. [XXI.] (a. 99)

TRAIANUS PLINIO

Et civis et senatoris boni partibus functus es obsequium amplissimi ordinis, quod iustissime exigebat, praestando. quas partes impleturum te secundum susceptam fidem confido.

IIII. [III.] (a. 98)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Indulgentia tua, imperator optime, quam plenissimam experior, hortatur me ut audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos sibi vel praecipuum locum vindicat Voconius Romanus,
2 ab ineunte aetate condiscipulus et contubernalis meus. quibus ex causis et a divo patre tuo petieram ut illum in amplissimum ordinem promoveret. sed hoc votum meum bonitati tuae reser-

---

1 maluere *I. A. Ernestius* malui a

III A De sortione patrocinii aduersus Marium Priscum a 11 consul designatus censuisset (*vel* consules designati censuissent) agendum *Gruterus* consul designatus censuisses tacendum a consul designatus censuisses faciendum *Casaubonus* 14 tranquillitati *Aldus*[2] tranquillitate a

III B *Epistulam cum superiore coniunctam in* a *separavit et Traiano tribuit Catanaeus*

IIII Petit latum clauum amico a

vatum est, quia mater Romani liberalitatem sestertii quadrin-
genties, quod conferre se filio codicillis ad patrem tuum scriptis
professa fuerat, nondum satis legitime peregerat; quod postea
fecit admonita a nobis. nam et fundos emancipavit et cetera 3
quae in emancipatione implenda solent exigi consummavit. cum 4
sit ergo finitum quod spes nostras morabatur, non sine magna
fiducia subsigno apud te fidem pro moribus Romani mei, quos
et liberalia studia exornant et eximia pietas, qua et hanc ipsam
matris liberalitatem et statim patris hereditatem et adoptionem
a vitrico meruit. auget haec et natalium et paternarum facul- 5
tatum splendor. quibus singulis multum commendationis acces-
surum etiam ex meis precibus indulgentiae tuae credo. rogo ergo, 6
domine, ut me exoptatissimae mihi gratulationis compotem facias
et honestis, ut spero, adfectibus meis praestes ut non in me
tantum verum et in amico gloriari iudiciis tuis possim.

V. [IIII.] (a. 98)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Proximo anno, domine, gravissima valetudine usque ad pe- 1
riculum vitae vexatus iatralipten adsumpsi, cuius sollicitudini
et studio tuae tantum indulgentiae beneficio referre gratiam parem
possum. quare rogo des ei civitatem Romanam. est enim pere- 2
grinae condicionis, manumissus a peregrina. vocatur ipse Har-
pocras, patronam habuit Thermuthin Theonis, quae iam pridem
defuncta est. item rogo des ius Quiritium libertis Antoniae Ma-
ximillae, ornatissimae feminae, Hediae et [Antoniae] Harmeridi;
quod a te petente patrona peto.

VI. [XXII.] (a. 98)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Ago gratias, domine, quod et ius Quiritium libertis neces- 1
sariae mihi feminae et civitatem Romanam Harpocrati, iatraliptae
meo, sine mora indulsisti. sed cum annos eius et censum, sicut

---

1 sestertii quater decies *I. F. Gronovius de pec. vet. II 3* CCCC HS *Gesnerus* 4 '*idem ad Traianum epistola IIII quae vulgo non extat* Nam fundos *inquit* emancipauit: et cetera quae in emancipatione implenda solent exigi consumauit' *Budaeus annot. in pand. f. 22 ed. Ascens. a. 1516* 7 apud te *Aldus*[2] adit te a 8 quae hanc a 9 patriis a 10 facultatium a

V Ciuitatem Romanam Harpocrati Iatraliptae suo petit a 23 patronam habuit *Catanaeus* matronam habet a 25 Helliae *Catanaeus* Heliae *vulgo* et Agathemeridi *coniecit Mommsenus* 26 patronam a

VI Agit gratias a

praeceperas, ederem, admonitus sum a peritioribus debuisse me
ante ei Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam,
2 quoniam esset Aegyptius. ego autem, quia inter Aegyptios cete-
rosque peregrinos nihil interesse credebam, contentus fueram
hoc solum scribere tibi, eum scilicet a peregrina manumissum
patronamque eius iam pridem decessisse. de qua ignorantia mea
non queror, per quam stetit ut tibi pro eodem homine saepius
obligarer. rogo itaque, ut beneficio tuo legitime frui possim,
tribuas ei et Alexandrinam civitatem et Romanam. annos eius
et censum, ne quid rursus indulgentiam tuam moraretur, liber-
tis tuis quibus iusseras misi.

VII. [XXIII.] (a. 98)

TRAIANUS PLINIO

Civitatem Alexandrinam secundum institutionem principum non temere dare proposui. sed cum Harpocrati, iatraliptae tuo, iam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuae negare non sustineo. tu ex quo nomo sit notum mihi facere debebis, ut epistulam tibi ad Pompeium Plantam, praefectum Aegypti, amicum meum, mittam.

VIII. [XXIIII.] (a. 101)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Cum divus pater tuus, domine, et oratione pulcherrima et
honestissimo exemplo omnes cives ad munificentiam esset cohor-
tatus, petii ab eo ut statuas principum, quas in longinquis agris
per plures successiones traditas mihi quales acceperam custodie-
bam, permitteret in municipium transferre adiecta sua statua.
2 quod ille mihi cum plenissimo testimonio indulserat: ego statim
decurionibus scripseram ut adsignarent solum, in quo templum
pecunia mea extruerem: illi in honorem operis ipsius electionem
3 loci mihi obtulerant. sed primum mea, deinde patris tui valetu-
dine, postea curis delegati a vobis officii retentus, nunc videor
commodissime posse in rem praesentem excurrere. nam et men-
struum meum kalendis Septembribus finitur, et sequens mensis
4 complures dies feriatos habet. rogo ergo ante omnia permittas
mihi opus quod inchoaturus sum exornare et tua statua, deinde,

---

VIII De statuis principum in municipium transferendis a 28 quodque ille a quod cum ille *Gruterus* 30 in honorem *Cortius* in honore a 34 Kalendis Septembribus *G. H. Schaeferus* Kal. Septembris a 36 in-*cohaturus* a

ut hoc facere quam maturissime possim, indulgeas commeatum.
non est autem simplicitatis meae dissimulare apud bonitatem 5
tuam obiter te plurimum collaturum utilitatibus rei familiaris
meae. agrorum enim quos in eadem regione possideo locatio,
cum alioqui CCCC excedat, adeo non potest differri, ut proximam
putationem novus colonus facere debeat. praeterea continuae
sterilitates cogunt me de remissionibus cogitare, quarum rationem
nisi praesens inire non possum. debebo ergo, domine, indulgen- 6
tiae tuae et pietatis meae celeritatem et status ordinationem, si
mihi ob utraque haec dederis commeatum triginta dierum. neque enim angustius tempus praefinire possum, cum et municipium et agri de quibus loquor sint ultra centesimum et quinquagesimum lapidem.

VIIII. [XXV.] (a. 101)

TRAIANUS PLINIO

Et multas et [omnes] publicas causas petendi commeatus reddidisti. mihi autem vel sola voluntas tua suffecisset. neque enim dubito te, ut primum potueris, ad tam districtum officium reversurum. statuam poni mihi a te eo quo desideras loco, quamquam eius modi honorum parcissimus, tamen patior, ne impedisse cursum erga me pietatis tuae videar.

X. [V.] (a. 98)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Exprimere, domine, verbis non possum quanto me gaudio 1
adfecerint epistulae tuae, ex quibus cognovi te Harpocrati, iatra-
liptae meo, et Alexandrinam civitatem tribuisse, quamvis secun-
dum institutionem principum non temere eam dare proposuisses.
esse autem Harpocran νομοῦ Μεμφίτου indico tibi. rogo ergo, 2
indulgentissime imperator, ut mihi ad Pompeium Plantam, praefectum Aegypti, amicum tuum, sicut promisisti, epistulam mittas. obviam iturus, quo maturius, domine, exoptatissimi adventus tui gaudio frui possim, rogo permittas mihi quam longissime occurrere tibi.

---

4 locatio cum *Catanaeus* locationem a 8 debebo *I. F. Gronovius* debeo a 9 pietatis *I. F. Gronovius* pietati a

VIIII 16 et priuatas multas et omnes publicas *Catanaeus*. *fortasse* multas et privatas et publicas 19 quo desyderas *Aldus*[2] quod desyderas a

X Impetratae ciuitatis Alexandrinorum pro Harpocrate gaudium a 28 νόμου μεμφύτου a νομὸν μεμφίτικον *Catanaeus* νομοῦ Μεμφιτικοῦ *H. Stephanus* 31 exoptatissimi *I. F. Gronovius* exoptatissime a

XI. [VI.] (a. 98)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Proxima infirmitas mea, domine, obligavit me Postumio Ma-
rino medico, cui parem gratiam referre beneficio tuo possum, si
2 precibus meis ex consuetudine bonitatis tuae indulseris. rogo
ergo ut propinquis eius des civitatem, Chrysippo Mithridatis uxorique Chrysippi, Stratonicae Epigoni, item liberis eiusdem Chrysippi, Epigono et Mithridati, ita ut sint in patris potestate utque iis in libertos servetur ius patronorum. item rogo indulgeas ius Quiritium L. Satrio Abascanto et P. Caesio Phosphoro et Panchariae Soteridi, quod a te volentibus patronis peto.

XII. [VII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Scio, domine, memoriae tuae, quae est bene faciendi tenacissima, preces nostras inhaerere. quia tamen in hoc quoque indulsisti, admoneo simul et impense rogo ut Accium Suram praetura exornare digneris, cum locus vacet. ad quam spem alioqui quietissimum hortatur et natalium splendor et summa integritas in paupertate et ante omnia felicitas temporum, quae bonam conscientiam civium tuorum ad usum indulgentiae tuae provocat et attollit.

XIII. [VIII.] (a. 103. 104)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Cum sciam, domine, ad testimonium laudemque morum meorum pertinere tam boni principis iudicio exornari, rogo dignitati ad quam me provexit indulgentia tua vel auguratum vel septemviratum, quia vacant, adicere digneris, ut iure sacerdotii precari deos pro te publice possim, quos nunc precor pietate privata.

XIIII. [VIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Victoriae tuae, optime imperator, maximae pulcherrimae antiquissimae et tuo nomine et rei publicae gratulor deosque im-

---

XI Medici sui propinquis ciuitatem petit a 3 Posthumio a 6 Mitridatis a 8 Mitridati a 10 Abascantio *Catanaeus*

XII Praeturam amico petit a 14 beneficiendi a 15 quoque saepe indulsisti *Catanaeus*

XIII Sacerdotium sibi petit a. 27 quia uacant *Catanaeus* quia uacat a

XIIII Gratulatoria ob uictoriam a 31 imp. Maxime a

mortales precor ut omnes cogitationes tuas tam laetus sequatur eventus, ut virtutibus tantis gloria imperii et novetur et augeatur.

XV. [XXVI.] (a. 111)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Quia confido, domine, ad curam tuam pertinere; nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis ὑπὲρ Μαλέαν navigasse, quamvis contrariis ventis retentum. nunc destino partim orariis navibus partim vehiculis provinciam petere. nam sicut itineri graves aestus, ita continuae navigationi etesiae reluctantur.

XVI. [XXVII.] (a. 111)

TRAIANUS PLINIO

Recte renuntiasti, mi Secunde carissime: pertinet enim ad animum meum, quali itinere *in* provinciam pervenias. prudenter autem constituis interim navibus interim vehiculis uti, prout loca suaserint.

XVII A. [XXVIII.] (a. 111)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Sicut saluberrimam navigationem, domine, usque Ephesum 1
expertus, ita inde, postquam vehiculis iter facere coepi, gravissimis aestibus atque etiam febriculis vexatus Pergami substiti.
rursus, cum transissem in orarias naviculas, contrariis ventis 2
retentus aliquanto tardius quam speraveram, id est XV kal. Octobres, Bithyniam intravi. non possum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auspicatissimum, natalem tuum in provincia celebrare. nunc rei publicae Prusensium impendia 3
reditus debitores excutio, quod ex ipso tractatu magis ac magis necessarium intellego. multae enim pecuniae variis ex causis a privatis detinentur: praeterea quaedam minime legitimis sumptibus erogantur. haec tibi, domine, in ipso ingressu meo scripsi. 4

XV De itinere suo in Bithyniam a 7 retentum *H. Stephanus* retentus a *fortasse* onerariis 8 itineri *Aldus*[2] itinere a

XVI 13 in prouinciam *Catanaeus:* in *om.* a

XVII A. In Bithyniam se uenisse scribit a 18 usque Ephesum sum expertus *G. H. Schaeferus* 21 *fortasse* onerarias 26 tractatu *Rittershusius* tractu a

XVII B. (a. 111)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Quinto decimo kalendas Octobres, domine, provinciam intravi, quam in eo obsequio, in ea erga te fide quam de genere
5 humano mereris inveni. dispice, domine, an necessarium putes mittere huc mensorem. videntur enim non mediocres pecuniae posse revocari a curatoribus operum, si mensurae fideliter aguntur. ita certe prospicio ex ratione Prusensium, quam cum maxime tracto.

XVIII. [XXVIIII.] (a. 111)

TRAIANUS PLINIO

1 Cuperem sine querella corpusculi tui et tuorum pervenire in Bithyniam potuisses ac simile tibi iter ab Epheso [ut] navi-
2 gationi fuisset, quam expertus usque illo eras. quo autem die pervenisses in Bithyniam cognovi, Secunde carissime, litteris tuis. provinciales, credo, prospectum sibi a me intellegent. nam et tu dabis operam ut manifestum sit illis electum te esse, qui
3 ad eos[dem] mei loco mittereris. rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendae sunt: nam et esse eas vexatas satis constat. mensores vix etiam iis operibus quae aut Romae aut in proximo fiunt sufficienter habeo. sed in omni provincia inveniuntur quibus credi possit, et ideo non deerunt tibi, modo velis diligenter excutere.

XVIIII. [XXX.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Rogo, domine, consilio me regas haesitantem, utrum per publicos civitatium servos, quod usque adhuc factum, an per milites adservare custodias debeam. vereor enim ne et per servos publicos parum fideliter custodiantur, et non exiguum militum
2 numerum haec cura distringat. interim publicis servis paucos milites addidi. video tamen periculum esse ne id ipsum utrisque neglegentiae causa sit, dum communem culpam hi in illos, illi in hos regerere posse confidunt.

XVII B. *Cum antecedente epistula coniuncta est in a. 'videtur nova epistola' Orellius* 7 agantur *Gesnerus* 8 cum maxime *Perizonius apud Cortium* cum Maximo a

XVIII 13 ab Epheso navigationi *Cortius* ab Epheso ei navigationi *Catanaeus* 21 sufficientes *Schefferus*

XVIIII De custodiis a 33 regerere *Catanaeus* regere a

XX. [XXXI.]

TRAIANUS PLINIO

Nihil opus est, mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones converti. perseveremus in ea consuetudine quae isti provinciae est, ut per publicos servos custodiantur. etenim ut fideliter hoc faciant in tua severitate ac diligentia positum est. in primis enim, sicut scribis, verendum est ne, si permisceantur servis publicis milites, mutua inter se fiducia neglegentiores sint. sed et illud haereat nobis, quam paucissimos milites a signis avocandos esse.

XXI. [XXXII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Gavius Bassus, praefectus orae Ponticae, et reverentissime et officiosissime, domine, venit ad me et compluribus diebus fuit mecum; quantum perspicere potui, vir egregius et indulgentia tua dignus. cui ego notum feci praecepisse te ut ex cohortibus quibus me praeesse voluisti contentus esset beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione uno. respondit non sufficere sibi hunc numerum, idque se scripturum tibi. hoc in causa fuit quo minus statim revocandos putarem quos habet supra numerum.

XXII. [XXXIII.]

TRAIANUS PLINIO

Et mihi scripsit Gavius Bassus non sufficere sibi eum militum numerum qui ut daretur illi mandatis meis complexus sum. cui quae rescripsissem ut notum haberes, his litteris subici iussi. multum interest † te poscat an homines in se ut latius velint. nobis autem utilitas demum spectanda est, et quantum fieri potest, curandum ne milites a signis absint.

XX 3 opus est *Catanaeus* opus sit a

XXI De numero militum Gabio Basso praefecto adsignatorum a 13 Gavius *L. Carrio emend. I 7* Gabius a .

XXII 23 Gabius a 25 cui quae rescripsissem] Quid quaeris scripsisse me a quoi quae rescripserim *Gebauerus origin. feodi p. 8* 26 multum interest, res poscat, an homines imperare latius velint *vulgo ex coniectura Catanaei* multum interest, tempus poscat, an homines iure uti latius velint *Orellius*. *fortasse* multum interest, in tempus poscat, an hoc munere (*vel* ministerio) uti latius velit

XXIII. [XXXIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Prusenses, domine, balineum habent et sordidum et vetus. id itaque indulgentia tua restituere desiderant. ego tamen aestimans . . . novum fieri debere, videris mihi desiderio eorum in-
2 dulgere posse. erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea quam revocare a privatis et exigere iam coepi, deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in opus balinei conferre; quod alioqui et dignitas civitatis et saeculi tui nitor postulat.

XXIIII. [XXXV.]

TRAIANUS PLINIO

Si instructio novi balinei oneratura vires Prusensium non est, possumus desiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo aut intribuatur aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.

XXV. [X.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Servilius Pudens legatus, domine, VIII kal. Decembres Nicomediam venit meque longae expectationis sollicitudine liberavit.

XXVI. [XI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Rosianum Geminum, domine, artissimo vinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt: habui enim illum quaestorem in consulatu. mei sum observantissimum expertus: tantam mihi post consulatum reverentiam praestat et publicae necessitudinis pig-
2 nera privatis cumulat officiis. rogo ergo ut ipse apud te pro dignitate eius precibus meis faveas, cui et, siquid mihi credis, indulgentiam tuam dabis. dabit ipse operam ut in iis quae ei mandaveris maiora mereatur. parciorem me in laudando facit quod spero tibi et integritatem eius et probitatem et industriam

---

XXIII De balineo Prusensium a 3 et sordidum *Catanaeus* est sordidum a 5 *lacuna quam indicavi pretium, quanti balneum restituendum Plinius aestimabat, cum verbo finito, ex quo reliqua pendebant, excidisse videtur*

XXIIII 14 intribuatur *Aldus*[2] intribuantur a intribuant *Catanaeus*

XXV De aduentu Seruilii a

XXVI Pro Rosiano Gemino a 23 iunxerunt . illum quaestorem in consulatu mei sum observantissimum expertus *I. F. Gronovius* 24 sum] summe a 25 et — cumulat] ut — cumulet *Catanaeus* 28 in iis *Aldus*[2] *in his* a

non solum ex eius honoribus, quos in urbe sub oculis tuis gessit,
verum etiam ex commilitio esse notissimam. illud unum, quod 3
propter caritatem eius nondum mihi videor satis plene fecisse,
etiam atque etiam facio teque, domine, rogo gaudere me exornata quaestoris mei dignitate, id est per illum mea, quam maturissime velis.

XXVII. [XXXVI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Maximus, libertus et procurator tuus, domine, praeter decem beneficiarios, quos adsignari a me Gemellino, optimo viro, iussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites . . . ex his interim . . . , sicut inveneram, in ministerio eius relinquendos existimavi, praesertim cum ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. quin etiam tutelae causa, quia ita desiderabat, addidi duos equites. in futurum quid servari velis rogo rescribas.

XXVIII. [XXXVII.]

TRAIANUS PLINIO

Nunc quidem proficiscentem ad comparationem frumentorum Maximum, libertum meum, recte militibus instruxisti. fungebatur enim et ipse extraordinario munere. cum ad pristinum actum reversus fuerit, sufficient illi duo a te dati milites et totidem a Virdio Gemellino, procuratore meo, quem adiuvat.

XXVIIII. [XXXVIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Sempronius Caelianus, egregius iuvenis, repertos inter tirones 1
duos servos misit ad me; quorum ego supplicium distuli, ut te
conditorem disciplinae militaris firmatoremque consulerem de modo
poenae. ipse enim dubito ob hoc maxime, quod, ut iam dixerant 2
sacramento militari, *ita* nondum distributi in numeros erant.
quid ergo debeam sequi rogo, domine, scribas, praesertim cum
pertineat ad exemplum.

---

1 ex eis honoribus *Orellius* 5 mea *Aldus*[2] meam a

XXVII De militibus Maximo pro curatori adsignandis a 11 milites, ex his interim, sicut iuueneram a: *numerus militum et post* milites *et post* interim *excidisse videtur.* milites sex. tris interim, sicut inveneram *Mommsenus*

XXVIIII De seruis inter tyrones inuentis a 28 ob haec a ut iam dixerint sacramento militari, nondum *Casaubonus* etsi adacti erant sacramento militari, nondum *Mommsenus* 29 militar i nondum a 30 '*Plinius ad Traianum episto. vigesima prima quae vulgo non reperitur.* Quid ergo — ad exemplum' *Budaeus annot. in pand. f.* 30* *ed. Ascens. a. 1516*

XXX. [XXXVIIII.]

TRAIANUS PLINIO

1 Secundum mandata mea fecit Sempronius Caelianus mittendo
ad te eos de quibus cognosci oportebit, an capitale supplicium
meruisse videantur. refert autem voluntarii se obtulerint, an
2 lecti sint vel etiam vicarii dati. *si* lecti sunt, inquisitio peccavit:
si vicarii dati, penes eos culpa est qui dederunt: si ipsi, cum
haberent condicionis suae conscientiam, venerunt, animadvertendum in illos erit. neque enim multum interest quod nondum per
numeros distributi sunt. ille enim dies [pro] quo primum probati sunt veritatem ab iis originis suae exegit.

XXXI. [XL.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Salva magnitudine tua, domine, descendas oportet ad meas
curas, cum ius mihi dederis referendi ad te de quibus dubito.
2 in plerisque civitatibus, maxime Nicomediae et Nicaeae, quidam
vel in opus damnati vel in ludum similiaque his genera poenarum publicorum servorum officio ministerioque funguntur atque
etiam ut publici servi annua accipiunt. quod ego cum audissem,
3 diu multumque haesitavi quid facere deberem. nam et reddere
poenae post longum tempus plerosque iam senes et, quantum
adfirmatur, frugaliter modesteque viventes nimis severum arbitrabar, et in publicis officiis retinere damnatos non satis honestum putabam; eosdem rursus a re publica pasci otiosos inutile, non pasci etiam periculosum existimabam. necessario ergo
4 rem totam, dum te consulerem, in suspenso reliqui. quaeres
fortasse quem ad modum evenerit ut poenis in quas damnati
erant exsolverentur: et ego quaesivi, sed nihil comperi quod adfirmare tibi possim. ut decreta quibus damnati erant proferebantur, ita nulla monumenta quibus liberati probarentur. erant tamen
5 qui dicerent deprecantes iussu proconsulum legatorumve dimissos.
addebat fidem quod credibile erat neminem hoc ausum sine auctore.

XXX 6 dati. Lecti sunt a dati lecti si sunt *Catanaeus* 10 pro *delevit Catanaeus* 11 ab iis *Orellius* ab his a

XXXI De iis qui ex damnatione serui publici essent a 16 Niceae a 17 similiaque his *Catanaeus* similia in his a 25 periculosum. Existimabam necessario a 26 reliqui *Catanaeus* relinqui a 28 quaesii a 29 possim *Gesnerus* possum a possem *I. A. Ernestius* 31 qui dicerent *Aldus*[2] quid dicerent a

XXXII. [XLI.]

TRAIANUS PLINIO

Meminerimus idcirco te in istam provinciam missum, quon- 1
iam multa in ea emendanda apparuerunt. erit autem hoc vel
maxime corrigendum, quod qui damnati ad poenam erant non
modo ea sine auctore, ut scribis, liberati sunt, sed etiam in con-
dicionem proborum ministrorum retrahuntur. qui igitur intra hos 2
proximos decem annos damnati nec ullo idoneo auctore liberati
sunt, hos oportebit poenae suae reddi: siqui vetustiores invenien-
tur et senes ante annos decem damnati, distribuamus illos in
ea ministeria quae non longe a poena sint. solent enim eius
modi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones
viarum et vicorum dari.

XXXIII. [XLII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Cum diversam partem provinciae circumirem, Nicomediae 1
vastissimum incendium multas privatorum domos et duo publica
opera quamquam via interiacente, Gerusian et Iseon, absumpsit.
est autem latius sparsum primum violentia venti, deinde inertia 2
hominum, quos satis constat otiosos et immobiles tanti mali spe-
ctatores perstitisse. et alioqui nullus usquam in publico sipo,
nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia com-
pescenda. et haec quidem, ut iam praecepi, parabuntur. tu, do- 3
mine, dispice, an instituendum putes collegium fabrorum dum-
taxat hominum CL. ego attendam ne quis nisi faber recipiatur
neve iure concesso in aliud utantur; nec erit difficile custodire
tam paucos.

XXXIIII. [XLIII.]

TRAIANUS PLINIO

Tibi quidem secundum exempla complurium in mentem venit 1
posse collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui. sed me-

---

XXXII 3 memineris *Catanaeus* 4 apparuerint a hoc uel maxime *Rittershusius* uel hoc maxime a 5 quod qui *Catanaeus* quo qui a 7 retrahuntur *Gesnerus* retrahantur a

XXXIII De collegio fabrorum Nicomedensium instituendo a 18 Isson a Isaeum *coniecit Catanaeus* 20 quos *Rittershusius* quod a 23 et haec *Aldus*[2] ut haec a parabuntur *Cellarius* parabantur a 26 utantur *Mommsenus* utatur a

XXXIIII 30 complurium *Catanaeus* complurimum a

minerimus provinciam istam et praecipue eam civitatem eius
modi factionibus esse vexatam. quodcumque nomen ex quacum-
que causa dederimus iis qui in idem contracti fuerint . . . he-
2 taeriaeque brevi fient. satius itaque est comparari ea quae ad
coercendos ignes auxilio esse possint admonerique dominos prae-
diorum ut et ipsi inhibeant, ac si res poposcerit, accursu populi
ad hoc uti.

XXXV. [XLIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Sollemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus, domine, pariter et solvimus, precati deos ut velint ea semper solvi semperque signari.

XXXVI. [XLV.]

TRAIANUS PLINIO

Et solvisse vos cum provincialibus dis immortalibus vota pro mea salute et incolumitate et nuncupasse libenter, mi Secúnde carissime, cognovi ex litteris tuis.

XXXVII. [XLVI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 In aquae ductum, domine, Nicomedenses impenderunt HS
$\overline{|XXX|}$ $\overline{CCCXXVIIII}$, qui imperfectus adhuc relictus atque etiam
destructus est: rursus in alium ductum erogata sunt $\overline{CC}$. hoc
quoque relicto novo impendio est opus, ut aquam habeant qui
2 tantam pecuniam male perdiderunt. ipse perveni ad fontem pu-
rissimum, ex quo videtur aqua debere perduci, sicut initio tem-
ptatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana civitatis et
humilia perveniat. manent adhuc paucissimi arcus: possunt et
erigi quidam lapide quadrato, qui ex superiore opere detractus
est: aliqua pars, ut mihi videtur, testaceo opere agenda erit;

---

1 eas ciuitateis eiusmodi factionibus esse uexatas a 3 fuerint. hetariae * quae breues fient a fuerint hetariae quamuis breues fient *Catanaeus* fuerint, ἑταιρίαι ἑταῖροιque breui fient *Orellius*

XXXV Votorum nuncupatio a 11 suscepimus *Gierigius* suscipimus a

XXXVI 15 diis a

XXXVII De aquaeductu Nicomedensium a 20 in aquaeductum *editio Basileensis* in aquaeductu a HS XXX . CCC . XXVIIII *spatio post* XXX *relicto* a tricies *pro* XXX *coniecit Perizonius apud Cortium* 21 relictus ac *etiam* a *relictus* et iam *Orellius* 22 CC a

id enim et facilius et vilius. sed in primis necessarium est mitti 3
a te vel aquilegem vel architectum, ne rursus eveniat quod ac-
cidit. ego illud unum adfirmo, et utilitatem operis et pulchritu-
dinem saeculo tuo esse dignissimam.

XXXVIII. [XLVII.]

TRAIANUS PLINIO

Curandum est ut aqua in Nicomedensem civitatem perducatur. 1
vere credo te ea qua debebis diligentia hoc opus adgressurum;
sed medius fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere,
quorum vitio ad hoc tempus tantam pecuniam Nicomedenses per-
diderint, ne, dum inter se gratificantur, et inchoaverint aquae
ductus et reliquerint. quidquid itaque compereris perfer in noti-
tiam meam.

XXXVIIII. [XLVIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Theatrum, domine, Nicaeae maxima iam parte constructum, 1
imperfectum tamen, sestertium, ut audio (neque enim ratio operis
excussa est), amplius centies hausit, vereor ne frustra. ingen- 2
tibus enim rimis descendit et hiat, sive in causa solum umidum
et molle, sive lapis ipse gracilis et putris. dignum est certe de-
liberatione, sitne faciendum an sit relinquendum an etiam destruen-
dum. nam fulturae ac substructiones, quibus subinde suscipitur,
non tam firmae mihi quam sumptuosae videntur. huic theatro 3
ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicae circa,
ut porticus supra caveam. quae nunc omnia differuntur cessante
eo quod ante peragendum est. iidem Nicaeenses gymnasium in- 4
cendio amissum ante adventum meum restituere coeperunt, longe
numerosius laxiusque quam fuerat, et iam aliquantum erogave-
runt, periculum est ne parum utiliter: incompositum enim et
sparsum est. praeterea architectus, sane aemulus eius a quo

---

1 vilius] utilius *coniecit Gierigius* sed in primis *G. H. Schaeferus* et imprimis a

XXXVIII 10 ad hoc opus *Catanaeus* 11 dum *I. F. Gronovius* cum a inchoauerint aquaeductus et reliquerint quid itaque compereris perfer *Catanaeus* inchoauerint, quid itaque compereris per aquaeductus, et reliquerint, fer a 12 quidquid *G. H. Schaeferus* quod *I. A. Ernestius*

XXXVIIII De theatro Nicensium a 16 Niceae a 17 operis *C. F. W. Muellerus mus. Rhen. noviss. t. XX (a. 1865) p. 156* plus a penitus *G. H. Schaeferus* prorsus *Orellius* 19 discedit *Gruterus* 21 an sit *Cellarius* aut sit a 23 '*Plinius ad Traianum in libris integris.* Huic theatro — 25 caveam' *Budaeus annot. in pand. f.* 124 ed. *Ascens.* a. 1516 26 Nicenses a

opus inchoatum est, adfirmat parietes quamquam viginti et duos
pedes latos imposita onera sustinere non posse, quia sint cae-
5 mento medii farti nec testaceo opere praecincti. Claudiopolitani
quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens bali-
neum defodiunt magis quam aedificant, et quidem ex ea pecunia
quam buleutae additi beneficio tuo aut iam obtulerunt ob in-
6 troitum aut nobis exigentibus conferunt. ergo cum timeam ne
illic publica pecunia, hic, quod est omni pecunia pretiosius,
munus tuum male collocetur, cogor petere a te non solum ob
theatrum verum etiam ob haec balinea mittas architectum dispe-
cturum, utrum sit utilius post sumptum qui factus est quoquo
modo consummare opera, ut inchoata sunt, an quae videntur
emendanda corrigere, quae transferenda transferre, ne, dum
servare volumus quod impensum est, male impendamus quod ad-
dendum est.

XL. [XLVIIII.]

TRAIANUS PLINIO

1 Quid oporteat fieri circa theatrum quod inchoatum apud Ni-
caeenses est in re praesenti optime deliberabis et constitues.
mihi sufficiet indicari cui sententiae accesseris. tunc autem a
privatis exigi opera tibi curae sit, cum theatrum, propter quod
2 illa promissa sunt, factum erit. gymnasiis indulgent Graeculi:
ideo forsitan Nicaeenses maiore animo constructionem eius ad-
gressi sunt. sed oportet illos eo contentos esse quod possit illis
3 sufficere. quid Claudiopolitanis circa balineum, quod parum, ut
scribis, idoneo loco inchoaverunt, suadendum sit tu constitues.
architecti tibi deesse non possunt. nulla provincia est quae non
peritos et ingeniosos homines habeat; modo ne existimes bre-
vius esse ab urbe mitti, cum ex Graecia etiam ad nos venire
soliti sint.

XLI. [L.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Intuenti mihi et fortunae tuae et animi magnitudinem con-
venientissimum videtur demonstrare opera non minus aeternitate

2 quia sine caemento medio farti *editio Basileensis* 6 additi *Casaubonus* addunt a addendi *G. H. Schaeferus* 7 conferent *Catanaeus*
XL 18 Nicenses a 23 Nicenses a 24 illis sufficere *Catanaeus* illi sufficere a tibi sufficere *Mommsenus* 30 soliti sint *editio Basileensis* soliti sunt a
XLI De lacu Nicomedensium Epistola. XXVII A De lacu Nicomedensium a. *item in reliquis epistulis numeros in* A *adscriptos om.* a 34 demonstrare *Catanaeus* demonstrari A

tua quam gloria digna quantumque pulchritudinis tantum utili-
tatis habitura. est in Nicomedensium finibus amplissimus lacus: 2
per hunc marmora fructus ligna materiae et sumptu modico et
labore usque ad viam navibus, inde magno labore, maiore im-
pendio vehiculis ad mare devehuntur ..... hoc opus multas ma-
nus poscit: at eae porro non desunt. nam et in agris magna
copia est hominum et maxima in civitate, certaque spes omnes
libentissime adgressuros opus omnibus fructuosum. superest ut 3
tu libratorem vel architectum, si tibi videbitur, mittas, qui di-
ligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis
huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ego per 4
eadem loca invenio fossam a rege percussam; sed incertum utrum
ad colligendum umorem circumiacentium agrorum an ad com-
mittendum flumini lacum. est enim imperfecta; hoc quoque du-
bium, intercepto rege mortalitate an desperato operis effectu.
sed hoc ipso (feres enim me ambitiosum pro tua gloria) incitor 5
et accendor ut cupiam peragi a te quae tantum coeperant reges.

XLII. [LI.]

TRAIANUS PLINIO

Potest nos sollicitare lacus iste, ut committere illum mari velimus. sed plane explorandum est diligenter ne, si dimissus in mare fuerit, totus effluat, certe quantum aquarum et unde accipiat. poteris a Calpurnio Macro petere libratorem, et ego hinc aliquem tibi peritum eius modi operum mittam.

XLIII. [LII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Requirenti mihi Byzantiorum rei publicae impendia, quae 1
maxima fecit, indicatum est, domine, legatum ad te salutandum
annis omnibus cum psephismate mitti eique dari nummorum duo-
dena milia. memor ergo propositi tui legatum quidem retinendum, 2
psephisma autem mittendum putavi, ut simul et sumptus leva-

---

1 tua *delevit Beroaldus* 3 modico *Catanaeus*[2] immodico A 5 deuehuntur. Hoc opus A deuehuntur. Hoc opus sed a deuehuntur sed hoc opus *Catanaeus*[2]. '*videtur aliquid excidisse, v. c.* Itaque mari committere cupiunt' *I. A. Ernestius* 6 at heae A at hae a porro] pro re *I. F. Gronovius* 15 operis effectu a operi affectu A

XLII 21 demissus *Catanaeus* immissus a 23 Calpurnio a Calphurnio A *fortasse* aut ego

XLIII De Bizantiorum impendiis .XXVIII. A 28 facit *Catanaeus* salutandum a salutandi A

3 retur et impleretur publicum officium. eidem civitati imputata sunt terna milia, quae viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum qui Moesiae praeest publice salutandum. haec ego
4 in posterum circumcidenda existimavi. te, domine, rogo ut quid sentias rescribendo aut consilium meum confirmare aut errorem emendare digneris.

XLIIII. [LIII.]

TRAIANUS PLINIO

Optime fecisti, Secunde carissime, duodena ista Byzantiis quae ad salutandum me in legatum impendebantur remittendo. perpetuo . . . his partibus, etsi solum psephisma per te missum fuerit. ignoscet illis et Moesiae praeses, si minus illum sumptuose coluerint.

XLV. [LIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Diplomata, domine, quorum dies praeteriit an omnino observari et quam diu velis rogo scribas meque haesitatione liberes. vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus aut inlicita confirmem aut necessaria impediam.

XLVI. [LV.]

TRAIANUS PLINIO

Diplomata quorum praeteritus est dies non debent esse in usu: ideo inter prima iniungo mihi ut per omnes provincias ante mittam nova diplomata, quam desiderari possint.

XLVII. [LVI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI.

1 Cum vellem, domine, Apameae cognoscere publicos debitores et reditum et impendia, responsum est mihi cupere quidem universos ut a me rationes coloniae legerentur, numquam tamen

---

3 Maesie A Haec ego a Nec ego A
XLIIII 11 perpetuo his partibus A fungetur his partibus a perpetuo providebo his partibus *Orellius* solum eorum psephisma a 12 Maesiae A
XLV De Diplomatibus .XXIX. A 16 praeteriit an omnino *Orellius* praeterita omnino A praeterita an omnino *Catanaeus*[2]
XLVI 22 in usu esse non debent a
XLVII De priuilegio Apamenorum A De priuilegio Apamaeorum a 27 Apameae domine a 28 redditum A 29 rationes *Beroaldus* a stationes A

esse lectas ab ullo proconsulum, habuisse privilegium et vetustis-
simum morem arbitrio suo rem publicam administrare. exegi ut 2
quae dicebant quaeque recitabant libello complecterentur, quem
tibi qualem acceperam misi, quamvis intellegerem pleraque ex
illo ad id de quo quaeritur non pertinere. te rogo ut mihi prae- 3
cipere digneris, quid me putes observare debere. vereor enim
ne aut excessisse aut non implesse officii mei partes videar.

XLVIII. [LVII.]

TRAIANUS PLINIO

Libellus Apamenorum, quem epistulae tuae iunxeras, remisit 1
mihi necessitatem perpendendi qualia essent, propter quae videri
volunt eos qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt ab-
stinuisse inspectatione rationum suarum, cum ipse ut eas inspi-
ceres non recusaverint. remuneranda est igitur probitas eorum, 2
ut iam nunc sciant hoc quod inspecturus es ex mea voluntate
salvis quae habent privilegiis esse facturum.

XLVIIII. [LVIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Ante adventum meum, domine, Nicomedenses priori foro 1
novum adicere coeperunt, cuius in angulo est aedes vetustissima
Matris Magnae aut reficienda aut transferenda; ob hoc praecipue,
quod est multo depressior opere eo quod cum maxime surgit.
ego cum quaererem, num esset aliqua lex dicta templo, cognovi 2
alium hic, alium apud nos esse morem dedicationis. dispice ergo,
domine, an putes aedem cui nulla lex dicta est salva religione
posse transferri. alioqui commodissimum est, si religio non impedit.

L. [LVIIII.]

TRAIANUS PLINIO

Potes, mi Secunde carissime, sine sollicitudine religionis,
si loci positio videtur hoc desiderare, aedem Matris deum trans-
ferre in eam quae est accommodatior; nec te moveat quod lex

---

5 ad id *Catanaeus* addi A praecipere] praeire a

XLVIII 10 libellum Apamaeorum a iunxeras a iiunxeras A 11 necessitatem perpendendi *Catanaeus*[2] necessitaten. Perpendi A 13 cum ipse (ut eas inspiceres) non recusauerim A cum ipsum te ut eas inspiceres non recusauerint a 16 futurum *Orellius*

XLVIIII De religioso templo transferendo . XXXI . A 22 quod cum maxime *Gruterus* quo cum maxime a quod nunc maxime A 23 ego *Catanaeus* ergo A dicta a dicata A

dedicationis nulla reperitur, cum solum peregrinae civitatis capax non sit dedicationis quae fit nostro iure.

LI. [XII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Difficile est, domine, exprimere verbis, quantam perceperim laetitiam, quod et mihi et socrui meae praestitisti ut adfinem
2 eius Caelium Clementem in hanc provinciam transferres. ex illo enim [et] mensuram beneficii tui penitus intellego, cum tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar, cui referre gratiam parem ne audeo quidem, quamvis maxime possim. itaque ad vota confugio deosque precor ut iis quae in me adsidue confers non indignus existimer.

LII. [LX.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Diem, domine, quo servasti imperium, dum suscipis, quanta mereris laetitia celebravimus, precati deos ut te generi humano, cuius tutela et securitas saluti tuae innisa est, incolumem florentemque praestarent. praeivimus et commilitonibus ius iurandum more sollemni, eadem provincialibus certante pietate iurantibus.

LIII. [LXI.]

TRAIANUS PLINIO

Quanta religione et laetitia commilitones cum provincialibus te praeeunte diem imperii mei celebraverint, libenter, mi Secunde carissime, cognovi litteris tuis.

LIIII. [LXII.)

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Pecuniae publicae, domine, providentia tua et ministerio nostro et iam exactae sunt et exiguntur; quae vereor ne otiosae

---

LI Gratias agentis . XXXII . A Agit gratias a 6 adfinem eius *Beroaldus* ad finem eius A ad finem consulatus *Catanaeus* 7 coelium claementem A Coelium Clementem a 8 et *om.* a 10 ne audeo quidem *I. F. Gronovius* nec audeo quidem A quamuis Maximo possum a quamuis maxime debeam *Catanaeus*

LII Ob diem imperii . XXXIII . A 16 te *om.* a 17 innisa a innixa *Beroaldus* immissa A 18 praeiimus a praebuimus A 19 more solenni praestantibus et prouincialibus, qui eadem certarunt pietate, iurantibus a certante *Mommsenus* certant A certatim *Beroaldus: cf. ep.* 100

LIII 22 et] ac a 24 cognoui a agnoui A

LIIII De pecunia fenoris . XXXIIII . A De pecunia foenebri a 28 *otiosae* a *ociose* A

iaceant. nam et praediorum comparandorum aut nulla aut ra-
rissima occasio est, nec inveniuntur qui velint debere rei publi-
cae, praesertim duodenis assibus, quanti a privatis mutuantur.
dispice ergo, domine, numquid minuendam usuram ac per hoc 2
idoneos debitores invitandos putes, et si ne sic *quidem* reperi-
untur, distribuendam inter decuriones pecuniam, ita ut recte
rei publicae caveant; quod quamquam invitis et recusantibus
minus acerbum erit leviore usura constituta.

LV. [LXIII.]

TRAIANUS PLINIO

Et ipse non aliud remedium dispicio, mi Secunde carissime, quam ut quantitas usurarum minuatur, quo facilius pecuniae publicae collocentur. modum eius ex copia eorum qui mutuabuntur tu constitues. invitos ad accipiendum compellere, quod fortassis ipsis otiosum futurum sit, non est ex iustitia nostrorum temporum.

LVI. [LXIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Summas, domine, gratias ago, quod inter maximas occupa- 1
tiones *in* iis de quibus te consului me quoque regere dignatus
es: quod nunc quoque facias rogo. adiit enim me quidam in- 2
dicavitque adversarios suos a Servilio Calvo, clarissimo viro, in
triennium relegatos in provincia morari: illi contra ab eodem se
restitutos adfirmaverunt edictumque recitaverunt. qua *ex* causa
necessarium credidi rem integram ad te referre. nam sicut man- 3
datis tuis cautum est ne restituam ab alio aut a me relegatos,
ita de iis quos alius et relegaverit et restituerit nihil compre-
hensum est. ideo tu, domine, consulendus fuisti quid observare
me velles, tam hercule quam de iis qui in perpetuum relegati
nec restituti in provincia deprehenduntur. nam haec quoque spe- 4
cies incidit in cognitionem meam. est enim adductus ad me in
perpetuum relegatus *a* Iulio Basso proconsule. ego, quia sciebam

---

3 duodenis assibus *deleri voluit I. A. Ernestius*, usuris assibus *Salmasius et I. F. Gronovius de centes. usur. p. 488. 555. 622 ed. Lugd. a. 1691* mutuantur *Beroaldus* a muniantur A 5 ne sic quidem *Catanaeus*[2] ne sic A nec sic *Orellius* 6 distribuendam *Catanaeus* a distribuendum A

LV 12 quo facilius *Beroaldus* a qui facilius A 13 mutuabuntur a mutabuntur A 15 otiosum] onerosum *Beroaldus*

LVI Consultatio super restitutione exulis . XXXV . A 18 quod a qui A 19 in iis *I. A. Ernestius:* in *om.* A 23 qua causa A 26 quos a equos A 28 tam Hercule de his quam de illis qui a de his A 31 a Iulio *Catanaeus* a: a *om.* A

acta Bassi rescissa datumque a senatu ius omnibus de quibus
ille aliquid constituisset ex integro agendi, dumtaxat per bien-
nium, interrogavi hunc quem relegaverat, an adisset docuisset-
5 que proconsulem: *negavit.* per quod effectum est ut te consu-
lerem, reddendum eum poenae suae an gravius aliquid et quid
potissimum constituendum putares et in hunc et in eos, siqui
forte in simili condicione invenirentur. decretum Calvi et edictum,
item decretum Bassi his litteris subieci.

LVII. [LXV.]

TRAIANUS PLINIO

1 Quid in persona eorum statuendum sit, qui a P. Servilio
Calvo proconsule in triennium relegati et mox eiusdem edicto
restituti in provincia remanserunt, proxime tibi rescribam, cum
2 causas eius facti a Calvo requisiero. qui a Iulio Basso in per-
petuum relegatus est, cum per biennium agendi facultatem ha-
buerit, si existimabat se iniuria relegatum, neque id fecerit at-
que in provincia morari perseverarit, vinctus mitti ad praefectos
praetorii mei debet. neque enim sufficit eum poenae suae resti-
tui, quam contumacia elusit.

LVIII. [LXVI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Cum citarem iudices, domine, conventum inchoaturus, Fla-
2 vius Archippus vocationem petere coepit ut philosophus. fuerunt
qui dicerent non liberandum eum iudicandi necessitate, sed om-
nino tollendum de iudicum numero reddendumque poenae, quam
3 fractis vinculis evasisset. recitata est sententia Veli Pauli pro-
consulis, qua probabatur Archippus crimine falsi damnatus in
metallum. ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret; ad-
legabat tamen pro restitutione et libellum a se Domitiano datum
et epistulas eius ad honorem suum pertinentes *et* decretum Pru-
sensium. addebat his et tuas litteras scriptas sibi, addebat et

---

1 datumque a dictumque A 3 adiisset A 4 negauit *om.* A, *add. Catanaeus* 5 an reddendum *Catanaeus*[2]

LVII *Epistulam cum superiore coniunctam habet* A, *separatim positam et Traiano inscriptam* a 11 in personam a 14 eius] huius a 16 existimabat *Catanaeus*[2] existimat A 17 perseuerauerit a 19 quam *Beroaldus* quem A

LVIII De Archippo philosopho a 23 uacationem a 24 non modo liberandum a non modo non liberandum *Catanaeus* 26 Velii A 30 et decretum *Catanaeus* a: et *om.* A

patris tui edictum et epistulam, quibus confirmasset beneficia a
Domitiano data. itaque, quamvis eidem talia crimina applica- 4
rentur, nihil decernendum putavi, donec *te* consulerem de eo
quod mihi constitutione tua dignum videbatur. ea quae sunt
utrimque recitata his litteris subieci.

EPISTULA DOMITIANI AD TERENTIUM MAXIMUM

Flavius Archippus philosophus impetravit a me ut agrum † 5
ei adderem circa Prusiadam, patriam suam, tam uberem, cuius
reditu suos alere posset. quod ei praestari volo. summam ex-
pensam liberalitati meae feres.

EIUSDEM AD L. APPIUM MAXIMUM

Archippum philosophum, bonum virum et professioni suae 6
etiam moribus respondentem, commendatum habeas velim, mi
Maxime, et plenam ei humanitatem tuam praestes in iis quae
verecunde a te desideraverit.

EDICTUM DIVI NERVAE

Quaedam sine dubio, Quirites, ipsa felicitas temporum edicit, 7
nec spectandus est in iis bonus princeps, quibus illum intellegi
satis est, cum hoc sibi civium meorum spondere possit vel non
admonita persuasio, me securitatem omnium quieti meae prae-
tulisse, ut et nova beneficia conferrem et ante me concessa ser-
varem. ne tamen aliquam gaudiis publicis adferat haesitationem 8
vel eorum qui impetraverunt diffidentia vel eius memoria qui
praestitit, necessarium pariter credidi ac laetum obviam dubi-
tantibus indulgentiam meam mittere. nolo existimet quisquam, 9
quod alio principe vel privatim vel publice consecutus *sit*, ideo

---

1 patris tui *Beroaldus* a patris sui A 3 te consulerem a: te *om.* A 6 Epistola Domitiani ad Terentium maximum. XXXVII. A 7 agrum ei . DC . circa Prusiadam patriam suam emi iuberem cuius a 8 Prusiam *Catanaeus* Prusiadem *vulgo ex coniectura Cellarii* 9 redditu suos *Beroaldus* a redditus uos A praestari a praestar̄ A 11 Eiusdem ad . L . Appium maximum . XXXVIII . A 12 professione sua *Catanaeus* a 13 moribus *Rittershusius* maioribus A 16 Edictum diui Neruae . XXXIX . A 18 nec exspectandus *Vonckius obss. misc. c. 15 p. 91* quibus illum intelligi satis est *Beroaldus* quibus illum intelligis satis est A qui pusillum intelligit satis est a 19 cum hoc sibi quisque ciuium meorum spondere possit, me securitatem omnium, quieti meae praetulisse, uel libenter noua beneficia conferre, et ante me concessa seruare, dum ne tamen a 21 ut et] tu tot A ut tot *Beroaldus* ut et tot *Orellius* conferrem *Beroaldus* conferre A 26 consecutus sit *Orellius:* sit *om.* A

saltem a me rescindi; ut potius mihi debeat. sint rata et certa, nec gratulatio ullius instauratis egeat precibus, quem fortuna imperii vultu meliore respexit. me novis beneficiis vacare patiantur et ea demum sciant roganda esse quae non habent.

EPISTULA EIUSDEM AD TULLIUM IUSTUM

10 Cum rerum omnium ordinatio quae prioribus temporibus inchoatae consummatae sunt observanda sit, tum epistulis etiam Domitiani standum est.

LVIIII. [LXVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Flavius Archippus per salutem tuam aeternitatemque petit a me ut libellum quem mihi dedit mitterem tibi. quod ego sic roganti praestandum putavi, ita tamen ut missurum me notum accusatrici eius facerem, a qua et ipsa acceptum libellum his epistulis iunxi, quo facilius velut audita utraque parte dispiceres quid statuendum putares.

LX. [LXVIII.]

TRAIANUS PLINIO

Potuit quidem ignorasse Domitianus, in quo statu esset Archippus, cum tam multa ad honorem eius pertinentia scriberet. sed meae naturae accommodatius est credere etiam statui eius subventum interventu principis, praesertim cum etiam statuarum ei honor totiens decretus sit ab iis qui *non* ignorabant, quid de illo Paulus proconsul pronuntiasset. quae tamen, mi Secunde carissime, non eo pertinent ut, siquid illi novi criminis obicitur, minus de eo audiendum putes. libellos Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi, quos alteri epistulae tuae iunxeras, legi.

---

1 rescindi *Catanaeus* a rescindit A sint rata et certa nec *Beroaldus* si ingrata et certa nec A si enim grata et certa nec a si illa rata et certa fecero nec *Catanaeus*[2] 2 egeat *Beroaldus* eget A precibus, Nec, qui non habent, me quem fortuna imperii uultu meliore respexit, nouis a 4 et] sed a 5 Epistola eiusdem ad Tullium Iustum .XXXX. A 7 consumataeque sunt a
LVIIII De eodem Archippo .XLI. A
LX 23 qui non ignorabant *I. A. Ernestius* qui ignorabant A 27 iunxeras *Beroaldus* a iniunxeras A

LXI. [LXVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Tu quidem, domine, providentissime vereris ne commissus 1 flumini atque ita mari lacus effluat. sed ego in re praesenti invenisse videor quem ad modum huic periculo occurrerem. potest 2 enim lacus fossa usque ad flumen adduci nec tamen in flumen emitti, sed relicto quasi margine contineri pariter et dirimi. sic consequemur ut nec vacuari videatur flumini mixtus et sit perinde ac si misceatur. erit enim facile per illam brevissimam terram quae interiacebit advecta fossa onera transponere in flumen. quod ita fiet, si necessitas coget, et, spero, non coget. 3 est enim et lacus ipse satis altus et nunc in contrariam partem flumen emittit, quod interclusum inde et quo volumus aversum sine ullo detrimento lacus tantum aquae, quantum nunc portat, effundet. praeterea per id spatium, per quod fossa facienda est, incidunt rivi, qui si diligenter colligantur, augebunt illud quod lacus dederit. enimvero si placeat fossam longius ducere et artius 4 pressam mari aequare nec in flumen sed in ipsum mare emittere, repercussus maris servabit et reprimet, quidquid e lacu veniet. quorum si nihil nobis loci natura praestaret, expeditum tamen erat cataractis aquae cursum temperare. verum et haec et alia 5 multo sagacius conquiret explorabitque librator, quem plane, domine, debes mittere, ut polliceris. est enim res digna et magnitudine tua et cura. ego interim Calpurnio Macro, clarissimo viro, auctore te scripsi ut libratorem quam maxime idoneum mitteret.

LXII. [LXX.]

TRAIANUS PLINIO

Manifestum, mi Secunde carissime, nec prudentiam nec diligentiam tibi defuisse circa istum lacum, cum tam multa provisa habeas, per quae nec periclitetur exhauriri et magis in usu nobis

---

XLI De lacu Nicomedensium . XLII . A 4 praesenti *Beroaldus* a praestanti A 5 periculo a cuniculo A 7 sic consequemur *Catanaeus* a si consequemur A 8 vacuari] uacuo A uicino *Catanaeus* 14 ullo *editio Basileensis* ullius A lacui — affundet *I. F. Gronovius* 15 effundet *Catanaeus* a effundit A facienda *Beroaldus* a fienda A 16 colliguntur *Beroaldus* 17 dein vero *Mommsenus* 21 cataractis a cataratis A 24 Calpurnio a Calphurnio A

LXII 29 manifestum est mi a 31 habeat a in usu *Catanaeus* in usus A

futurus sit. elige igitur id quod praecipue res ipsa suaserit. Calpurnium Macrum credo facturum ut te libratore instruat, neque provinciae istae his artificibus carent.

LXIII. [XIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Scripsit mihi, domine, Lycormas, libertus tuus, ut, siqua legatio a Bosporo venisset urbem petitura, usque in adventum suum retineretur. et legatio quidem, dumtaxat in eam civitatem in qua ipse sum, nulla adhuc venit; sed venit tabellarius Sauromatae regis, quem ego usus opportunitate, quam mihi casus obtulerat, cum tabellario, qui Lycormam ex itinere praecessit, mittendum putavi, ut posses et Lycormae et regis epistulis pariter cognoscere quae fortasse pariter scire deberes.

LXIIII. [XIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Rex Sauromates scripsit mihi esse quaedam quae deberes quam maturissime scire. qua ex causa festinationem tabellarii, quem ad te cum epistulis misit, diplomate adiuvi.

LXV. [LXXI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Magna, domine, et ad totam provinciam pertinens quaestio
2 est de condicione et alimentis eorum quos vocant θρεπτούς. in qua ego auditis constitutionibus principum, quia nihil inveniebam aut proprium aut universale quod ad Bithynos referretur, consulendum te existimavi, quid observari velles, neque putavi posse me in eo quod auctoritatem tuam posceret exemplo esse conten-

1 elige *Gruterus* elice A Calpurnium a Calphurnium A 2 neque enim *vulgo*
LXIII De Tabellario Regis Sauromatae . XLIII . A 6 Lycormas a Lycorinas A 7 Bosphoro A 8 et] sed a 9 sed uenit a sed ueniet A Sauromatae regis quem ego *Arnoldus Schaeferus de nonnull. loc. Cic. Plin. Front.* (*Dresd. a. 1844*) *p. 8* sauromata cuius ego A Sauromata quem ego a 11 Lycormam a lycorinam A 12 ut possis ex lycorinae et regis A ut possis ex Lycormae et ex regis a ut posses ex Lycormae et ex regis *I. A. Ernestius* 13 debes *Catanaeus*[2]
LXIIII Diploma commodasse . XLIIII . A '*non puto hanc esse epistolam peculiarem, sed partem superioris*' *Gierigius*
LXV De adfectione ingenuorum qui seruis educati sunt . XLV . A De adsertione ingenuorum, qui pro seruis educati sunt a 22 θρεπτούς a ἐκθετους *Catanaeus, in lacuna om.* A 24 ferretur A feretur a 25 neque enim putaui a 26 exemplo *Beroaldus* exemplum A exemplis a

tum. recitabatur autem apud me edictum quod dicebatur divi 3
Augusti ad Anniam pertinens; recitatae et epistulae divi Vespasiani ad Lacedaemonios et divi Titi ad eosdem [Achaeos] et Domitiani ad Avidium Nigrinum et Armenium Brocchum proconsules, item ad Lacedaemonios. quae ideo tibi non misi, quia et parum emendata et quaedam non certae fidei videbantur, et quia vera et emendata in scriniis tuis esse credebam.

LXVI. [LXXII.]

TRAIANUS PLINIO

Quaestio ista quae pertinet ad eos qui liberi nati expositi, 1
deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt saepe tractata est, nec quicquam invenitur in commentariis eorum principum qui ante me fuerunt, quod ad omnes provincias sit
constitutum. epistulae sane sunt Domitiani ad Avidium Nigrinum 2
et Armenium Brocchum, quae fortasse debeant observari, sed inter eas provincias de quibus rescripsit † inter quas est Bithynia. et ideo nec adsertionem denegandam iis qui ex eius modi causa in libertatem vindicabuntur puto neque ipsam libertatem redimendam pretio alimentorum.

LXVII. [XV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Legato Sauromatae regis, cum sua sponte Nicaeae, ubi me 1
invenerat, biduo substitisset, longiorem moram faciendam, domine, non putavi; primum quod incertum adhuc erat, quando libertus tuus Lycormas venturus esset, deinde quod ipse proficiscebar in diversam provinciae partem ita officii necessitate
exigente. haec in notitiam tuam perferenda existimavi, quia pro- 2
xime scripseram petisse Lycormam ut legationem, siqua venisset a Bosporo, usque in adventum suum retinerem. quod diutius

---

1 '*Huiusmodi scriniorum exemplum est apud Plinium in epistolis ad Traianum his verbis.* Recitabatur — 7 credebam' *Budaeus annot. in pand. f.* 74* *ed. Ascens. a. 1516* 2 Vespasiani a Vespesiani A 3 ad eosdem acheos A ad eosdem dein ad Achaeos a ad eosdem et Achaeos *Budaeus* 4 Brocchum a broccum A 5 item ad Lacedaemonios *om. Budaeus* 6 parum emendata *Budaeus* parum emendatae A

LXVI 15 debebant a *fortasse* sed intra eas provincias de quibus rescripsit, inter quas non est Bithynia 16 rescripsit non est Bithynia a rescripsit intermissa est Bithynia *Orellius* rescripsit praeterita est Bithynia *Mommsenus* 17 adsertionem a adfertionem A iis a his A

LXVII De legato Regis .XLVI. A 22 Niceae A 25 Lycormas a lycorinas A 28 petiisse A Lycormam a lycorinam A 29 Bosphoro A

faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, praesertim cum epistulae Lycormae, quas detinere, ut ante praedixi, nolui, aliquot diebus hunc legatum antecessurae viderentur.

LXVIII. [LXXIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Petentibus quibusdam ut sibi reliquias suorum aut propter iniuriam vetustatis aut propter fluminis incursum aliaque his similia quaecumque secundum exemplum proconsulum transferre permitterem, quia sciebam in urbe nostra ex eius modi causa collegium pontificum adiri solere, te, domine, maximum pontificem consulendum putavi, quid observare me velis.

LXVIIII. [LXXIV.]

TRAIANUS PLINIO

Durum est iniungere necessitatem provincialibus pontificum adeundorum, si reliquias suorum propter aliquas iustas causas transferre ex loco in alium locum velint. sequenda ergo potius tibi exempla sunt eorum qui isti provinciae praefuerunt: ex causa cuique ita aut permittendum aut negandum.

LXX. [LXXV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Quaerenti mihi, domine, Prusae, ubi posset balineum quod indulsisti fieri, placuit locus in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis. per hoc enim consequemur ut foedissima facies civitatis ornetur atque etiam ut ipsa civitas amplietur nec ulla aedificia tollantur, sed quae sunt ve-
2 tustate sublapsa relaxentur in melius. est autem huius domus condicio talis: legaverat eam Claudius Polyaenus Claudio Caesari iussitque in peristylio templum ei fieri, reliqua [ex domo] locari. ex ea reditum aliquandiu civitas percepit: deinde paulatim partim spoliata partim neglecta cum peristylio domus tota collapsa est, ac iam paene nihil ex ea nisi solum superest; quod tu, domine,

---

2 Lycormae a lycorinae A 3 hunc a huic A
LXVIII De reliquiis sepultorum transferendis . XLVII . A 9 caussis a 11 obseruare a conseruare A
LXVIIII 17 praefuerunt *Beroaldus* a profuerunt A et ex causa *Catanaeus* . *fortasse* et ut causa cuique ita *vel* et causa cuiusque quaesita
LXX De loco Balinei prusensibus concedendo . XLVIII . A 26 relaxentur] reparentur a 27 Polyaenus a poliaenus A 28 iusseratque *Catanaeus* 29 ex ea redditum A ex quo redditum a

sive donaveris civitati sive venire iusseris, propter opportunitatem loci pro summo munere accipiet. ego, si permiseris, cogito 3 in area vacua balineum collocare, eum autem locum in quo aedificia fuerunt exedra et porticibus amplecti atque tibi consecrare, cuius beneficio elegans opus dignumque nomine tuo fiet. exemplar testamenti, quamquam mendosum, misi tibi; ex quo 4 cognosces multa Polyaenum in eiusdem domus ornatum reliquisse, quae ut domus ipsa perierunt, a me tamen, in quantum potuerit, requirentur.

LXXI. [LXXVI.]

TRAIANUS PLINIO

Possumus apud Prusenses area ista cum domo collapsa, quam vacare scribis, *ad* extructionem balinei uti. illud tamen parum expressisti, an aedes in peristylio Claudio facta esset. nam si facta est, licet collapsa sit, religio eius occupavit solum.

LXXII. [LXXVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Postulantibus quibusdam ut de agnoscendis liberis restituendisque natalibus et secundum epistulam Domitiani scriptam Minicio Rufo et secundum exempla proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad senatus consultum pertinens ad eadem genera causarum, quod de iis tantum provinciis loquitur, quibus proconsules praesunt; ideoque rem integram distuli, dum *tu*, domine, praeceperis, quid observare me velis.

---

2 accipiet: ego *Catanaeus* accipi: et ego A 3 Eum autem a cum autem A 4 atque tibi a quae tibi A tibique *Catanaeus* 6 exemplar *Catanaeus* a exempla A 7 Polyaenum a poliaenum A eiusdem a eundem A

LXXI 12 Permittimus apud Prusenses in area ista cum domo collapsa, quam uacare scribis, exstructionem balinei. tu illud *Beroaldus* domu A 13 scribis ad extructionem balinei uti *Catanaeus* a scribis extructionem balinei: ut A 14 si facta est] si facta aedes esset a

LXXII De adsertione ingenuorum .XLIX. A 18 '*Plinius ad Traianum.* Postulantibus — 21 causarum' *Budaeus annot. in pand. f.* 46* *ed. Ascens. a. 1516* agnoscendis *Budaeus* a cognoscendis A 19 Minicio Rufo a Minicio Ruffo A Minutio ruffo *Budaeus* 22 de his A 23 dum tu domine *Catanaeus:* tu *om.* A

LXXIII. [LXXVIII.]

TRAIANUS PLINIO

Si mihi senatus consultum miseris, quod haesitationem tibi fecit, aestimabo, an debeas cognoscere de agnoscendis liberis et natalibus suis restituendis.

LXXIIII. [XVI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Appuleius, domine, miles, qui est in statione Nicomedensi,
scripsit mihi quendam nomine Callidromum, cum detineretur a
Maximo et Dionysio pistoribus, quibus operas suas locaverat,
confugisse ad tuam statuam perductumque ad magistratus indi-
casse servisse aliquando Laberio Maximo captumque a Susago
in Moesia et a Decibalo muneri missum Pacoro, Parthiae regi,
pluribusque annis in ministerio eius fuisse, deinde fugisse atque
2 ita in Nicomediam pervenisse. quem ego perductum ad me, cum
eadem narrasset, mittendum ad te putavi; quod paulo tardius
feci, dum requiro gemmam, quam sibi habentem imaginem Pa-
3 cori et quibus ornatus fuisset subtractam indicabat. volui enim
hanc quoque, si inveniri potuisset, simul mittere, sicut glebu-
lam misi, quam se ex Parthico metallo attulisse dicebat. signata
est anulo meo, cuius est aposphragisma quadriga.

LXXV. [LXXVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Iulius, domine, Largus ex Ponto nondum mihi visus ac ne
auditus quidem (scilicet iudicio tuo credidit) dispensationem quan-
2 dam mihi erga te pietatis suae ministeriumque mandavit. rogavit
enim testamento ut hereditatem suam adirem cerneremque ac
deinde praeceptis quinquaginta milibus nummum reliquum omne
Heracleotarum et Tianorum civitatibus redderem, ita ut esset

LXXIII 3 haesitationem *Beroaldus* a haesitatione A 5 suis a ueris A

LXXIIII De Callidromo Laberio (Laberii a) Maximi fugitiuo .L. A 8 Apuleius A 12 Valerio Maximo *L. Carrio emend. I 7* 18 et quibus insignibus ornatus fuisset *Catanaeus* et cuius ornatus fuisset *Orellius* cum aliis quibus ornatus fuisset *Mommsenus* 21 aposphragisma a aposphargisma A

LXXV De testamento Largi .LI. A 24 nondum] numquam *Orellius* 25 scilicet iudicio tuo credidit *Beroaldus* scilicet iudicio tuo credit A sed iudicio tuo credens *Catanaeus* 28 praeceptis *Thomasius* perceptis A 29 Tianorum *editio Basileensis* theanorum A

arbitrii mei, utrum opera facienda quae honori tuo consecrarentur putarem, an instituendos quinquennales agonas qui Traiani appellarentur. quod in notitiam tuam perferendum existimavi ob hoc maxime, ut dispiceres quid eligere debeam.

LXXVI. [LXXX.]

TRAIANUS PLINIO

Iulius Largus fidem tuam, quasi te bene nosset, elegit. quid ergo potissimum ad perpetuitatem memoriae eius faciat secundum cuiusque loci condicionem ipse dispice, et quod potissimum existimaveris, id sequere.

LXXVII. [LXXXI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Providentissime, domine, fecisti quod praecepisti Calpurnio 1
Macro, clarissimo viro, ut legionarium centurionem Byzantium
mitteret. dispice an etiam Iuliopolitanis simili ratione consulen- 2
dum putes, quorum civitas, cum sit perexigua, onera maxima
sustinet tantoque graviores iniurias, quanto et infirmior, patitur.
quidquid autem Iuliopolitanis praestiteris, id etiam toti provin- 3
ciae proderit. sunt enim in capite Bithyniae plurimisque per
eam commeantibus transitum praebent.

LXXVIII. [LXXXII.]

TRAIANUS PLINIO

Ea condicio est civitatis Byzantiorum confluente undique in 1
eam commeantium turba, ut secundum consuetudinem praecedentium temporum honoribus eius praesidio centurionis legionarii
consulendum habuerimus. *si* Iuliopolitanis succurrendum eodem
modo putaverimus, onerabimus nos exemplo. plures enim, et 2

---

2 qui Traiani *Beroaldus* a quae Traiani A 3 appellarentur *Catanaeus* appellantur A appellentur *Beroaldus* a 4 dispiceres a despiceres A

LXXVI 9 et quod potissimum *Orellius* et quid potissimum A et quod optimum a 10 id sequere *Rivinus* insequere A sequere *Casaubonus* inquire *Catanaeus*

LXXVII De Centurione Iuliopolim mittendo .LII. A 13 Calpurnio a Calphurnio A 15 mitteret *Beroaldus* a mitteretur A dispice an etiam *Catanaeus*[2] dispice etiam *Beroaldus* dispiciebam etiam A ut dispicias an etiam a 17 quanto est infirmior a 19 sunt *Beroaldus* a suum A

LXXVIII 23 in eam *Catanaeus* a in ea A 26 si Iuliopolitanis *Catanaeus*[2]: si *om.* A 27 plures enim tanto magis eadem requirent, quanto infirmiores erunt. tibi eam fiduciam diligentiae habeo a

quanto infirmiores erunt, idem .... fiduciam diligentiae *tuae*
habeo, ut credam te omni ratione id acturum ne sint obnoxii
3 iniuriis. siqui autem se contra disciplinam meam gesserint, sta-
tim coerceantur; aut si plus admiserint, quam ut in re prae-
senti satis puniantur, si milites erunt, legatis eorum quod de-
prehenderis notum facies; aut si in urbem versus venturi erunt,
mihi scribes.

LXXVIIII. [LXXXIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Cautum est, domine, Pompeia lege, quae Bithynis data est,
ne quis capiat magistratum neve sit in senatu minor annorum
triginta. eadem lege comprehensum est ut qui ceperint magistra-
2 tum sint in senatu. secutum est dein edictum divi Augusti, quo
permisit minores magistratus ab annis duobus et viginti capere.
3 quaeritur ergo, an qui minor triginta annorum gessit magistra-
tum possit a censoribus in senatum legi, et si potest, an ii quo-
que qui non gesserint possint per eandem interpretationem ab
ea aetate senatores legi, a qua illis magistratum gerere permis-
sum est; quod alioqui factitatum adhuc et esse necessarium di-
citur, quia sit aliquanto melius honestorum hominum liberos quam
4 e plebe in curiam admitti. ego a destinatis censoribus quid sen-
tirem interrogatus, eos quidem qui minores triginta annis ges-
sissent magistratum putabam posse in senatum et secundum
edictum Augusti et secundum legem Pompeiam legi, quoniam
Augustus gerere magistratus minoribus annis triginta permisisset,
5 lex senatorem esse voluisset qui gessisset magistratum. de iis
autem qui non gessissent, quamvis essent aetatis eiusdem cuius
illi quibus gerere permissum est, haesitabam; per quod effectum
est ut te, domine, consulerem quid observari velles. capita legis,
tum edictum Augusti litteris subieci.

---

1 idem fiduciam A idem petent. fiduciam *Beroaldus* fiduciam eam *Orellius* diligentiae tuae *Catanaeus:* tuae *om.* A 3 gesserint *Catanaeus* a gesserit A 4 admiserint *Catanaeus* a amiserint A in re praesenti sit satis a 5 quod (*vel* quos) deprehenderis notum facies *Rittershusius* quae depraehenderis notum facies A quae depraehenderis nota facies *Catanaeus*

LXXVIIII De magistratibus prouincialium . LIII . A 12 ceperint a coeperint A 15 gessit magistratus A 16 a censoribus *Beroaldus* a: a *om.* A an ex iis qui quoque non gesserint possit quis per a ii] hi A 18 senatores *Beroaldus* senator A 21 a destinatis *Beroaldus* a adest natis A 22 quidem a quidam A 26 de his A 29 consulerem a consuerem A

LXXX. [LXXXIIII.]

TRAIANUS PLINIO

Interpretationi tuae, mi Secunde carissime . . . ut existimo hactenus edicto divi Augusti novatam esse legem Pompeiam, ut magistratum quidem capere possent ii qui non minores duorum et viginti annorum essent, et qui cepissent, in senatum cuiusque civitatis pervenirent. ceterum non capto magistratu eos qui minores triginta annorum sint, quia magistratum capere possint, in curiam etiam loci cuiusque non existimo legi posse.

LXXXI. [LXXXV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Cum Prusae ad Olympum, domine, publicis negotiis intra 1
hospitium eodem die exiturus vacarem, Asclepiades magistratus
indicavit appellatum me a Claudio Eumolpo. cum Cocceianus
Dion in bule adsignari civitati opus cuius curam egerat vellet,
tum Eumolpus adsistente Flavio Archippo dixit exigendam esse
a Dione rationem operis, ante quam rei publicae traderetur, quod
aliter fecisset ac debuisset. adiecit etiam esse in eodem positam 2
tuam statuam et corpora sepultorum, uxoris Dionis et filii, po-
stulavitque ut cognoscerem pro tribunali. quod cum ego me pro- 3
tinus facturum dilaturumque profectionem dixissem, ut longiorem
diem ad instruendam causam darem utque in alia civitate co-
gnoscerem petiit. ego me auditurum Nicaeae respondi. ubi *cum* 4
consedissem cogniturus, idem Eumolpus tamquam [si] adhuc
parum instructus dilationem petere coepit: contra Dion ut au-
diretur exigere. dicta sunt utrimque multa, etiam de causa. ego 5
cum dandam dilationem et consulendum *te* existimarem in re ad

---

LXXX 3 charissime ut existimo A carissime idem existimo *Catanaeus* a carissime similiter existimo *Orellius* 5 ii qui a hi qui A duorum a duo A 6 qui cepissent *Beroaldus* quia coepissent A qui accepissent a

LXXXI De Dione qui reliquias suorum religioso loco posuissent (posuisset a) . LIIII . A 14 Eumolpo a euamolpo A Cocceianus Dion in bule a coccinmis diambulae A Coccianus Dion bulae *Beroaldus* 16 Eumolpus adsistente *Beroaldus* a Euamolpus absistente A Eumolpus assistens *Catanaeus* 18 in aedem positam A in aede positam *Beroaldus* in eodem opere positam a 19 filiorum *Catanaeus* 22 ad instruendam *Beroaldus* adstruendam A ad adstruendam a in alia ciuitate *Catanaeus* in aliam ciuitatem A 23 petiit a petit A Niceae A ubi cum consedissem *Orellius* ubi cum sedissem a ubi consedissem A 24 si *om.* a 27 et consulendum existimarem A et te consulendum existimarem *G. H. Schaeferus.*

exemplum pertinenti, dixi utrique parti ut postulationum suarum
libellos darent. volebam enim te ipsorum potissimum verbis ea
quae erant proposita cognoscere. et Dion quidem se daturum
dixit, et Eumolpus respondit complexurum se libello quae rei
6 publicae peteret, ceterum quod ad sepultos pertineret, non ac-
cusatorem se, sed advocatum Flavi Archippi, cuius mandata
pertulisset. Archippus, qui Eumolpo sicut Prusiade adsistebat,
dixit se libellum daturum. ita nec Eumolpus nec Archippus,
quamquam plurimis diebus expectatis, adhuc mihi libellos dede-
7 runt; Dion dedit, quem huic epistulae iunxi. ipse in re prae-
senti fui et vidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam,
id autem in quo dicuntur sepulti filius et uxor Dionis in area
8 collocatum, quae porticibus includitur. te, domine, rogo ut me
in hoc praecipue genere cognitionis regere digneris, cum alioqui
magna sit expectatio, ut necesse est in ea re quae et in con-
fessum venit et exemplis defenditur.

LXXXII. [LXXXVI.]

TRAIANUS PLINIO

1 Potuisti non haerere, mi Secunde carissime, circa id de quo
me consulendum existimasti, cum propositum meum optime nosses
non ex metu nec terrore hominum aut criminibus maiestatis re-
2 verentiam nomini meo adquirere. omissa ergo ea quaestione,
quam non admitterem, etiam si exemplis adiuvaretur, ratio to-
tius operis effecti sub cura [tua] Cocceiani Dionis excutiatur,
cum et utilitas civitatis exigat nec aut recuset Dion aut debeat
recusare.

---

1 postulationum A postulatiotinum a   3 recognoscere a   4 et *ante* Eumolpus *om. Catanaeus:* et Eumolpus — pertulisset, et Archippus *Arnoldus Schaeferus de nonnull. loc. Cic. Plin. Front.* (*Dresd. a. 1844*) *p. 9*   5 pertineret *G. H. Schaeferus* pertinet A   6 se esse sed *G. H. Schaeferus* Flauii A   7 qui Eumolpus sinit prusiade A qui Eumolpo suo Prusiade *Beroaldus* cui Eumolpus prius *Catanaeus* cui Eumolpus sic ut Prusiadae a   8 ita] at *Arnoldus Schaeferus l. c. fortasse* interim   9 quamquam] quam A   expectati a   12 filius et *Thomasius* filii eius et A   area a alea A   15 necesse est *Orellius* necesse sit A   16 nec exemplis *Mommsenus* defenditur deliberare a

LXXXII 22 adquiri A   24 sub tua cura a Cocceiano Dione *Catanaeus* sub cura tua Cocceiano Dioni *editio Basileensis* sub curatura Cocceiani Dionis *coniecit Orellius*   25 utilitas ciuitatis exigat a utilitas ei litis exigat A utilitas eius exigat *Beroaldus* utilitas reip. id exigat *Catanaeus*

LXXXIII. [LXXXVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Rogatus, domine, a Nicaeensibus publice per ea quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est per aeternitatem tuam salutemque, ut preces suas ad te perferrem, fas non putavi negare acceptumque ab iis libellum huic epistulae iunxi.

LXXXIIII. [LXXXVIII.]

TRAIANUS PLINIO

Nicaeensibus, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a divo Augusto adfirmant, debebis vacare contractis omnibus personis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino et Epimacho, liberto meo, procuratoribus, ut aestimatis etiam iis quae contra dicuntur quod optimum credideritis statuatis.

LXXXV. [XVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Maximum, libertum et procuratorem tuum, domine, per omne tempus quo fuimus una probum et industrium et diligentem ac sicut rei tuae amantissimum ita disciplinae tenacissimum expertus, libenter apud te testimonio prosequor ea fide quam tibi debeo.

LXXXVI A. [XVIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Gavium Bassum, domine, praefectum orae Ponticae, inte- 1
grum probum industrium atque inter ista reverentissimum mei expertus, voto pariter et suffragio prosequor ea fide quam tibi debeo.

LXXXIII De Nicensibus . LV . A 3 Nicensibus A 6 ab his A
LXXXIIII 9 Nicensibus A concessam sibi vindicationem *Mommsenus* 12 Gemellino a Pemellino A
LXXXV Commendat quos expertus est . LVI . A 17 tuum *Catanaeus* a meum A
LXXXVI A *Epistulam cum priore coniunctam in* A *separavit Catanaeus* a
24 Gabium a Galbium A orae Ponticae *Catanaeus*[2] orae Ponti A
27 debeo: quam ea quae speret instructum A debeo quem ad ea quae speret instructum *Beroaldus* debeo, quam abunde ea, quae speret instructum a debeo, quem abunde conspexi instructum *Catanaeus*[2] debeo tamquam ad ea quae sperat instructum *coniecit Orellius. novae epistulae initium recte constituerat Catanaeus in prima editione,* debeo. | C. Plinius Traiano imp. S. | Fabium Valentem instructum

LXXXVI B. [XVIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

2 ...quam ea quae speret instructum commilitio tuo, cuius disciplinae debet quod indulgentia tua dignus est. apud me et milites et pagani, a quibus iustitia eius et humanitas penitus inspecta est, certatim ei qua privatim qua publice testimonia pertribuerunt. quod in notitiam tuam perfero ea fide quam tibi debeo.

LXXXVII. [XVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Nymphidium Lupum, domine, primipilarem, commilitonem
habui, cum ipse tribunus essem, ille praefectus. inde familiariter
diligere coepi. crevit postea caritas ipsa mutuae vetustate ami-
2 citiae. itaque et quieti eius inieci manum et exegi ut me in
Bithynia consilio instrueret. quod ille amicissime et otii et se-
3 nectutis ratione postposita et iam fecit et facturus est. quibus
ex causis necessitudines eius inter meas numero, filium in primis,
Nymphidium Lupum, iuvenem probum industrium et egregio
patre dignissimum, suffecturum indulgentiae tuae, sicut primis
eius experimentis cognoscere potes, cum praefectus cohortis plenissimum testimonium meruerit Iuli Ferocis et Fusci Salinatoris, clarissimorum virorum. meum gaudium meamque gratulationem filii honore continebo.

LXXXVIII. [LXXXVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Opto, domine, et hunc natalem et plurimos alios quam felicissimos agas aeternaque laude florentem virtutis tuae gloriam [quam] incolumis et fortis aliis super alia operibus augeas.

LXXXVI B 6 testimonia *Beroaldus* testimonio A testimonium *Catanaeus* a retribuerunt *Catanaeus*

LXXXVII 13 exegi ut me a exuit me A exciui ut me *Beroaldus* 14 instrueret a extrueret A 16 necessitudines a necessitudinis A numero et filium a 17 Nymphidium] *novae epistulae initium in* A; *priori continuavit* a 18 primis *Catanaeus* a primus A 20 Iulii a 21 meum gaudium domine meam gratulationem a 22 honore continerent A honore continerem *Beroaldus* honore continebis *Catanaeus* honores continuent *Gesnerus*

LXXXVIII Ob diem Natalem .LVII. A 26 gloriam et incolumis *Catanaeus*[2] 27 augeas *Catanaeus*[2] augebis A

LXXXVIIII. [XC.]

TRAIANUS PLINIO

Agnosco vota tua, mi Secunde carissime, quibus precaris ut plurimos et felicissimos natales florente statu rei publicae nostrae agam.

XC. [XCI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Sinopenses, domine, aqua deficiuntur; quae videtur et bona 1
et copiosa ab sexto decimo miliario posse perduci. est tamen
statim ab capite paulo amplius mille *passuum* locus suspectus et
mollis, quem ego interim explorari modico impendio iussi, an
recipere et sustinere opus possit. pecunia curantibus nobis con- 2
tracta non deerit, si tu, domine, hoc genus operis et salubri-
tati et amoenitati valde sitientis coloniae indulseris.

XCI. [XCII.]

TRAIANUS PLINIO

Ut coepisti, Secunde carissime, explora diligenter, an locus ille quem suspectum habes sustinere opus aquae ductus possit. neque *enim* dubitandum puto quin aqua perducenda sit in coloniam Sinopensem, si modo et viribus suis adsequi potest, cum plurimum ea res et salubritati et voluptati eius collatura sit.

XCII. [XCIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Amisenorum civitas libera et foederata beneficio indulgentiae tuae legibus suis utitur. in hac datum mihi libellum ad eranos pertinentem his litteris subieci, ut tu, domine, dispiceres quid et quatenus aut permittendum aut prohibendum putares.

XC De aqua Sinopensium perducenda . LVIII . A 9 est tamen statim a est statim tamen A 10 mile passuum locus *Catanaeus* mille passibus locus a mille locus A suspectus a susceptus A 11 explorari *vulgo* explorare A 14 amoenitate a

XCI 18 suspectum a susceptum A 19 neque enim a: enim *om.* A 20 si modo id uiribus suis assequi *Catanaeus* si modo et uiribus suis ipsa id adsequi a

XCII De petitione Amisenorum . LVIIII . A 24 libera] et liberata a 25 datum mihi publice libellum a 26 eranos *Beroaldus* heranos A

XCIII. [XCIIII.]

TRAIANUS PLINIO

Amisenos, quorum libellum epistulae tuae iunxeras, si legibus istorum, quibus de officio foederis utuntur, concessum est eranum habere, possumus quo minus habeant non impedire, eo facilius, si tali collatione non ad turbas et ad inlicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur. in ceteris civitatibus, quae nostro iure obstrictae sunt, res huius modi prohibenda est.

XCIIII. [XCV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Suetonium Tranquillum, probissimum honestissimum eru-
ditissimum virum, et mores eius secutus et studia iam pridem,
domine, in contubernium adsumpsi tantoque magis diligere coepi,
2 quanto [hunc] propius inspexi. huic ius trium liberorum neces-
sarium faciunt duae causae: nam et iudicia amicorum promeretur
et parum felix matrimonium expertus est impetrandumque a bo-
nitate tua per nos habet quod illi fortunae malignitas denegavit.
3 scio, domine, quantum beneficium petam, sed peto a te, cuius
in omnibus desideriis meis indulgentiam experior. potes enim
colligere, quanto opere cupiam, quod non rogarem absens, si
mediocriter cuperem.

XCV. [XCVI.]

TRAIANUS PLINIO

Quam parce haec beneficia tribuam utique, mi Secunde carissime, haeret tibi, cum etiam in senatu adfirmare soleam non excessisse me numerum quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum. tuo tamen desiderio subscripsi et dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea condicione qua adsuevi referri in commentarios meos iussi.

XCIII 4 ipsorum *Orellius* 5 eranum *Beroaldus* a Eia num A qui minus habeant non impedire A quo minus habeas impedire *Catanaeus* 6 et illicitos a 7 sed *om.* a

XCIIII Ius trium liberorum amico petit . LX . A 19 sed] quod a 20 meis plenissimam indulgentiam a enim] autem a

XCV 28 professus sum *Catanaeus* a professum A

XCVI. [XCVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI.

Sollemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te 1
referre. quis enim potest melius vel cunctationem meam regere
vel ignorantiam instruere? cognitionibus de Christianis interfui
numquam: ideo nescio quid et quatenus aut puniri soleat aut
quaeri. nec mediocriter haesitavi, sitne aliquod discrimen aetatum, 2
an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant, detur paeni-
tentiae venia, an ei qui omnino Christianus fuit desisse non pro-
sit, nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia no-
mini puniantur. interim *in* iis qui ad me tamquam Christiani
deferebantur hunc sum secutus modum. interrogavi ipsos an 3
essent Christiani: confitentes iterum ac tertio interrogavi sup-
plicium minatus: perseverantes duci iussi. neque enim dubitabam,
qualecumque esset quod faterentur, pertinaciam certe et inflexi-
bilem obstinationem debere puniri. fuerunt alii similis amentiae, 4
quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos.
mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures
species inciderunt. propositus est libellus sine auctore multorum 5
nomina continens. qui negabant esse se Christianos aut fuisse,
cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam pro-
pter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, ture ac vino
supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil posse
cogi dicuntur qui sunt re vera Christiani, dimittendos esse pu-
tavi. alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox 6
negaverunt; fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium,
quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. hi
quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati
sunt et Christo male dixerunt. adfirmabant autem hanc fuisse 7
summam vel culpae suae vel erroris, quod essent soliti stato die
ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum
invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere,

XCVI De Christianis . LXI . A 4 deferre *Catanaeus* 5 instruere a extruere A excutere *Beroaldus* 7 queri A 8 deturne a 10 ipsum etiam si a cohaerentia *Beroaldus* cohaerenti A 11 interim in iis *Catanaeus*[2] interim iis a interim his A 15 peruicaciam a 18 tractu *Catanaeus* continens. Qui negant A continens, qui negarent *Casaubonus* se esse *Catanaeus* a 23 cogi posse a 24 qui non sunt re uera Christiani: ergo dimittendos esse putaui *Catanaeus* dimittendos putaui a 25 indice a iudice A 26 desisse a desiisse A 27 uiginti quoque: omnes et A viginti quinque. omnes qui *Rittershusius* 29 sunt ii et A

sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque *coeundi* ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias
8 esse vetueram. quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri et per tormenta quaerere. nihil aliud inveni quam superstitionem pravam immodicam.
9 ideo dilata cognitione ad consulendum te decucurri. visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, vocantur in periculum et vocabuntur. neque civitates tantum sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio
10 pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse. certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari et sacra sollemnia diu intermissa repeti pastumque venire victimarum, cuius adhuc rarissimus emptor inveniebatur. ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

XCVII. [XCVIII.]

TRAIANUS PLINIO

1 Actum quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum qui Christiani ad te delati fuerant secutus es. neque enim in universum aliquid quod quasi certam formam habeat constitui potest. conquirendi non sunt: si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen ut qui negaverit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando dis nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetret. sine auctore vero propositi libelli *in* nullo crimine locum habere debent. nam et pessimi exempli nec nostri saeculi est.

---

3 rursusque coeundi ad a rursusque ad A 4 desisse a desiisse A 5 etaerias * esse a et caeras esse A 7 quaerere. sed nihil a 8 prauam et immodicam a 9 ideoque dilata a decucurri *Catanaeus* a decurri A 12 neque enim ciuitates a 14 corripi *I. F. Gronovius* 16 pastumque uenire uictimarum cuius *Beroaldus* passumque uenire uictimarum: cuius A passimque uenire uictimas, quarum a

XCVII 25 deferantur a deferrantur *Catanaeus* deferentur A 27 diis A 28 in praeteritum fuerit ueniam a 29 in nullo *Gierigius*: in *om.* A

XCVIII. [XCVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Amastrianorum civitas, domine, et elegans et ornata habet 1
inter praecipua opera pulcherrimam eandemque longissimam pla-
team, cuius a latere per spatium omne porrigitur nomine quidem
flumen, re vera cloaca foedissima ac sicut turpis immundissimo
aspectu ita pestilens odore taeterrimo. quibus ex causis non minus 2
salubritatis quam decoris interest eam contegi: quod fiet, si per-
miseris, curantibus nobis ne desit quoque pecunia operi tam
magno quam necessario.

XCVIIII. [C.]

TRAIANUS PLINIO

Rationis est, mi Secunde carissime, contegi aquam istam quae per civitatem Amastrianorum fluit, si intecta salubritati obest. pecunia ne huic operi desit curaturum te secundum diligentiam tuam certum habeo.

C. [CI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Vota, domine, priorum annorum nuncupata alacres laetique persolvimus novaque rursus certante commilitonum et provincialium pietate suscepimus, precati deos ut te remque publicam florentem et incolumem ea benignitate servarent, quam super magnas plurimasque virtutes praecipua sanctitate, obsequio, deorum honore meruisti.

CI. [CII.]

TRAIANUS PLINIO

Solvisse vota dis immortalibus te praeeunte pro mea incolumitate commilitones cum provincialibus laetissimo consensu et in futurum nuncupasse libenter, mi Secunde carissime, cognovi litteris tuis.

XCVIII De plathea (platea a) Amastrianorum .LXII. A 6 re uera *Beroaldus* re uero A ac sicut *Orellius* ac situ A: quae sicut turpis, et immundissima aspectu, ita pestilens est odore a 8 eam *Beroaldus* ea A

C Votorum nuncupatio iri .LXIII. A Votorum nuncupatio et solutio pro Imp. et Rep. a 19 priore anno nuncupata *Mommsenus* 20 certante *Cellarius* curante A 22 incolumem a incolumen A 23 obsequio *Beroaldus* obsequi A consequi *Catanaeus*

CI 27 diis A

CII. [CIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Diem quo in te tutela generis humani felicissima successione translata est debita religione celebravimus, commendantes dis, imperii tui auctoribus, et vota publica et gaudia.

CIII. [CIIII.]

TRAIANUS PLINIO

Diem imperii mei debita laetitia et religione commilitonibus et provincialibus praeeunte te celebratum libenter cognovi litteris tuis.

CIIII. [CV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Valerius, domine, Paulinus excepto Paulino ius Latinorum suorum mihi reliquit. ex quibus rogo tribus interim ius Quiritium des. vereor enim ne sit immodicum pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modestius uti, quanto pleniorem experior. sunt autem pro quibus peto C. Valerius Astraeus, C. Valerius Dionysius, C. Valerius † Axer.

CV. [CVI.]

TRAIANUS PLINIO

Cum honestissime iis qui apud fidem tuam a Valerio Paulino depositi sunt consultum velis, matura per me. iis interim quibus nunc petisti dedisse me ius Quiritium referri in commentarios meos iussi, idem facturus in ceteris pro quibus petieris.

CVI. [CVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Rogatus, domine, a P. Accio Aquila, centurione cohortis sextae equestris, ut mitterem tibi libellum per quem indulgen-

---

CII Ob diem imperii . LXIIII . A 3 diem quo in te tutela *I. F. Gronovius* diem quae in tutela A diem in quem tutela *Beroaldus* a 4 diis A

CIII 8 a commilitonibus *Catanaeus* 9 libenter mi Secunde Carissime cognoui a

CIIII Ius quiritum (quiritium a) latinis suis petit . LXV . A 13 Paulino] uno a 14 quiritium a quiritum A 16 pleniorem *Beroaldus* a pleniore me A 17 Astraeus *Orellius* aestreus A Aestiaeus a 18 Axer] Aper a

CV 22 mature *Beroaldus* 23 quiritium a quiritum A

CVI Ciuitatem Romanam petit filiae Centurionis . LXVI . A

tiam pro statu filiae suae implorat, durum putavi negare, cum scirem quantam soleres militum precibus patientiam humanitatemque praestare.

CVII. [CVIII.]

TRAIANUS PLINIO

Libellum P. Accii Aquilae, centurionis *cohortis* sextae equestris, quem mihi misisti, legi: cuius precibus motus dedi filiae eius civitatem Romanam. libellum rescripti quem illi redderes misi tibi.

CVIII. [CVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Quid habere iuris velis et Bithynas et Ponticas civitates in 1
exigendis pecuniis quae illis vel ex locationibus vel ex venditionibus aliisve causis debeantur, rogo, domine, rescribas. ego inveni a plerisque proconsulibus concessam iis protopraxian eamque pro lege valuisse. existimo tamen tua providentia consti- 2
tuendum aliquid et sanciendum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum consulatur. nam quae sunt ab aliis instituta, sint licet sapienter indulta, brevia tamen et infirma sunt, nisi illis tua contingit auctoritas.

CVIIII. [CX.]

TRAIANUS PLINIO

Quo iure uti debeant Bithynae vel Ponticae civitates in iis pecuniis quae ex quaque causa rei publicae debebuntur, ex lege cuiusque animadvertendum est. nam sive habent privilegium quo ceteris creditoribus anteponantur, custodiendum est, sive non habent, *in* iniuriam privatorum id dari a me non oportebit.

CX. [CXI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Ecdicus, domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a 1
Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta *milia* donata ei

---

2 quantam *Beroaldus* a quantum A
CVII 6 cohortis sextae *Beroaldus* a: cohortis *om.* A
CVIII De Exactione pecuniarum . LXVII. A 15 eis protopraxian a eis protopraxiam A 20 contingat *Catanaeus* a
CVIIII 23 in iis a in his A 27 in iniuriam *Catanaeus*: in *om.* A
CX De Iulio Pisone . LXVIII. A 30 Ecdicus *Catanaeus*[2] Medicus A 31 quadraginta milia donata *Catanaeus* a quadraginta donata A

publice ante viginti annos bule et ecclesia consentiente uteba-
2 turque mandatis tuis, quibus eius modi donationes vetantur. Piso
contra plurima se in rem publicam contulisse ac prope totas facultates erogasse dicebat. addebat etiam temporis spatium postulabatque ne id quod pro multis et olim accepisset cum eversione reliquae dignitatis reddere cogeretur. quibus ex causis integram cognitionem differendam existimavi, ut te, domine, consulerem quid sequendum putares.

CXI. [CXII.]

TRAIANUS PLINIO

Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari atque in inritum vindicari non oportet. quidquid ergo ex hac causa actum ante viginti annos erit, omittamus. non minus enim hominibus cuiusque loci quam pecuniae publicae consultum volo.

CXII. [CXIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Lex Pompeia, domine, qua Bithyni et Pontici utuntur, eos
qui in bulen a censoribus leguntur dare pecuniam non iubet.
sed ii quos indulgentia tua quibusdam civitatibus super legitimum
numerum adicere permisit et singula milia denariorum et bina
2 intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul eos etiam qui a
censoribus legerentur, dumtaxat in paucissimis civitatibus, aliud
3 aliis, iussit inferre. superest ergo ut ipse dispicias, an in om-
nibus civitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutae legentur debeant pro introitu dare. nam quod in perpetuum mansurum est a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas.

---

1 bule et ecclesia *Catanaeus* boyali et ecclesia A et bule et ecclesia a utebaturque *Catanaeus* utebanturque A nitebaturque *editio Basileensis* 5 pro multis meritis *Orellius*

CXII De Adiectione buletarum .LXIX. A De adiectione buleutarum a 20 in bulen a *Catanaeus* a in bulena a A 21 ii *Beroaldus* iis A tua quibusdam *Catanaeus* tua a quibusdam A 24 aliud alios *Orellius* 25 '*Pli. ad Traianum* . Superest ergo — 27 dare . *ad quam epistolam rescribens Traianus*: honorarium *inquit* decurionatus omnes qui in quaque ciuitate decuriones fiunt: inferre debeant necne a me non potest statui' *Budaeus annot. in pand. f.* 72 *ed. Ascens. a. 1516* 26 buleutae a bulentae A legentur *G. H. Schaeferus* leguntur A *Budaeus*

CXIII. [CXIIII.]

TRAIANUS PLINIO

Honorarium decurionatus omnes qui *in* quaque civitate Bithyniae decuriones fiunt inferre debeant necne, *in* universum a me non potest statui. id ergo quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque civitatis legem puto, scilicet adversus eos qui inviti fiunt decuriones . . . id existimo acturos, ut † praefatio ceteris praeferatur.

CXIIII. [CXV.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Lege, domine, Pompeia, permissum Bithynicis civitatibus 1
adscribere sibi quos vellent cives, dum ne quem earum civitatum
quae sunt in Bithynia. eadem lege sancitur, quibus de causis
e senatu *a* censoribus eiciantur. inde me quidam ex censoribus 2
consulendum putaverunt, an eicere deberent eum qui esset al-
terius civitatis. ego, quia lex sicut adscribi civem alienum ve- 3
tabat, ita eici e senatu ob hanc causam non iubebat, praeterea
quod adfirmabatur mihi in omni civitate plurimos esse buleutas
ex aliis civitatibus, futurumque ut multi homines multaeque ci-
vitates concuterentur, . . . ea pars legis quae iam pridem con-

---

CXIII 3 in quaque a: in *om.* A 4 in uniuersum *Catanaeus* a: in *om.* A 6 scilicet] sed *Rittershusius* 7 inuiti fiunt Decuriones id existimo acturos ut praefatio caeteris praeferatur A inuiti fiunt decuriones: id existimo (decuriones, existimo id a) acturos: ut erogatio caeteris praeferatur *Catanaeus* a inviti fiunt decuriones. ceteros existimo id acturos, ut erogatio praeferatur *G. H. Schaeferus* inviti fiunt decuriones, id existimo acturos, ut praestatio ceteris proferatur *Orellius* inviti fiunt. qui sponte fiunt decuriones ita existimo facturos, ut praefati id ceteris praeferantur *Mommsenus. mihi plura excidisse videntur, quae ita fere restitui possunt.* inviti fiunt decuriones. eos qui super legitimum numerum adiecti sunt id existimo acturos, ut pretio dato ceteris praeferantur

CXIIII De Adiectione ciuium . LXX . A 12 velint *I. A. Ernestius* dum ne quem earum civitatum *Orellius* dum neque merum ciuitatum A dum ne quis earum ciuitatum *Beroaldus* duntaxat earum ciuitatum *Catanaeus* dum ciuitatis non sint alienae, sed suarum quisque matrum ciuitatium a 14 e senatu a: e *om.* A a censoribus *Beroaldus* a: a *om.* A eiciantur, inter quas nihil de ciue alieno cauetur . inde a 17 senatu a senctu A praeterea quod affirmabatur mihi *Beroaldus* praeterea quibus adfirmabatur mihi A praeterea a quibusdam affirmabatur *Catanaeus* praeterea quia ab aliquibus adfirmabatur mihi a praeterea quia ab iis affirmabatur mihi *Orellius* 18 buleutas a bulentas A 20 concuterentur: ea pars legis quae iampridem A concuterentur: si reuocaretur ea pars legis: quae iampridem *Catanaeus* concuterentur eaque pars legis iampridem *Beroaldus* concuterentur ea parte legis quae iampridem a concuterentur, ea pars legis cum iampridem *Orellius* consensu *Beroaldus* a consensui A

sensu quodam exolevisset, necessarium existimavi consulere te, quid servandum putares. capita legis his litteris subieci.

CXV. [CXVI.]

TRAIANUS PLINIO

Merito haesisti, Secunde carissime, quid a te rescribi oporteret censoribus consulentibus, an .... in senatum aliarum civitatum, eiusdem tamen provinciae cives. nam et legis auctoritas et longa consuetudo usurpata contra legem in diversum movere te potuit. mihi hoc temperamentum eius placuit, ut ex praeterito nihil novaremus, sed manerent quamvis contra legem adsciti quarumcumque civitatum cives, in futurum autem lex Pompeia observaretur; cuius vim si retro quoque velimus custodire, multa necesse est perturbari.

CXVI. [CXVII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Qui virilem togam sumunt vel nuptias faciunt vel ineunt magistratum vel opus publicum dedicant, solent totam bulen atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare binosque denarios vel singulos dare. quod an celebrandum et quatenus putes,
2 rogo scribas. ipse enim sicut arbitror, praesertim ex sollemnibus causis, concedendum ius invitationis, ita vereor ne ii qui mille homines, interdum etiam plures vocant modum excedere et in speciem dianomes incidere videantur.

CXV 5 a te *Catanaeus* a ad te A 6 censoribus *Catanaeus* a temporibus A an in Senatum — ciues A an legerent in senatum — ciues a an in senatum — cives adscriberentur *Beroaldus* an in senatu manere possent aliarum — ciues *Catanaeus* ciuitatium a 10 nouaremus a noueremus A moueremus *Beroaldus* 11 ciuitatium a

CXVI De diuisione Sportularum .LXXI. A 16 '*Plinius ad Traianum scribens ita inquit.* Qui uirilem — 21 inuitationes. *Et Traianus ad Plinium.* Merito *p.*315,3—5 contrahit' *Budaeus annot. in pand. f.* 123ᵃ *ed. Ascens. a. 1516* sumunt a summunt A 20 sicut arbitror non imprudenter praesertim ex solemnibus causis concedendum iussi inuitationes *Catanaeus* 21 concedendum ius inuitationis *Schefferus* concedendum iussi immutationes A concedendum iussisti inuitationes *Budaeus* concedendum iussi inuitationes a concedendas esse inuitationes *Orellius* 23 dianomes *Casaubonus* Diamories A diamones a incidere *Catanaeus* incipere A

CXVII. [CXVIII.]

TRAIANUS PLINIO

Merito vereris ne in speciem dianomes incidat invitatio, quae et in numero modum excedit et quasi per corpora, non viritim singulos ex notitia, ad sollemnes sportulas contrahit. sed ego ideo prudentiam tuam elegi, ut formandis istius provinciae moribus ipse moderareris et ea constitueres, quae ad perpetuam eius provinciae quietem essent profutura.

CXVIII. [CXVIIII.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

Athletae, domine, ea quae pro iselasticis certaminibus con- 1
stituisti deberi sibi putant statim ex eo die, quo sunt coronati:
nihil enim referre quando sint patriam invecti, sed quando cer-
tamine vicerint, ex quo invehi possint. ego contra servo isela-
stici nomine data: quo fit ut vehementer addubitem, an sit po-
tius id tempus quo εἰσήλασαν intuendum. iidem obsonia petunt 2
pro eo agone qui a te iselasticus factus est, quamvis vicerint,
ante quam fieret. aiunt enim congruens esse, sicut non detur
sibi pro iis certaminibus quae esse iselastica, postquam vicerunt,
desierunt, ita pro iis dari quae esse coeperunt. hic quoque non 3
mediocriter haereo ne cuiusquam retro habeatur ratio, dandaque
quae tunc cum vincerent non debebantur. rogo ergo ut dubi-
tationem meam regere, id est beneficia tua interpretari, ipse
digneris.

CXVIIII. [CXX.]

TRAIANUS PLINIO

Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere deberi, cum quis in civitatem suam ipse εἰσήλασεν. obsonia eorum certaminum

---

CXVII 3 in malam speciem incidat inuitatio *Budaeus* dianomes *Casaubonus* Diamones A inuitatio *Beroaldus* a immutatio A 4 excedit *Catanaeus* a excedat A 7 constitueres *I. A. Ernestius* constitutas A

CXVIII De Iselasticis .LXXII. A 11 certaminibus *Beroaldus* a cohortaminibus A coronaminibus *Orellius* 12 statim *Beroaldus* a statum A 14 contra scribo Iselastici nomine: itaque eorum uehementer A contra scribo iselastici nomine ita ut uehementer *Beroaldus* contra scribo Iselasticorum nomine: ita tamen ut uehementer *Catanaeus* servo] observo *Mommsenus* 16 εἰσήλασαν *Catanaeus* Iselasiani A iselasian a idem a 18 fieret *Beroaldus* a fierent A non datur a non dentur *Arnoldus Schaeferus de locis nonnullis Cic. Plin. Front. p.* 11 nunc detur *Orellius* 19 his certaminibus quae *Beroaldus* a his certaminibus quid A 20 iis a his A 21 dandaque quae *Beroaldus* dandamque quod A dandumque quod a

CXVIIII 28 ipse eiselasen a ipse Iselasen A

quae iselastica esse placuit mihi, si ante iselastica non fuerunt, retro non debentur; nec proficere pro desiderio athletarum potest quod eorum quae postea iselastica non esse constitui, quam vicerant, accipere desierunt. mutata enim condicione certaminum nihilo minus quae ante peregerant non revocantur.

CXX. [CXXI.]

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 Usque in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commodavi neque in rem ullam nisi tuam misi. quam perpetuam servationem meam quaedam necessitas rupit.
2 uxori enim meae audita morte avi volenti ad amitam suam excurrere usum eorum negare durum putavi, cum talis officii gratia in celeritate consisteret, sciremque rationem itineris probaturum, cuius causa erat pietas. haec tibi scripsi, quia mihi parum gratus fore videbar, si dissimulassem inter alia beneficia hoc quoque me debere indulgentiae tuae, quod fiducia eius quamquam inconsulto te non dubitavi *facere* quae, si consuluissem, sero fecissem.

CXXI. [CXXII.]

TRAIANUS PLINIO

Merito habuisti, Secunde carissime, fiduciam animi mei, nec dubitandum fuit *tibi facere quae sero fecisses*, si expectasses, donec me consuleres, an iter uxoris tuae diplomatibus, quae officio tuo dedi, adiuvandum esset, cum apud amitam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam adventus sui augere.

---

2 potest: tam eorum: quae postea Iselastica lege constitui: quam cum nincerent esse desierunt *Catanaeus* 3 quod] quid *Beroaldus* non esse *Arnoldus Schaeferus* non lege A quam vicerant *Arnoldus Schaeferus* quam qui ierant A 5 peregerat *Beroaldus* perceperant a

CXX De Diplomatibus .LXXIII. A 10 obseruationem *Catanaeus. fortasse* rationem 13 sciremque te rationem *Catanaeus* a 14 haec scripsi, quia mihi parum gratus tibi fore a 15 si dissimulassem inter alia beneficia hoc novum quoque me debere indulgentiae tuae, quod fiducia eius quamvis inconsulto te non dubitavi, quem si consuluissem, scilicet sero fecissem *Orellius* hoc quoque me debere *Gesnerus* hoc uno quod me debere A hoc uno quoque me debere *Beroaldus* hoc unum quoque me debere *Catanaeus* hoc unum quod me debere sciebam a 16 quod fiducia eius qua inconsulto te non dubitaui: quem si consuluissem: sic sero fecissem A quod fiducia eius inconsulto te praeripere non dubitaui: quem si consuluissem sic sero faecissem *Catanaeus* quod fiducia eius, quasi con sulto te non dubitaui facere, quem si consuluissem sero fecissem a

CXXI 20 nec dubitandum fuit tibi facere quae sero fecisses si expectasses *Mommsenus* nec dubitandum fuisse si expectasset A nec dubitandum fuisse si expectasses *Beroaldus* non dubitandum fuisse si expectasses *Catanaeus* nec dubitandum fuisset. si expectasses a 23 esset: cum *Catanaeus* esset: et cum *Beroaldus* esse: et cum A esset, usum eorum intentioni tuae non profuisse, cum a

C. PLINI CAECILI SECUNDI

PANEGYRICUS.

A codex Vaticanus 3461

A[2] eiusdem codicis corrector

a codex Wolfenbuttelanus Gud. 45 cum **A** fere consentiens

B consentiens scriptura codicum

b Vindobonensis 48

β Monacensis 309

R fragmenta codicis rescripti Ambrosiani (c. 7. 8. 78—80. 85. 86)

c codex Augustanus 118

d codex Caroliruhensis, olim Durlacensis 36

cod. Mediol. codex Mediolanensis, olim Patavinus

ς editiones antiquissimae vel omnes vel plurimae

Codicum **AbβR** scriptura integra exhibita est. ex **a** pauca, quae rectius in eo quam in **A** leguntur, indicata sunt. codicum **cd** scriptura tum, cum reliqui libri inter se dissentiunt, vel siquid praeterea memorabile esse videbatur, indicata est. ex ς et ex Mediolanensi codice et ex libris Schwarzii pauca adscripta sunt.

C. PLINI CAECILI SECUNDI
PANEGYRICUS.

Bene ac sapienter, patres conscripti, maiores instituerunt 1
ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus capere, quod nihil rite, nihil providenter homines sine deorum immortalium ope consilio honore auspicarentur. qui mos cui potius quam consuli aut quando magis usurpandus colendusque est, quam cum imperio senatus, auctoritate rei publicae ad agendas optimo principi gratias excitamur? quod enim praestabilius est aut pulchrius munus deorum quam castus et sanctus et dis simillimus princeps? ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris an aliquo numine darentur, principem tamen nostrum liqueret divinitus constitutum. non enim occulta potestate fatorum, sed ab Iove ipso coram ac palam repertus est; electus quippe inter aras et altaria eodemque loci, quem deus ille tam manifestus ac praesens quam caelum ac sidera insedit. quo magis aptum piumque est te, Iuppiter optime maxime, antea conditorem, nunc conservatorem imperii nostri, precari ut mihi digna consule, digna senatu, digna principe contingat oratio, utque omnibus quae dicentur a me libertas fides veritas constet, tan-

---

1 INCIPIT . PANEGYRICVS . PLINII . SECVNDI . DICTVS . TRAIANO . AVGVSTO **A** C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS PANEGYRICVS TRAIANO IMPERAT. DICTVS β C. PLINII SECVNDI VERONENSIS NOVOCOMENSIS ORATORIS PANEGYRICVS TRAIANO DICTVS IMPERATORI. XIIII. FOELICITER INCIPIT **b** Plinii Secundi Veronensis Panagiricus ad Traianum Imperatorem urbis Romane **c** CAI PLINII SECVNDI ORATORIS EXIMII PANAGYRICVS DICTVS DIVO TRAIANO **d**

4 capere **Bcd** caperent **A** caperetur ς   5 nihil rite nihilque prouidenter **B**ς   6 cui *om.* **A**, *add.* **A**²**a**   13 liquet **A**   14 repertus est electus quippe *Schwarzius* repertus electus est quippe **ABc** repertus electus quippe **d**   17 maxime *om.* **Bcd**, *add.* **A**   18 imperii nostri **Bcd** nostri imperii **A**

tumque a specie adulationis absit gratiarum actio mea, quantum abest a necessitate.

2 Equidem non consuli modo sed omnibus civibus enitendum reor ne quid de principe nostro ita dicant, ut idem illud de alio dici potuisse videatur. quare abeant ac recedant voces illae quas metus exprimebat: nihil quale ante dicamus; nihil enim quale antea patimur: nec eadem de principe quae prius praedicemus; neque enim eadem quae prius secreto loquimur. discernatur orationibus nostris diversitas temporum, et ex ipso genere gratiarum agendarum intellegatur, cui, quando sint actae. nusquam ut deo, nusquam ut numini blandiamur: non enim de tyranno sed de cive, non de domino sed de parente loquimur. unum ille se ex nobis, et hoc magis excellit atque eminet, quod unum ex nobis putat nec minus hominem se quam hominibus praeesse meminit. intellegamus ergo bona nostra dignosque nos illis usu probemus atque identidem cogitemus, si maius principibus praestemus obsequium, qui servitute civium quam qui libertate laetantur. et populus quidem Romanus dilectum principum servat, quantoque paulo ante concentu formosum alium hunc fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum alterius et vocem huius pietatem abstinentiam mansuetudinem laudat. quid nos ipsi? divinitatem principis nostri an humanitatem temperantiam facilitatem, ut amor et gaudium tulit, universi praedicare solemus? iam quid tam civile, tam senatorium quam illud additum a nobis optimi cognomen? quod peculiare huius et proprium arrogantia priorum principum fecit. enimvero quam commune, quam ex aequo quod felices nos, felicem illum praedicamus alternisque votis 'haec faciat, haec audiat', quasi non dicturi,

---

5 potuisse] posse d 6 dicimus A 7 de principe palam quae prius *Cuspinianus* 8 eadem quae prius secreto loquimur Ac eadem secreto loquimur quae prius Bς eadem secreto quae prius loquimur d 10 sint acte nusquam ut deo A *Lipsius epist. quaest. V 15* sint hactenus qm̄ (quoniam b quam c) ut deo Bc sint hactenus ... ut adeo *lacuna paucarum litterarum ante* ut *relicta* d sint hactenus ut deo nunc ς 11 ut *posteriore loco om.* A, *add.* a 13 ex nobis *posteriore loco om.* A 15 illis usu *Lipsius* illius usu ABcd 16 praebeamus c cogitemus quam sit indignum, si *Cuspinianus. et videtur aliquid excidisse, quamquam* cogito si *dixit Plinius ep. V 8, 3* 18 principum *Livineius* principem ABcd 20 quibusque Bd quibus Ac clamoribus] praeconiis c 21 abstinentiam et mansuetudinem c quod nos ipsi A quid nos ipsius c 23 uniuersi praedicare solemus A celebrare uniuersi solemus Bdς uniuersi admirari solemus c uniuersi colimus *Duebnerus* 28 alteriusque B quasi non dicturi cdς non quasi dicturi A quasi nos dicturi B quasi non audituro *Heumannus apud Schwarzium*

nisi fecerit, comprecamur! ad quas ille voces lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur. agnoscit enim sentitque sibi, non principi dici. igitur quod temperamentum omnes in illo subito pie- 3
tatis calore servamus, hoc singuli quoque meditatique teneamus sciamusque nullum esse neque sincerius neque acceptius genus gratiarum, quam quod illas adclamationes aemuletur, quae fingendi non habent tempus. quantum ad me pertinet, laborabo ut orationem meam ad modestiam principis moderationemque summittam nec minus considerabo, quid aures eius pati possint, quam quid virtutibus debeatur. magna et inusitata principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor ne me in laudibus suis parcum quam ne nimium putet. haec me cura, haec difficultas sola circumstat: nam merenti gratias agere facile est, patres conscripti. non enim periculum est ne, cum loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat, cum de frugalitate, luxuriam, cum de clementia, crudelitatem, cum de liberalitate, avaritiam, cum de benignitate, livorem, cum de continentia, libidinem, cum de labore, inertiam, cum de fortitudine, timorem. ac ne illud quidem vereor, ne gratus ingratusve videar, prout satis aut parum dixero. animadverto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et sanctitate laetari, gratioremque existimari qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit. sed 4
parendum est senatus consulto, quo ex utilitate publica placuit ut consulis voce sub titulo gratiarum agendarum boni principes quae facerent recognoscerent, mali quae facere deberent. id nunc eo magis sollemne ac necessarium est, quod parens noster privatas gratiarum actiones cohibet et comprimit, intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi vetare quod senatus iuberet. utrumque, Caesar Auguste, moderate, et quod alibi tibi gratias agi non sinis et quod hic sinis. non enim a te ipsi tibi honor

---

2 multo pudore **Bcd** pudore multo **A**. *fortasse* multo rubore: *cf. ep. I 14, 8* sentitque **bd** sentique *corr. al. man.* sentitque β, *om.* **Ac** 4 seruauimus ς quoque *corr.* quique **b** 6 aemuletur *Cuspinianus* emulemur **ABcd** 7 ad me attinet ς 11 gloria *om.* **A**, *add.* **a** 13 circumstant **B** 14 patres conscripti] p. c. **Bacd** P. S. **A** 20 enim *om.* **c** etiam *om.* **d** 22 eorum] deorum **d** 24 quo **A** *H. Stephanus* qui **a** quod **Bd**ς cui quod **c** 29 permittere **b** pretermitteret **c** 30 tibi gratias **Bacd** gratias tibi **A** 31 agi **Abcd** agere *corr.* agi β non enim a te ipsi tibi honor iste sed agentibus habetur *Schwarzius* non enim a te ipso tibi honor iste sed ab (ab *in fine versus om.* **d**) agentibus habetur **ABcd** non enim tibi honor iste, sed a te agentibus habetur *I. A. Ernestius*

iste, sed agentibus habetur. cedis adfectibus nostris, nec nobis munera tua praedicare, sed audire tibi necesse est.

Saepe ego mecum, patres conscripti, tacitus agitavi, qualem quantumque esse oporteret cuius dicione nutuque maria terrae pax bella regerentur, cum interea fingenti formantique mihi principem, quem aequata dis immortalibus potestas deceret, numquam voto saltem concipere succurrit similem huic quem videmus. enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace: alium toga, sed non et arma honestarunt: reverentiam ille terrore, alius amorem humilitate captavit: ille quaesitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit: postremo adhuc nemo extitit cuius virtutes nullo vitiorum confinio laederentur. at principi nostro quanta concordia quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriae contigit! ut nihil severitati eius hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detrahitur! iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis et dignitas oris, ad hoc aetatis indeflexa maturitas nec sine quodam munere deum festinatis senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata caesaries, nonne longe lateque principem ostentant? talem esse oportuit quem non bella civilia nec armis oppressa res publica, sed pax et adoptio et tandem exorata terris numina dedissent. an fas erat nihil differre inter imperatorem quem homines et quem di fecissent? quorum quidem in te, Caesar Auguste, iudicium et favor tunc statim, cum ad exercitum proficiscereris, et quidem inusitato enotuit. nam ceteros principes aut largus cruor hostiarum aut sinister volatus avium consulentibus nuntiavit: tibi ascendenti de more Capitolium quamquam non id agentium civium clamor ut iam principi occurrit, siquidem omnis turba quae limen insederat ad ingressum tuum foribus

---

3 cogitaui *corr. al. man.* agitaui **b** qualem quantumque **Bcς** quale quantumque **d** qualem ac quantum **A** 8 emicuit **ς** obsoleuit **dς** absoleuit **ABc** 10 humilitate] humanitate *vulgo* hic in publico *om.* **A** 11 paratam **d** 12 atque principi **A** 13 contemptus **A** 14 contingit **dς** seueritati eius hilaritate (ilaritate **B**) nihil grauitati simplicitate (ita *add.* **a**) nihil maiestati **Bacd** seueritate (*corr.* —ti **A**[2]) eius ita nihil maiestati **A** 15 detrahatur **cς** 17 ad hec **c** inflexa *Beroaldus* indefessa *Paturolus* indevexa *Mommsenus coll. Cic. ad Att. IX 10, 3 Senec. epist. 12, 5* 18 festinatis *Catanaeus et codex Parisinus Schwarzii* festinantis **ABcd** 20 nec] non **d** 21 exorata **Ad** exorta **B** orata **c** 22 at fas **A** 23 in te, Caesar Auguste, indicio favor tunc — et quidem inusitato enotuit *Mommsenus* 25 inusitato (inusitata **c**) enotuit **Bacd** inusitato innotuit **A** inusitato enituit **ς** inusitato iudicio enituit *Cuspinianus*, *qui* indicio *voluisse videtur*, inusitato indicio enituit *Livineius*. *fortasse* inusitato omine enotuit 27 de more *om.* **A** 28 occurrerit **B**

reclusis illa quidem, ut tunc arbitrabatur, deum, ceterum, ut docuit eventus, te consalutavit imperatorem. nec aliter a cunctis omen acceptum est. nam ipse intellegere nolebas: recusabas enim imperare, recusabas, quod bene erat imperaturi. igitur cogendus fuisti. cogi porro non poteras nisi periculo patriae et nutatione rei publicae. obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. quare ego illum ipsum furorem motumque castrensem reor extitisse, quia magna vi magnoque terrore modestia tua vincendà erat; ac sicut màris caelique temperiem turbines tempestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuae gratiam illum tumultum praecessisse crediderim. habet has vices condicio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. occultat utrorumque semina deus, et plerumque bonorum malorumque causae sub diversa specie latent. magnum quidem illud saeculo dedecus, magnum rei publicae 6 vulnus impressum est, imperator et parens generis humani obsessus captus inclusus, ablata mitissimo seni servandorum hominum potestas ereptumque principi illud in principatu beatissimum, quod nihil cogitur. si tamen haec sola erat ratio quae te publicae salutis gubernaculis admoveret, prope est ut exclamem tanti fuisse. corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres; inductum pessimum exemplum, ut optimum opponeretur; postremo coactus princeps quos nolebat occidere, ut daret principem qui cogi non posset. olim tu quidem adoptari merebare; sed nescissemus quantum tibi deberet imperium, si ante adoptatus esses. expectatum est tempus quo liqueret non tam accepisse te beneficium quam dedisse: confugit in sinum tuum concussa res publica, ruens imperium super imperatorem imperatoris tibi voce delatum est. imploratus adoptione et accitus es, ut olim duces magni a peregrinis externisque bellis ad opem patriae ferendam revocari solebant. ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem prae-

---

1 illa] iam **B**ς ut tum arbitrabatur ut deum **c** 2 te consul consalutauit **A** imperatorem **Bacd** imperator **A** 3 uolebas **B** 4 imperaturi **Bd** imperatori **A** imperaturo **c**ς 6 nutatione *Cuspinianus et codex Livineii* mutatione **ABcd** 9 at sicut ς 12 et ex aduersis **b** 13 nascantur **A**[2] *Cuspinianus, P. Faber semestr. II p. 261* nascantur *corr.* noscantur **b** noscantur **A**β**cd** utraque **A** 17 oblata **B** 19 quod ad nichil **c** erat ratio **bcd** erat oratio **A**β 23 opponeretur **Acd** imponerent **B** quos uolebat **c** quos nollet *Livineius* 25 nescissemus] nescis senium **B** 26 tempus in quo **B**ς 28 ruens **Acd** ruensque **B**ς 29 tibi *om.* **c**, *superscriptum habet* **b** 32 uno *om.* **c**

stitistis: ille tibi imperium dedit, tu illi reddidisti. solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo fecisti, immo ultro dantem obligasti: communicato enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est.

7 O novum atque inauditum ad principatum iter! non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. videaris licet quod est amplissimum consecutus inter homines, felicius tamen erat illud quod reliquisti: sub bono principe privatus esse desisti. adsumptus es in laborum curarumque consortium, nec te prospera et laeta stationis istius, sed aspera et dura ad capessendam eam compulerunt: suscepisti imperium, postquam alium suscepti paenitebat. nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optimus erat dignusque alter eligi, alter eligere. itaque adoptatus es non, ut prius alius atque alius, in gratiam uxoris. adscivit enim te filium non vitricus, sed princeps, eodemque animo divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur a principe. an senatum populumque Romanum, exercitus, provincias, socios transmissurus uni successorem e sinu uxoris accipias summaeque potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? non totam per civitatem circumferas oculos et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem dis simillimum inveneris? imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus: non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed principem civibus daturus es imperator. superbum istud et regium, nisi adoptes eum quem constet imperaturum fuisse, etiamsi non adoptasses. fecit hoc Nerva, nihil interesse

---

2 ad hoc aevi] adhuc qui ς paria **Abd** patria **βc** accipienda **A** 3 ultro dantem **bdς** ultra dantem **Aβ** dantem ultra **c** 6 alienus timor **AB** alienus rumor **c** alienus metus **d** 10 nec te **Bacd** non te **A** leta et prospera **Bς** 12 postquam **Bacd** quamquam **A** 13 uterque optimus — 326, 2 tumultus fuisset **R** 14 optimus dignusque erat alter **d** alter elegi alter elegere **R** 15 es] est **R** non *om.* **c** adque **R** 18 adsumi nisi adsumatur **R** assummi sed si assummatur **c** senatum populumque ro. **Bc** senatum po. q. ro. **d** senatum populique romani **A** senatus populique romani ς 19 socius trasmissurus unius successorē | me sinu **R** 21 totam per **R** per totam **ABcd** 22 circumferas **RBacd** conferas **A** 23 extimes **R** dis simillimum] dignissimum **R** 24 imperaturus — omnibus *om.* **A**, *add.* **a** *et in marg.* **A** 25 ut posses **R** 26 daturus es imperator *Livineius* daturus imperator **ABcd** daturus et imperatorem **R** daturus imperium **a** superbuum istut et regium est nisi **R** 28 interesse arbitratus **Ad** arbitratus interesse **B**. in **c** *haec et quae proxime secuntur perturbato ordine scripta sunt ita*, interesse arbitratus. Nescisti te imperatorem 326, 20—327, 32 quia deum credis. Minus est hoc cum genueris *325, 1—326*, 19 magnum uideretur si dicerem (327, 32) fit ab iis qui *sqq.*

arbitratus genueris an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi ac nascuntur; nisi quod tamen aequiore animo ferunt homines quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit. sedulo ergo vitavit hunc casum nec modo iudicium hominum sed deorum etiam in consilium adsumpsit. itaque non 8
in cubiculo, sed in templo, nec ante genialem torum, sed ante pulvinar Iovis optimi maximi adoptio peracta est, qua tandem non servitus nostra, sed libertas et salus et securitas fundabatur. sibi enim gloriam illam di vindicaverunt: horum opus illud, horum imperium, Nerva tantum minister fuit: utique qui adoptaret tam paruit quam tu qui adoptabaris. adlata erat ex Pannonia laurea id agentibus dis ut invicti imperatoris exordium victoriae insigne decoraret: hanc imperator Nerva in gremio Iovis collocarat, cum repente solito maior et augustior advocata hominum deorumque contione te filium sibi, hoc est unicum auxilium fessis rebus, adsumpsit. inde quasi depositi imperii qua securitate qua gloria laetus (nam quantulum refert deponas an partiaris imperium? nisi quod difficilius hoc est), non secus ac praesenti tibi innixus, tuis umeris se patriamque sustentans tua iuventa, tuo robore invaluit. statim consedit omnis tumultus. non adoptionis opus istud, sed adoptati fuit. atque adeo temere fecerat Nerva, si adoptasset alium. oblitine sumus ut nuper post ad-

---

1 genueris an elegeris **Acdς** genuerit an elegeris **R** genuerit an elegerit **B** 2 nascantur **c** nisi quod tamen **Acd** nisi tamen quod **Bς** nisi quod (*om.* tamen) **R** 3 principes **R** 4 nec modo iudicium **R** nec iudicio **Bcd** nec iudicia **A** nec iudicium *Catanaeus* nec in iudicium *Cuspinianus* 5 etiam consilium **R** etiam in concilium **c** itaque non in **R** itaque non tu in **Bcd** itaque non tui in **A** itaque non tua in **ς** itaque tui non in *G. H. Schaeferus* 6 nec antem genialem **R** 7 puluine **R** maxima **b** 8 sed salus et libertas et securitas **R** fundabatur **RABc** fundebatur **A²ad** 9 sibi enim uendicauerunt dii gloriam illam **B** sibi enim dii gloriam illam uindicauerunt **ς** horum opus illut horum imperium **R** horum (hoc **A** horum **a**) opus horum illud imperium **ABcd** 10 tantum minister fuit **Acd** tamen minister fuit **Bς** tantum fuit minister **R** utique qui adoptaret *I. A. Ernestius* ut qui adoptaret **R** utque qui adoptaret **Acd** uterque qui adoptaret **Bς** utique qui adoptarat *Schwarzius* teque cum adoptaret *Heumannus apud Schwarzium.* uterque, tam qui adoptabat, tum paruit, quam tu, qui adoptabaris *Gierigius: fortasse* et qui adoptabat tam paruit quam tu qui adoptabaris 12 inperatoris exordium **R** imperatoris exortum **ABcd** 13 decorarent **cd** hanc *om.* **R** collocaret **R** 14 solitum **R** maior et augustior **Abd** maior et angustior **βc** maior augustiorque **R** hominum concione deorumque **Bdς** contione hominum deorumque **R** hominum deorumque (*om.* contione) **A** hominum deorumque ope **c** 15 unicum] initium **c** fesses **R** 16 deposito imperio **ς** 18 nichil quod difficilius est **c** ac] ad **R** praesenti tibi innixus **Rbcd** praesenti tibi immissus innixus (*deleto v.* immissus) **β** praesenti tibi nixus **A** tibi presenti innixus **a** 21 opus istud sed adoptati fuit **R** opus istud (istud opus **A**) fuit sed adoptati **ABcd** adque adeo **R**

optionem non desierit seditio, sed coeperit? inritamentum istud irarum et fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te. an dubium est ut dare posset imperium imperator qui reverentiam amiserat auctoritate eius effectum, cui dabatur? simul filius, simul Caesar, mox imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in al-
9 terum filium contulit. magnum hoc tuae moderationis indicium, quod non solum successor imperii sed particeps etiam sociusque placuisti. nam successor, etiamsi nolis, habendus est; non est habendus socius, nisi velis. credentne posteri patricio et consulari et triumphali patre genitum, cum fortissimum amplissimum amantissimum sui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem, cum Germaniae praesideret, Germanici nomen hinc missum? nihil ipsum ut imperator fieret agitasse, nihil fecisse, nisi quod meruit et paruit? paruisti enim, Caesar, et ad principatum obsequio pervenisti, nihilque magis a te subiecti animi factum est, quam quod imperare coepisti: iam Caesar, iam imperator, iam Germanicus, absens et ignarus et post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus. magnum videretur, si dicerem 'nescisti te imperatorem futurum': eras imperator et esse te nesciebas. ut vero ad te fortunae tuae nuntius venit, malebas quidem hoc esse quod fueras; sed non erat liberum. an non obsequereris principi civis, legatus imperatori, filius patri? ubi deinde disciplina? ubi mos a maioribus traditus, quodcumque imperator munus iniungeret, aequo animo paratoque subeundi? quid enim, si provincias ex provinciis, ex bellis bella mandaret... eodem illo uti iure, cum ad imperium revocet, quo sit usus, cum ad exercitum miserit, nihilque interesse ire legatum an redire principem iubeat, nisi quod maior sit obsequii gloria in eo quod quis minus velit.

10 Augebat auctoritatem iubentis in summum discrimen auctoritas eius adducta, utque magis parendum imperanti putares

---

2 irarum] terrarum c 3 ut dare non posset ς 6 tantum] tamen **A** 7 contulit **Acd** contulitur β contulerit b tuae *superscriptum al. man. habet* b 8 solum *om.* **A** 9 nolis] nobis **A** est *posteriore loco om.* d 16 subiecti animi *Catanaeus* subiecti animo **ABc** subiecto animo d 19 *fortasse* pertinebat uiderent **B** 21 et te esse nesciebas **A** 23 an non obsequereris **Ad** an obsequereris **Ba** at non obsequeris c 25 aequo animo subeundum c 27 mandaretur c *lacuna quam indicavi excidisse videtur* an non par est *vel simile quiddam*: eodem illo uti iure posse putes cum *Catanaeus* eodem illum uti iure posse putes cum *Cuspinianus* eodem illum uti iure cum *Duebnerus* ad imperium te uocet *Baudius* 29 obsequii **Bd** obsequi **Ac** 31 iubentis] iubet **A** 32 eius *om.* c

efficiebatur eo, quod ab aliis minus parebatur. ad hoc audiebas senatus populique consensum: non unius Nervae iudicium illud, illa electio fuit. nam qui ubique sunt homines hoc idem votis expetebant; ille tantum iure principis occupavit primusque fecit quod facturi omnes erant. nec hercule tanto opere cunctis factum placeret, nisi placuisset ante quam fieret. at quo, di boni, temperamento potestatem tuam fortunamque moderatus es! imperator tu titulis et imaginibus et signis, ceterum modestia labore vigilantia dux et legatus et miles, cum iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires neque aliud tibi ex illa adoptione quam filii pietatem, filii obsequium adsereres longamque huic nomini aetatem, longam gloriam precarere. iam te providentia deorum primum in locum provexerat; tu adhuc in secundo resistere atque etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quam diu imperator et alius esset. audita sunt vota tua, sed in quantum optimo illi et sanctissimo seni utile fuit, quem di caelo vindicaverunt, ne quid post illud divinum et immortale factum mortale faceret. deberi quippe maximo operi hanc venerationem, ut novissimum esset, auctoremque eius statim consecrandum, ut quandoque inter posteros quaereretur an illud iam deus fecisset. ita ille nullo magis nomine publicus parens, quam quia tuus. ingens gloria ingensque fama: cum abunde expertus esset, quam bene umeris tuis sederet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eo ipso carus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat ne desideraretur. quem tu lacrimis primum, ita ut filium 11
decuit, mox templis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem, sed alia mente fecerunt. dicavit caelo Tiberius Augustum, sed ut maiestatis crimen induceret, Claudium Nero, sed ut inrideret, Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille, ut dei filius, hic, ut frater videretur. tu sideribus patrem intulisti non ad metum civium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia deum credis. minus est hoc, cum fit ab iis qui

1 minus *om.* **A** 3 nam] non **A** notis *corr. al. man.* uotis **b** notis **β** 4 tantum] tm̄ **c** primusque fecit **Bc** primus fecit **A** primusque (*om.* fecit) **d** 5 quod omnes facturi erant **B** 6 at quo dii boni temperamento **A** at quo (ad quod **d**) boni temperamento **Bd** at quo temperamento **c** at quo temperamento dii boni ς 7 potestatem tuam fortunamque tuam **β** 8 tu *om.* **β**ς 10 neque enim aliud **d** 12 iam te] in te **B** te ς 15 imperator alius **c** 16 opinio illi et sanctissimo illi seni **b** quem dii coelo ς quem dii de celo **ABd** quem de celo **c** 18 maximo] sanctissimo **c** hanc quoque uenerationem *Cuspinianus* 23 te terris **Bacd** et terris **A** 26 honestasti **βd** honestastis **A**, *corr.* honestasti **c** honestati **b** idem hoc **c** 28 crimen] numen ς 31 non in honorem tuum *om.* **A** 32 ab iis **Abc** ab his **βd**

et sese deos putant. sed licet illum aris pulvinaribus flamine colas, non alio tamen magis deum et facis et probas, quam quod ipse talis es. in principe enim qui electo successore fato concessit una eademque certissima divinitatis fides est bonus successor. num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiae accessit? num hos proximos divinitate parentum desides ac superbos potius quam illos veteres et antiquos aemularis? qui hoc ipsum imperium ...

cuius pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium, quam si triumpharet. ergo sustulerant animos et iugum excusserant nec iam nobiscum de sua libertate, sed de nostra servitute certabant ac ne indutias quidem nisi aequis condicionibus ini-
12 bant legesque, ut acciperent, dabant. at nunc rediit omnibus terror et metus et votum imperata faciendi. vident enim Romanum ducem unum ex illis veteribus et priscis, quibus imperatorium nomen addebant contecti caedibus campi et infecta victoriis maria. accipimus obsides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis immensisque muneribus paciscimur ut vicerimus. rogant, supplicant; largimur, negamus, utrumque ex imperii maiestate: agunt gratias qui impetraverunt; non audent queri quibus negatum est. an audeant, qui sciant te adsedisse ferocissimis populis eo ipso tempore quod amicissimum illis, difficillimum nobis, cum Danubius ripas gelu iungit duratusque glacie ingentia tergo bella transportat, cum ferae gentes non telis magis quam suo caelo, suo sidere armantur? sed ubi in proximo tu, non secus ac si mutatae temporum vices essent, illi quidem latibulis suis

---

2 tamen magis deum A magis tamen deum Bd magis deum tamen c et facis et *om.* A 3 talis es Bacd talis est A enim *om.* A 4 eademque certissima Aβ idemque certissima bd eademque (*om.* certissima) c itemque certissima ς 6 num hos proximos bcd num hoc proximos β num proximos A parentum *om.* c 7 aemularis *Livineius et codex Mediolanensis* emuleris ABcd 8 imperium qm̄ (quoniam b) ..... cuius *lacuna paucarum litterarum relicta* B imperium quoniam imper .... cuius *lacuna decem litterarum relicta* c imperium qm̄ imp. cuius A imperium ipm̄. imp. cuius quibus a imperium quoniam imper cuius d imperium peperere quod modo hostes inuaserant contempserantque cuius *Catanaeus* imperium peperere, quod modo hostes inuaserant contemserantque, quoniam imperabat is (imperator is *Schwarzius*) cuius *I. F. Gronovius obs. IV 16 et Schwarzius. plura etiam quam quae ab editoribus addita sunt excidisse videntur* 10 quam si triumpharetur ς quam si ab illis triumpharetur *Catanaeus* quam quod triumpharetur *codex Livineii* 14 uidet B 15 imperatorum nomen B 17 accepimus ac. accipimus obsides: ergo non emimus *Mommsenus* non eminus B 18 damnis A damus B donis d, *in lacuna om.* c paciscimur *Catanaeus* pascimur ABcd 21 an *om.* A 23 ripas gelu Abcd gelu ripas βa duratus glacie c 25 ubi *om.* c

clausi tenebantur; nostra agmina percursare ripas et aliena occasione, si permitteres, uti ultroque hiemem suam barbaris inferre gaudebant.

Haec tibi apud hostes veneratio. quid? apud milites quam 13
admirationem quem ad modum comparasti? cum tecum inediam, tecum ferrent sitim; cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres, nihil a ceteris nisi robore ac praestantia * libero Marte nunc eminus tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum et laetus, quotiens aut cassidi tuae aut clipeo gravior ictus incideret (laudabas quippe ferientes hortabarisque ut auderent, et audebant iam); cum spectator *moderator*que ineuntium certamina virorum arma componeres, tela temptares, ac siquod durius accipienti videretur, ipse vibrares. quid, cum solacium fessis, aegris opem ferres? non tibi moris tua inire tentoria, nisi commilitonum ante lustrasses, nec requiem corpori nisi post omnes dare. nec mihi admiratione dignus imperator videretur, si inter Fabricios et Scipiones et Camillos talis esset: tunc enim illum imitationis ardor semperque melior aliquis accenderet. postquam vero studium armorum a manibus ad oculos, ad voluptatem a labore translatum est, postquam exercitationibus nostris non veteranorum aliquis, cui decus muralis aut civica, sed graeculus magister adsistit, quam magnum est unum ex omnibus patrio more, patria virtute laetari et sine aemulo, sine exemplo secum certare, secum contendere ac, sicut imperat solus, solum ita esse qui debeat imperare! non incunabula haec tibi, Caesar, et 14
rudimenta, cum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres nomenque Germanici iam tum mererere, cum ferociam

---

5 cum tecum] quomodo tecum **a** 6 ferrent sitim **Ac** ferret sitim **b** ferres sitim **β** sitim ferret **d** meditatione campestri **BA²acd** meditatione terpestri **A** uelitatione campestri *coniecit Mommsenus* 8 praestantia libero **Bcd** praestantia dispar libero **A** praestantia differens cum libero **ς** praestantia differres cum libero *Cuspinianus* praestantia distans libero *Duebnerus.* nihilque ceteris robore ac praestantia dispar libero *olim edidi. sed* dispar *e coniectura profectum est* eminus *G. H. Schaeferus* cominus **ABcd** 9 uibrares **β** librares **Abcd** uibrata **ABd** librata **c** 10 tuae] tui **b** 11 feriens **A** ferientis **a** 12 spectator moderatorque **ς** *e coniectura Puteolani, ut videtur,* spectatorque **Acd** spectator quę **Ba** 13 tela — 14 vibrares *om.* **A** ac siquod **Bς** ac siquid **d** *Livineius* ac quod **c** durius] grauius *Rittershusius* 15 moris **Bd** mos **Ac** 17 nec] Hac **ABd** ac **ac**: hac mihi admiratione dignus imperator non uideretur **ς** hac mihi admiratione minus dignus imperator videretur *coniecit Mommsenus* 19 immirationis **B** incenderet *corr.* accenderet **b** 21 ueteranorum **Bd** ueterum **Ac** 22 decus corona muralis **A** 24 aemulo ac sine **Bcd** 25 imperat **ς** imperaret **ABcd** imperet *Livineius* 26 non] nonne **ς** nam *Mommsenus* 28 tum mererere **Aς** tum merere **Bd** tum mererem **ac** tum merebare cod. Mediol.

superbiamque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes Rhenumque et Euphraten admirationis tuae societate coniungeres? cum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus peragrares, apud eos semper maior et clarior, quibus postea contigisses? et necdum imperator, necdum dei filius eras. Germaniam *Hispaniam*que cum plurimae gentes ac prope infinita vastitas interiacentis soli tum Pyrenaeus, Alpes immensique alii montes, nisi his comparentur, muniunt dirimuntque. per hoc omne spatium cum legiones duceres seu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum umquam, non equum respexisti. levis hic, non subsidium itineris, sed decus et † cum subsequebatur, ut cuius nullus tibi usus, nisi cum die stativorum proximum campum alacritate discursu pulvere attolleres. initium laboris mirer an finem? multum est quod perseverasti, plus tamen quod non timuisti ne perseverare non posses. nec dubito quin ille qui te inter illa Germaniae bella ab Hispania usque ut validissimum praesidium exciverat, iners ipse alienisque virtutibus tunc quoque invidus imperator, cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Iove post saevos labores duraque imperia regi suo indomitus semper indefessusque referebat, cum aliis super
15 alias expeditionibus itinere illo dignus invenireris. tribunus vero disiunctissimas terras teneris adhuc annis viri firmitate lustrasti, iam tunc praemonente fortuna ut diu penitusque perdisceres quae mox praecipere deberes. neque enim prospexisse castra brevemque militiam quasi transilisse contentus ita egisti tribunum, ut dux esse statim posses nihilque discendum haberes tempore do-

---

1 Parthorum] barbarorum *Schwarzius, qui ante* nomenque *quaedam excidisse coniecit, quibus germanica victoria Traiani indicata esset* 2 eufratem **ABcd** societate] fama *cod. Mediol.* ς 4 apud deos *corr.* apud eos b *fortasse* quibus posterior contigisses 5 nec dei b germaniamque cum **ABcd** germanumque cum a germaniamque quam cum *cod. Mediol.* Hispaniam Germaniamque cum *Baunius* Germaniam quidem cum *Schwarzius. plura excidisse suspicatur Dierauerus Beitr. z. e. krit. Gesch. Traians p. 193* 7 interiacentis tum **A** interiacentes soli tum a 8 comparentur **A**c compararentur **B**d dirimunturque **A** 10 raperes non **A**c rapere sed non bd raperes sed non β non (*om.* raperes) a 11 hic *om.* c et cum subsequebatur **B**cd et tamen subsequebatur **A** et cum ceteris subsequebatur ς. *fortasse* et ornamentum subsequebatur 12 ut *om.* **A** 14 mirer **A**²dς miser *corr. al. man.* mirer β miser bc miserar a miserear **A** 15 non *om.* c 16 ad hispaniam **A** 21 indefessusque **B**acd indefensusque **A** supra alias c 22 itinere illo] munere alio *Catanaeus* vero *om.* c 24 iam tum premonente ut c praemuniente *vel* praemoliente *Lipsius* 25 prospexisse **B**d prospexisti **A** prospexti c 26 transilisse *Arntzenius* transisse **ABcd** 27 dux esse statim **A** esse statim dux **B**ς esse dux statim acd haberes om. c

cendi. cognovisti per stipendia decem mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum, et diversam aquarum caelique temperiem ut patrios fontes patriumque sidus ferre consuesti. quotiens equos, quotiens emerita arma mutasti! veniet ergo tempus quo posteri visere visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa praetexerint, quod denique tectum magnus hospes impleveris, ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia isdem in locis monstrabantur. verum haec olim: in praesentia quidem, quisquis paulo vetustior miles, hic te commilitone censetur. quotus enim quisque cuius tu non ante commilito quam imperator? inde est quod prope omnes nomine appellas, quod singulorum fortia facta commemoras; nec habent adnumeranda tibi pro re publica vulnera, quibus statim et laudator et testis contigisti.

Sed tanto magis praedicanda est moderatio tua, quod innu- 16
tritus bellicis laudibus pacem amas nec, quia vel pater tibi triumphalis vel adoptionis tuae die dicata Capitolino Iovi laurus, idcirco ex occasione omni quaeris triumphos. non times bella nec provocas. magnum est, imperator Auguste, magnum est stare in Danubii ripa, si transeas, certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus. quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. nam ut ipse nolis pugnare moderatio, fortitudo tua praestat ut neque hostes tui velint. accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus nec falsae simulacra victoriae, sed imperatorem veram ac solidam gloriam reportantem tranquillitatem et tam confessa hostium obsequia, ut vincendus nemo fuerit. pulchrius hoc omnibus triumphis. neque enim umquam nisi ex contemptu imperii nostri factum est ut vinceremus. quodsi quis barbarus rex eo insolentiae furorisque

1 regionumque situs opportunitatem locorum **A** 6 qui sudores *I. A. Ernestius* auserit *corr.* hauserit **b** auxerit *corr.* hauserit β 7 praetexuerint *Gesnerus* 8 ipsi *om.* **A** sacra *om.* **A** 10 hic] hęc **B** 11 censetur **Abcd** censentur *corr.* censetur β quisque **Abcd** quisquis β 12 omnis **A** 13 nec] hęc **B** habet **ac** 14 statim laudator **Bd**ς 16 tanto *om. cod. Mediol.* ς est praedicanda **d** 17 tibi *om.* **c** 18 adoptationis **b** 21 certum triumphi **Bc** certum triumphum **A** certus triumphi **d** 24 praestabit **c** 25 mimicos *Livineius* inimicos **ABc** iniquos **d** inanes ς 26 imperatore — reportante tranquillitatem ς imperatore — reportante pacem tranquillitatem *Cuspinianus* ac solidam **Bacd** et solidam **A** 27 et tamen confessa **B**ς hostium] hominum **c** obsequia ut uincendus **A**ς obsequi (sequi *corr. al. man.* obsequi **b**) aut incendiis **Bd** obsequia incendiis **c** 29 uestri **b**

processerit, ut iram tuam indignationemque mereatur, ne ille, sive interfuso mari seu fluminibus immensis seu praecipiti monte defenditur, omnia haec tam prona tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptum mare inlatasque sibi non classes nostras, sed terras ipsas ar-
17 bitretur. videor iam cernere non spoliis provinciarum et extorto sociis auro, sed hostilibus armis captorumque regum catenis triumphum gravem: videor ingentia ducum nomina nec indecora nominibus corpora noscitare: videor intueri immanibus ausis barbarorum onusta fercula et sua quemque facta vinctis manibus sequentem; mox ipsum te sublimem instantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clipeos quos ipse perfoderis. nec tibi opima defuerint, siquis regum venire in manus audeat nec modo telorum tuorum sed oculorum etiam minarumque coniectum toto campo totoque exercitu opposito perhorrescat. meruisti proxima moderatione ut, quandocumque te vel inferre vel propulsare bellum coegerit imperii dignitas, non ideo vicisse
18 videaris, ut triumphares, sed triumphare, quia viceris. aliud ex alio mihi occurrit. quam speciosum est enim quod disciplinam castrorum lapsam extinctamque refovisti depulso prioris saeculi malo, inertia et contumacia et dedignatione parendi! tutum est reverentiam, tutum caritatem mereri, nec ducum quisquam aut non amari a militibus aut amari timet: [et] inde offensae pariter gratiaeque securi instant operibus, adsunt exercitationibus, arma moenia viros aptant. quippe non is princeps qui sibi imminere, sibi intendi putet quod in hostes paretur; quae persuasio fuit illorum qui hostilia, cum facerent, timebant. iidem ergo torpere militaria studia nec animos modo sed et corpora ipsa lan-

---

1 ne ille siue (*vel* sine) timore interfuso mari **c** 2 monte **Acd** morte *corr. al. man.* monte **b** morte **β** 3 defenditur *cod. Mediol.* **ς** dependitur **Bad** deprehenditur **Ac** 4 sentiet **ς** censet **ABd**, *om.* **c** cernet *vel* sciet *Schwarzius* subsedisse **bc** subsidisse **Aβd** 7 sed hostilibus **A** *Catanaeus* sed hostibus **Bd** sed hostium **c** 9 uocitare **Bς** ausis — 10 manibus *om.* **B** 10 facta] fata *codex Venetus Schwarzii* iunctis **A** 11 sublimem curru instantemque domitarum *Heumannus Poecil. III 45* 13 defuerint **βc** defuerunt **Abd** 14 nec non modo *Gesnerus* 15 perhorruisset *corr. al. man.* perhorrescat **b** 16 ut quandocunque **Aς** ut quandoque **Bad** ut si quandoque **c** 18 uidearis] iudicaris **B** 20 lapsam extinctamque **βc** lapsam ac extinctam **A** lapsam extinctam **bd** renouasti **c** 22 tutum caritatem **B** tutum est caritatem **Ac** tutum claritatem **d** 23 offensae pariter gratiaeque **Acd** offensae gratiaeque pariter **Bς** offensae gratiaeque **a** 24 armamenta uiros *Livineius* 25 aptant **Bacd**, *corr.* optant **A** *26 parent* **B** 27 timebantur **B** iidem ergo torpere **Ad** idem ergo tempore **Ba** idem ergo torpeant **c** eodem ergo tempore *cod. Mediol.* **ς**

guescere, gladios etiam incuria hebetari retundique gaudebant. duces porro nostri non tam regum exterorum quam suorum principum insidias nec tam hostium quam commilitonum manus ferrumque metuebant. est haec natura sideribus, ut parva et exilia 19
validiorum exortus obscuret: similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine ullius deminutione maior: eandem auctoritatem praesente te quisque retinebat; quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu quoque illos reverebare. itaque perinde summis atque infimis carus sic imperatorem commilitonemque miscueras, ut studium omnium laboremque et tamquam exactor intenderes et tamquam particeps sociusque relevares. felices illos, quorum fides et industria non per internuntios et interpretes, sed ab ipso te, nec auribus tuis, sed oculis probabantur! consecuti sunt ut absens quoque de absentibus nemini magis quam tibi crederes. iam te civium desideria revocabant, amoremque 20
castrorum superabat caritas patriae. iter inde placidum ac modestum ac plane a pace redeuntis. nec vero ego in laudibus tuis ponam quod adventum tuum non pater quisquam, non maritus expavit: adfectata aliis castitas, tibi ingenita et innata interque ea quae imputare non possis. nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium; annona quae ceteris; ad hoc comitatus accinctus et parens: diceres magnum aliquem ducem ac te potissimum ad exercitus ire: adeo nihil aut certe parum intererat inter imperatorem factum et futurum. quam dissimilis nuper alterius principis transitus! si tamen transitus ille, non populatio fuit, cum abactus hospitum exerceret, omniaque

---

1 hebetari retundique **A**ς hebetari recondique **a** hebetari et undique **Bd** hebetari undique **c** 3 ferrumque] plerunque **d** 5 ualidiorum **A** *Cuspinianus* ualidorum **Bacd** 6 dignitates inumbrantur **A** quidem omnibus **d** 7 diminutione **ABcd** 8 praesente te quisque retinebat **A** praesente quisque retinebat *cod. Mediol.* praesente te quisquam (absente *add. al. man.*) retinebat β praesente te quisquam absente retinebat **cd** praesente te quisquam retinebat absente retinebat **b** praesente te quisque quam absente retinebat ς reuerentia **Abcd** reuerentiam *corr.* —tia β 12 releuares **Acd** reuelares *corr. al. man.* releuares β reuelares **b** 14 probantur *cod. Mediol.* ς 15 ut *al. man. superscriptum habet* **b** 16 iam te **Bacd** item te **A** 18 ac plane **Ac** et plane **Bd** ut plane ς redeuntibus **c** 21 tumultus *om.* β 23 et patens **c** et parcus *Cuspinianus* 25 et breui futurum *Catanaeus* 26 nuper] imperatori **B** si tamen transitus *om.* **c** 27 abactus hospitum exerceret ς abactus hospitium exerceret **Ad** abactus hospitium exereret (*corr.* exerceret β) **B** ab acto hospitium exerceret **c** abactus hospitum exerceretur *vel* exercerentur *I. A. Ernestius* abacta hospitum iumenta cerneres *Gierigius*

dextra laevaque perusta et attrita, ut si vis aliqua vel ipsi illi barbari quos fugiebat inciderent. persuadendum provinciis erat illud iter Domitiani fuisse, non principis. itaque non tam pro tua gloria quam pro utilitate communi edicto subiecisti, quid in utrumque vestrum esset impensum. adsuescat imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat, tamquam rationem redditurus: edicat quid absumpserit; ita fiet ut non absumat quod pudeat edicere. praeterea futuri principes, velint nolint, sciant † tanti tuum constat, propositisque duobus exemplis meminerint perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

21 Nonne his tot tantisque meritis novos aliquos honores, novos titulos merebare? at tu etiam patris patriae recusabas. quam longa nobis cum modestia tua pugna! quam tarde vicimus! nomen illud, quod alii primo statim principatus die, ut imperatoris et Caesaris, receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu quoque, beneficiorum tuorum parcissimus aestimator, iam te mereri fatereris. itaque soli omnium contigit tibi ut pater patriae esses, ante quam fieres. eras enim in animis, in iudiciis nostris, nec publicae pietatis intererat quid vocarere, nisi quod ingrata sibi videbatur, si te imperatorem potius vocaret et Caesarem, cum patrem experiretur. quod quidem nomen qua benignitate, qua indulgentia exerces! ut cum civibus tuis quasi cum liberis parens vivis! ut reversus imperator, qui privatus exieras, agnoscis, agnosceris! eosdem nos, eundem te putas, par omnibus et hoc tantum ceteris maior, quod melior.

22 Ac primum qui dies ille, quo expectatus desideratusque urbem tuam ingressus es! iam hoc ipsum, quod ingressus es,

---

1 illi *om.* **A**, *add.* **a** 2 inciderint *Schwarzius* 3 itaque] ita **A** 6 tanquam **Acd** quasi **B** 7 absumpserit **Abς** adsumpserit **a** assumpserit **βcd** ita fiet — 8 principes *om.* **A** absumat **bς** assumat **βcd** 8 edicere *Lipsius* dicere **Bcd** sciant (tanti constat!) propositisque *Schwarzius* sciant: 'tanti constat', propositisque *Duebnerus* 9 tanti tuum constat **Acd** tantum constat **Bς** tanti iter tuum constat *Rittershusius* quanti tuum constet *I. F. Gronovius* tanti constare quantum constat *Mommsenus* prepositisque **B** prepositionisque **d** 13 etiam nomen patris patriae **ς** etiam patris patriae nomen *cod. Mediol.* 14 tua *om.* **c** 15 primum *corr.* primo **b** ut imperatoris *corr.* et imperatoris **β** 17 extimator **βd** fateris **A** 20 quid uocarere **A** quid uocare *corr. al. man.* quid uocarere **β** quid uocare **bcd** 24 uiuas **c** agnoscis agnosceris **Bcd** agnosceris agnoscis **A** tu agnosceris **a** a nobis agnosceris *Beatus Rhenanus* agnoscis *Gierigius* 26 quod melior *Livineius* quo melior **ABcd** 27 ac primum qui dies **ς** ac primum quid dies **Bacd** ac primum quidē dies **A** ac primum quidem qui dies *Schwarzius* 28 iam hoc ipsum quod ingressus es *om.* **βcd**, *add.* ***Ab*** *et al. man.* **β**

quam mirum laetumque! nam priores invehi et importari solebant, non dico quadriiugo curru et albentibus equis, sed umeris hominum, quod arrogantius erat. tu sola corporis proceritate elatior aliis et excelsior non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia principum egisti. ergo non aetas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit quo minus oculos insolito spectaculo impleret. te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum tui quasi ad salutem sanitatemque prorepere. inde alii se satis vixisse te viso, te recepto, alii nunc magis esse vivendum praedicabant. feminas etiam tunc fecunditatis suae maxima voluptas subiit, cum cernerent cui principi cives, cui imperatori milites peperissent. videres referta tecta ac laborantia ac ne eum quidem vacantem locum, qui non nisi suspensum et instabile vestigium caperet, oppletas undique vias angustumque tramitem relictum tibi, alacrem hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque clamorem. tam aequalis ab omnibus ex adventu tuo laetitia percepta est, quam omnibus venisti; quae tamen ipsa cum ingressu tuo crevit ac prope in singulos gradus adaucta est. gratum erat cunctis quod senatum osculo exciperes, 23
ut dimissus osculo fueras, gratum quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares, gratum quod tantum *non* ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes; gratius tamen quod sensim et placide, et quantum respectantium turba pateretur, incederes, quod occursantium populus te quoque, te immo maxime artaret, quod primo statim die latus tuum crederes omnibus. neque enim stipatus satellitum manu, sed circumfusus undique nunc senatus nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiae genus invaluisset, silentes quietosque lictores tuos subsequebare: nam milites nihil a plebe habitu

---

1 nam priores **c**ς num priores **ABd** 3 quod arrogantius erat *pro glossemate habuit Gruterus* 5 non aetas **A**ς noua actas **Bc** nulla actas **d** 8 conspectum tuum *codex Livineii* 15 caperet *om.* **c** 17 equalis ab omnibus **Ad** equa ab omnibus β aeqne ab omnibus **b** aequalis ex omnibus **c** aequaliter ab omnibus *cod. Mediol.* ς 19 in *om.* **A**, *add.* **a** 21 ordinis *om.* **c** 22 gratum quod] gratumque **b** tantum non ultro *Lipsius* tantum ultro **ABcd** tantumnum ultro *Catanaeus* tantum tum non ultro *Livineius* 23 clientibus **Acd** dicentibus **B** 24 gratius tu quod **b** gratius quod tu β et quo tum te spectantium **A** 25 incederes **Bacd** incideres **A** occursantium β**cd** accursantium **a** accusantium **b**, *corr.* accursantium **A** 26 te immo **bd** te imo β**c** te in uno **A** artaret *Behrius* astaret **ABd** adstaret **c** primo statim **Acd** primo quoque **B** 30 nam] iam *N. Heinsius*

tranquillitate modestia differebant. ubi vero coepisti Capitolium ascendere, quam laeta omnibus adoptionis tuae recordatio! quam peculiare gaudium eorum qui te primi eodem loco salutaverant imperatorem! quin etiam deum ipsum *patrem* tuum praecipuam voluptatem operis sui percepisse crediderim. ut quidem isdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud deorum prolaturus arcanum, quae circumstantium gaudia! quam recens clamor! quam similis illi dies, qui hunc genuit diem! ut plena altaribus, angusta victimis cuncta! ut in unius salutem collata omnium vota! cum sibi se ac liberis suis intellegerent precari quae pro te precarentur. inde tu in palatium quidem, sed eo vultu, ea moderatione, ut si privatam domum peteres; ceteri ad penates suos quisque, iteraturus gaudii fidem, ubi nulla necessitas
24 gaudendi est. onerasset alium eius modi introitus; tu cotidie admirabilior et melior, talis denique, quales alii principes futuros se tantum pollicentur. solum ergo te commendat augetque temporis spatium. iunxisti enim ac miscuisti res diversissimas, securitatem olim imperantis et incipientis pudorem. non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis nec osculum manu reddis: manet imperatori quae prior oris humanitas: incedebas pedibus, incedis: laetabaris labore, laetaris; eademque illa quae omnia circa te nihil in ipso te fortuna mutavit. liberum est ingrediente per publicum principe subsistere, occurrere, comitari, praeterire: ambulas inter nos, non quasi contingas, et copiam tui, non ut

---

2 omnibus *om.* **A** 3 eodem loco *om.* **B** salutauerant *codex Salisburgensis Schwarzii et Livineius* salutauerunt **ABc** salutauerint **d** 4 deum ipsum patrem tuum *Beroaldus* deum (eleum **d**) ipsum tuum **ABcd** deum ipsum tum *Livineius* 5 ut quod hisdem β 6 imploraturus **A** 7 recens] repens *Lipsius* 8 illi diei qui hunc genuit dies *Livineius* hunc *om.* **b** 9 augusta **c**ς in unius salutem collata **d** *Livineius* in unius salute collata **ABc** in unius salute collocata *cod. Mediol.* 10 ac] et **A** 11 sed *om.* **d**: sed eo uultu sed ea moderatione *cod. Mediol.* ς 14 alium] alius β huius *corr. al. man.* eius β huius **c** 20 que prior oris humanitas **Ac** que prior ori humanitas β que prima oris humanitas **d** quae prior oris oris humanis (*corr.* —ni) **b** quae prioris humanitas *cod. Mediol.* ς quae prior humanitas *Catanaeus* quae prius oris humanitas *Livineius* quae prior oris hnmanitas dextrae uerecundia *Cuspinianus* 21 eademque omnia illa circa te nihil ipso te **AB**ς eademque illa omnia circa te nihil ipso te **d** eademque ea omnia circa te nichil in ipso te **c** eademque (quae *add. Gruterus*) omnia illa circa te nihil ipsum te *Livineius et Gruterus* eademque omnia: ita circa te, nihil in ipso te *Lipsius* eadem quae omnia illa circa te nihil in ipso te *Gesnerus* eademque omnia illa circa te, nihil ipsa te *Schwarzius* 22 ingredientem per publicum subsistere **A** 24 inter nos non quasi contingas **B** inter nos non quasi contingat **A**ς inter nos quasi contingas **c** inter nos ut quasi contingas **d** inter nos non ut contingas *cod. Mediol.* ut *om.* **c**

imputes, facis. haeret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermoni suus cuique pudor, non tua superbia facit. regimur quidem a te et subiecti tibi, sed quem ad modum legibus sumus: nam et illae cupiditates nostras libidinesque moderantur, nobiscum tamen et inter nos versantur. emines, excellis, ut honor, ut potestas, quae super homines quidem, hominum sunt tamen. ante te principes fastidio nostri et quodam aequalitatis metu usum pedum amiserant. illos ergo umeri cervicesque servorum super ora nostra, te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas super ipsos principes vehunt; te ad sidera tollit humus ista communis et confusa principis vestigia.

Nec vereor, patres conscripti, ne longior videar, cum sit 25
maxime optandum ut ea pro quibus aguntur principi gratiae multa sint. quae quidem reverentius fuerit integra inlibataque cogitationibus vestris reservari quam carptim breviterque perstringi, quia fere sequitur ut illa quidem de quibus taceas tanta quanta sunt esse videantur: nisi vero leviter attingi placet locupletatas tribus datumque congiarium populo et datum totum, cum donativi partem milites accepissent. an mediocris animi est his potius repraesentare, quibus magis negari potest? quamquam in hac quoque diversitate aequalitatis ratio servata est. aequati sunt enim populo milites eo quod partem, sed priores, populus militibus, quod posterior, sed totum statim accepit. enimvero qua benignitate divisum est, quantaeque curae tibi fuit ne quis expers liberalitatis tuae fieret! datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, aequatique sunt ceteris illi etiam quibus non erat promissum. negotiis aliquis, valetudine alius, hic mari, ille fluminibus distine-

---

7 At ante te principes nostri fastidio et **A** 10 ipsos **Bacd** omnes **A** 11 ista communis et confusa principis uestigia **A** ita communis et confusa principis uestigia **Bcd** ita communia et confusa principis uestigia *cod. Mediol.* ς te communia et confusa priuatis uestigia *Freinshemius in Curt. VI 5, 5* ita communis et confusa plebis ac principis (*vel* confusa principis civiumque) vestigia *Schwarzius* ista communis et confusa privatis principis vestigia *Mommsenus. an* communis et confusa ista civium et principis vestigia? 12 nec reor **A** 14 quae quidem **βd** quae maxime quidem (*expuncto v.* maxime) **b** quae quodque **Ac** 17 *post* videantur *haec fere excidisse coniecit Mommsenus,* illa autem de quibus breviter dixeris propter id ipsum exigua et pusilla habeantur. *simile supplementum proposuerat Gesnerus* locupletas **B** 18 et datum **Bacd** ut datum **A** 22 sed priores *codex Salisburgensis Schwarzii* ς sed prior est **ABd** sed potior est **c** 24 qua | qua benignitate **B** quanta benignitate **d** diuisum est **abcd** diuisus (*corr.* —um) est **β** est diuisum **A** quantae curae ς 25 libertatis **β** iis **cd** his **AB** 27 non erat permissum (*corr. al. man.* prom.) **b** nouerat promissum **β** 28 distinebatur **Abc** destinabatur **βd**

batur: expectatus est, provisumque ne quis aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset: veniret quisque, cum vellet, veniret quisque, cum posset. magnificum, Caesar, et tuum disiunctissimas terras munificentiae ingenio velut admovere immensaque spatia liberalitate contrahere, intercedere casibus, occursare fortunae atque omni ope adniti ne quis e plebe Romana dante congiarium te hominem se magis sentiret fuisse
26 quam civem. adventante congiarii die observare principis egressum in publicum, insidere vias examina infantium futurusque populus solebat. labor parentibus erat ostentare parvulos impositosque cervicibus adulantia verba blandasque voces edocere. reddebant illi quae monebantur, ac plerique inritis precibus surdas principis aures obstrepebant ignarique quid rogassent, quid non impetrassent, donec plane scirent, differebantur. tu ne rogari quidem sustinuisti et, quamquam laetissimum oculis tuis esset conspectu Romanae subolis impleri, omnes tamen, antequam te viderent adirentve, recipi incidi iussisti, ut iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur, crescerent de tuo qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent, tantumque omnes uni tibi quantum parentibus suis quisque deberet. recte, Caesar, quod spem Romani nominis sumptibus tuis suscipis. nullum est enim magno principe immortalitatemque merituro impendii genus dignius, quam quod erogatur in posteros. locupletes ad tollendos liberos ingentia praemia et pares poenae adhortantur; pauperibus educandi una ratio est bonus princeps. hic fiducia sui procreatos nisi larga manu fovet, auget, amplectitur, occasum imperii, occasum rei publicae accelerat frustraque proceres plebe neglecta, ut desectum corpore caput nutaturumque instabili pondere, tuetur. facile est coniectare quod perceperis gaudium,

---

1 expectatus **Acd** expectatum **b**ς expectatumque *corr.* expectatum β 3 et illud disiunctissimas terras **A** et terras illas disiunctissimas *corr.* illud et terras disiunctissimas **a** 4 admonere **A** 7 se *om.* **B** 8 adventante antea *G. H. Schaeferus. fortasse* ante te adventante egressum publicum **A** 9 vias *om.* **B**ς 10 solebant **c** 12 ac] aeque *corr.* ac β at *Gesnerus* 13 obstrepebant **Ac** adstrepebant **Bd**ς 14 differebant **B** 17 audirentue **c** incidi **Bd**ς includi **c**, *om.* **A** 18 parentem publicum *cod. Mediol.* ς parentum publicum **Bcd** publicum parentum **A** munere **Bc** munus **Ad** 21 quisque **Acd** quisquis β unusquisque **b** 22 sumptibus suscipis tuis **A** 24 locupletes (locupletos β) attollendos **B** 25 adhortantur **Ac** cohortantur **bd**ς cohortabantur β educandi **A** educandis **Bcd**ς 28 frustra princeps plebe ς frustraque proceres princeps plebe *Lipsius* 29 desectum **B** defectum **Acd**

cum te parentum liberorum senum infantium puerorum clamor exciperet. haec prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum praestitisti, ne rogarent. super omnia est tamen quod talis es, ut sub te liberos tollere libeat expediat. nemo iam parens filio nisi fragilitatis 27 humanae vices horret, nec inter insanabiles morbos principis ira numeratur. magnum quidem est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum; maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis. atque adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat; non alat, dum non occidat: nec deerunt qui filios concupiscant. contra largiatur et auferat, alat et occidat: ne ille iam brevi tempore effecerit ut omnes non posterorum modo sed sui parentumque paeniteat. quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo, neque a te liberi civium, ut ferarum catuli, sanguine et caedibus nutriuntur; quodque gratissimum est accipientibus, sciunt dari sibi quod nemini est ereptum locupletatisque tam multis pauperiorem esse factum principem tantum, quamquam ne hunc quidem. nam cuius est quidquid est omnium, tantum ipse quantum omnes habet. alio me vocat numerosa gloria tua. alio autem? quasi 28 vero iam satis veneratus miratusque sim quod tantam pecuniam profudisti, non ut flagitii tibi conscius ab insectatione eius averteres famam, nec ut tristes hominum maestosque sermones laetiore materia detineres. nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti, nec tibi bene faciendi fuit causa ut quae male feceras impune fecisses. amor impendio isto, non venia quaesita est, populusque Romanus obligatus a tribunali tuo, non exoratus recessit. obtulisti enim congiarium gaudentibus gaudens securusque securis; quodque antea principes ad

---

2 imbuit a ς incubuit **A** imbutus *corr. al. man.* imbuit β imbutus **bd** imbutas **c** 4 es talis **c** 5 libeat et expediat *Sichardus* frugalitatis β 8 in spem alimentorum *om.* **A** 11 nec deerunt — 12 occidat *om.* **B** 12 iam breui *Gesnerus* in tam breui **ABcd** inquam breui *Livineius* in breui *Rittershusius* tum in breui *I. F. Gronovius* quam breui *Buchnerus* etiam breui *Schwarzius* 14 in tua tota **Bd** in tota tua **A** in tota (*om.* tua) **c** 15 alimenta de tuo *om.* **Ac** 17 grauissimum β 18 locupletatisque multis **A** locupletatisque multum **c** esse factum principem tantum **Bac** esse principem factum tantum **A** factum esse principem tantum **d** 19 quamquam — 20 tantum *om.* **c** ne hunc quidem **b** *Gesnerus* nec hunc quidem β**d** nec hoc quidem **A** 20 quicquid omnium **A** 21 innumerosa β 24 hominum] homines **d** 27 impune fecisse **A** 30 principes **Abd** princeps *corr.* principes β princeps **c**

odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo dedisti, quam populus accepit. paulo minus, patres conscripti, quinque milia ingenuorum fuerunt, quae liberalitas principis nostri conquisivit, invenit, adscivit. hi subsidium bellorum, ornamentum pacis publicis sumptibus aluntur patriamque non ut patriam tantum verum ut altricem amare condiscunt. ex his castra, ex his tribus replebuntur, ex his quandoque nascentur quibus alimentis opus non sit. dent tibi, Caesar, aetatem di quam mereris serventque animum quem dederunt: et quanto maiorem infantium turbam iterum atque iterum iubebis incidi! augetur enim cotidie et crescit, non quia cariores parentibus liberi, sed quia principi cives. dabis congiaria, si voles; praestabis alimenta, si voles: illi tamen propter te nascuntur.

29 Instar ego perpetui congiarii reor adfluentiam annonae. huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriae quam pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, oriens triumphis occidensque lustratus. nec vero ille civilius quam parens noster auctoritate consilio fide reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit diversasque gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur. nonne cernere datur ut sine ullius iniuria omnis usibus nostris annus exuberet? quippe non ut ex hostico raptae perituraeque in horreis messes nequiquam quiritantibus sociis auferuntur. devehunt ipsi quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit, nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt. emit fiscus quidquid videtur emere. inde copiae, inde annona, de qua inter licentem vendentemque
30 conveniat, inde hic satietas nec fames usquam. Aegyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est, ut nihil imbribus caeloque deberet; siquidem proprio semper amne perfusa nec alio genere aquarum solita pinguescere, quam quas ipsa devexerat, tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris

---

1 obiectabat **c** 2 tu iam innocentius **A** 5 hi **A**β his **cd** ii **b** 8 non opus non sit **b** 10 et] ergo **c** 11 iubebis incidi *Livineius* uidebis incidi **ABcd** uidebis iubebis incidi *Cuspinianus* 13 praestabis alimenta si voles *om.* **B**ς 15 ego] ergo **c** 19 itineribus terras, itinera terris *Mommsenus* 23 annus] amnis **B** exuberetur **b**, *corr. al. man.* exuberet β non ex hostibus rapte **c** 24 nequicquam **ABcd** quiritantibus *codex Salisburgensis Schwarzii et Livineius* queritantibus **ABcd** 27 emit] sinit **A** videtur] iubetur *Livineius* 28 licentes *corr.* —em β *32 ipsa Lipsius* ipse **ABcd**

quasi numquam cessura certaret. haec inopina siccitate usque ad iniuriam sterilitatis exaruit, quia piger Nilus cunctanter alveo sese ac languide extulerat, ingentibus ille quidem tunc quoque fluminibus, fluminibus tamen conferendus. hinc pars magna terrarum mergi repararique amne consueta alto pulvere incanduit. frustra tunc Aegyptus nubila optavit caelumque respexit, cum ipse fecunditatis parens contractior et exilior isdem ubertatem eius anni angustiis quibus abundantiam suam cohibuisset. neque enim solum vagus ille, cum expanditur, amnis intra usurpata semper collium substiterat atque haeserat, sed supino etiam ac detinenti solo non placido se mollique lapsu refugum abstulerat necdum satis umentes terras addiderat arentibus. igitur inundatione, id est ubertate, regio fraudata sic opem Caesaris invocavit, ut solet amnem suum; nec longius illi adversorum fuit spatium, quam dum nuntiat. tam velox, Caesar, potentia tua est tamque in omnia pariter intenta bonitas et accincta, ut tristius aliquid saeculo tuo passis ad remedium salutemque sufficiat ut scias. omnibus equidem gentibus fertiles annos gratas- 31
que terras precor: crediderim tamen per hunc Aegypti statum tuas fortunam vires experiri tuamque vigilantiam spectare voluisse. nam cum omnia ubique secunda merearis, nonne manifestum est, siquid adversi cadat, tuis laudibus tuisque virtutibus materiam campumque praesterni, cum secunda felices, adversa magnos probent? percrebruerat antiquitus urbem nostram nisi

---

1 haec inopina **b**ς haec inopia β Nec inopina **Ad** hac inopia **c** 2 ad iniuriam **Ac** in iniuriam **B** in indiam **d** contanter **A** 3 ingentibus — quoque] ingentibus quidem (*superscr. al man.* quoque) tune quidem nile **A** ingentibus quoque tune quidem Nile **a** ingentibus quidem quoque tune ille **B** ingentibus quidem tune quoque ille **d** ingentibus quoque tunc quidem ille **c**ς 4 fluminibus fluminibus tamen conferendus **AB** fluminibus tamen conferendus **d** fluminibus conferendus **c**ς 5 mergi repararique amne **A** mergere pararique amne **d** mergere parique amne **B** mergere parari amne **c** mergi palanti amne *codex Salisburgensis Schwarzii* ς mergi repararique palanti amne *Gesnerus* incanduit] induit **A** 6 tunc] tum **A** tamen **a** 7 ubertatem eius anni angustiis ς ubertatis eius anni angustiis **A** ubertatis eius angustiis **Bcd** 8 quibus ad abundantiam **A** 9 solus β, *corr.* solum **b** cum expanditur amnis **A** expandatur amnis **B** expandebatur amnis **d** expandit et amnis **c** expanditor amnis ς 10 semper *om.* **Ac** 11 detinenti] clementi **a** non *om.* ς lapsum *corr.* —su **b** refugium **c** refusum **d** 12 et necdum *vulgo* necdumque *Livineius* 13 id est] idem **A** fraudata] fundata **A** 15 tua potentia **A** 17 passis] possis **b** 20 spectare **c** expectare **ABd** ostentare *Cuspinianus* spectari *Lipsius* 21 omnia ubique secunda **Bd**ς omnia secunda ubique **Ac** merearis] tuearis **c** 23 praesterni *Lipsius* prosterni **ABcd**: *cf. ep. V 8 extr.* 24 magno **b**

opibus Aegypti ali sustentarique non posse: superbiebat ventosa et insolens natio, quod victorem quidem populum pasceret tamen, quodque in suo flumine, in suis navibus vel abundantia nostra vel fames esset. refudimus Nilo suas copias: recepit frumenta quae miserat deportatasque messes revexit. discat igitur Aegyptus credatque experimento non alimenta se nobis, sed tributa praestare: sciat se non esse populo Romano necessariam et tamen serviat. post haec, si volet, Nilus amet alveum suum et fluminis modum servet: nihil hoc ad urbem ac ne ad Aegyptum quidem, nisi ut inde navigia inania et vacua et similia redeuntibus, hinc plena et onusta et qualia solent venire mittantur, conversoque munere maris hinc potius venti ferentes et brevis cursus optentur. mirum, Caesar, videretur, si desidem Aegyptum cessantemque Nilum non sensisset urbis annona; quae tuis opibus, tua cura usque illuc redundavit, ut simul probaretur et nos Aegypto posse et nobis Aegyptum carere non posse. actum erat de fecundissima gente, si libera fuisset: pudebat sterilitatis insolitae, nec minus erubescebat fame, quam torquebatur, cum pariter a te necessitatibus eius pudorique subventum est. stupebant agricolae plena horrea, quae non ipsi refersissent, quibus de campis illa subvecta messis, quave in Aegypti parte alius amnis. ita beneficio tuo nec maligna tellus, et obsequens Nilus Aegypto quidem saepe, sed gloriae nostrae
32 numquam largior fluxit. quam nunc iuvat provincias omnes in fidem nostram dicionemque venisse, postquam contigit princeps, qui terrarum fecunditatem nunc huc nunc illuc, ut tempus et necessitas posceret, transferret referretque, qui diremptam mari gentem ut partem aliquam populi plebisque Romanae aleret ac tueretur! et caelo quidem numquam benignitas tanta, ut omnes

---

1 sustinerique c superbiebat Abcd superbierat β superbiat a 2 tamen *om.* Aβ, *add.* bcd 3 nauibus Ad *Livineius* manibus Bcς 4 refundimus cd 5 igitur] ergo c 7 populi ro. b 8 et tantum seruiat *Livineius* post haec Bacd post hic *corr.* post hec A si uolet nilus amet ABd si nolet nilus amet A²a si nilus uolet amet c 12 conuersosque B 13 breues *cod. Mediol.* 17 gente] parte *cod. Mediol.* 18 stelitatis insolitae β insolitae sterilitatis A erubescebat Bacd erubescat A quam torquebatur d *Beroaldus* qua (*corr. al. man.* quam b) torquebatur ABc 21 quibusque de campis *Cuspinianus* 22 amnis Ac amnus *corr.* annus b annus βd nec maligna Bd nec benigna Ac 23 sed gloriae — fluxit *om.* c 24 quam nunc cdς quoniam nunc AB omnes *om.* β 25 princeps terrarum qui fecunditatem B 26 illuc Bacd illud A 27 transfert refertque c diremptam A²ac direptam ABd 29 *et*] *e* A

simul terras ubertet foveatque: hic omnibus pariter, si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat: hic, si non fecunditatem, at bona fecunditatis importat: hic alternis commeatibus orientem occidentemque conectit, ut quae feruntur quaeque expetuntur opes invicem capiant gentes et discant, quanto libertate discordi servientibus sit utilius unum esse cui serviant. quippe discretis quidem bonis omnium sua cuiusque ad singulos mala, sociatis autem atque permixtis singulorum mala ad neminem, ad omnes omnium bona pertinent. sed sive terris divinitas quaedam sive aliquis amnibus genius, et solum illud et flumen ipsum precor ut hac principis benignitate contentum molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. non quidem reposcimus fenus; putet tamen esse solvendum fallacemque unius anni fidem omnibus annis omnibusque postea saeculis tanto magis, quia non exigimus, excuset.

Satis factum qua civium qua sociorum utilitatibus. visum 33
est spectaculum inde non enerve nec fluxum nec quod animos virorum molliret et frangeret, sed quod ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet, cum in servorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis et cupido victoriae cerneretur. quam deinde in edendo liberalitatem, quam iustitiam exhibuit omni adfectione aut intactus aut maior! impetratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur. institit ultro et ut concupisceremus admonuit, ac sic quoque plura inopinata, plura subita. iam quam libera spectantium studia, quam securus favor! nemini impietas, ut solebat, obiecta, quod odisset gladiatorem; nemo e spectatore spectaculum factus miseras voluptates unco et ignibus expiavit. demens ille verique honoris ignarus, qui crimina maiestatis in harena colligebat ac se de-

---

1 terras **Bacd** terre *corr.* terras **A** ubertet **A** uberet **Bcd** 3 alternis *Lipsius* eternis **ABcd** 4 ut quae ferunt quaeque expetunt (expectunt *corr.* expetunt b) opes gentes discant inuicem capiant quanto **ABcd** ut quae feruntur quaeque expetuntur omnes gentes et discant inuicem capiant quanto *Puteolanus* ut quae ubique feruntur (seruntur *Livineius*) quaeque expetuntur omnes gentes inuicem capiant et discant quanto *Catanaeus et Livineius* 5 libertati discordi seruientibus *Gesnerus* libertate discordi ruentibus *Mommsenus* 6 esse unum **B** 9 ad omnes omnium bona *Livineius* ad omnes (omnis **A**) omnia bona **ABcd** 12 multiplicataque restituat **A** non equidem ς 15 excuset] exenset **B** 17 nec *posteriore loco om.* **Ac**, *add.* **Bd** 23 oblatum quod non postulabatur *om.* **cd** 24 ac sic quoque plura **bd**ς ac si quoque plura **βac** ac si plura quoque **A** 27 nemo e spectatore spectaculum *Livineius* nemo et spectator et spectaculum **Aβ** nemo expectator expectaculum **bcd** nemo spectator spectaculum *cod. Mediol.* ς 29 in arena **c**ς in harc β in hac re **Ab** in hara **d**

spici et contemni, nisi etiam gladiatores eius veneraremur, sibi
male dici in illis, suam divinitatem, suum numen violari inter-
pretabatur, cumque se idem quod deos, idem gladiatores quod
34 se putabat. at tu, Caesar, quam pulchrum spectaculum pro illo
nobis execrabili reddidisti! vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum. non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant: nulla iam testamenta secura, nullus status certus: non orbitas, non liberi proderant. auxerat hoc malum partim avaritia ... advertisti oculos atque ut ante castris ita postea pacem foro reddidisti: excidisti intestinum malum et provida severitate cavisti ne fundata legibus civitas eversa legibus videretur. licet ergo cum fortuna tum liberalitas tua visenda nobis praebuerit, ut praebuit, nunc ingentia robora virorum et pares animos, nunc immanitatem ferarum nunc mansuetudinem incognitam, nunc secretas illas et arcanas ac sub te primum communes opes; nihil tamen gratius, nihil saeculo dignius, quam quod contigit desuper intueri delatorum supina ora retortasque cervices. agnoscebamus et fruebamur, cum velut piaculares publicae sollicitudinis victimae supra sanguinem noxiorum ad lenta supplicia gravioresque poenas ducerentur. congesti sunt in navigia raptim conquisita ac tempestatibus dediti: abirent, fugerent vastatas delationibus terras, ac siquem fluctus ac procellae scopulis reservassent, hic nuda saxa et inhospitale litus incoleret, ageret duram et anxiam vitam relictaque post tergum totius generis humani securitate mae-
35 reret. memoranda facies, delatorum classis permissa omnibus ventis coactaque vela tempestatibus pandere iratosque fluctus sequi, quoscumque in scopulos detulissent. iuvabat prospectare statim a portu sparsa navigia et apud illud ipsum mare agere principi gratias, qui clementia sua salva ultionem hominum terrarumque dis maris commendasset. quantum diversitas temporum posset tum maxime cognitum est, cum isdem quibus antea cau-

1 uenerarentur β 3 cum se ς 4 At tu cesar quam pulchrum spectaculum caesar b 5 delatorum iudicium ABd *et adscr. in marg.* inductum a delatorum inductum c delatorum agmen inductum *Cuspinianus* 6 illi non iter *Cuspinianus* illi nouiter A²Bd in nouam A in nonam a illi norant c 7 insiderant β 8 nullius status *Cuspinianus* 9 partim ABd partum c principum ς. *lacunam qua alterum sententiae membrum excidisse videtur indicavi* aduertisti Abd auertisti βc 10 ut antea c excedisti b 15 illas archanas β 19 cum uelut — 345, 26 remissa *om.* c velut] uero *corr. in marg.* uelut B peculiares A solitudinis d 21 ut tempestatibus dediti abirent fugerentque *Schwarzius* 22 fugerentque ς uastas A 29 apud illum ipsum Bς 32 quibus *om.* A

tibus innocentissimus quisque tunc nocentissimus adfigeretur, cumque insulas omnes, quas modo senatorum, iam delatorum turba compleret; quos quidem non in praesens tantum sed in aeternum repressisti mille poenarum indagine inclusos. ereptum alienas pecunias eunt, perdant quas habent; expellere penatibus gestiunt, suis exturbentur neque, ut antea, exsanguem illam et ferream frontem nequiquam convulnerandam praebeant punctis et notas suas rideant, sed expectent paria praemio damna nec maiores spes quam metus habeant timeantque quantum timebantur. ingenti quidem animo divus Titus securitati nostrae ultionique prospexerat ideoque numinibus aequatus est. sed quanto tu quandoque dignior caelo, qui tot res illis adiecisti, propter quas illum deum fecimus! id hoc magis arduum fuit, quod imperator Nerva te filio, te successore dignissimus perquam magna quaedam edicto Titi adstruxerat nihilque reliquisse nisi tibi videbatur, qui tam multa excogitasti, ut si ante te nihil esset inventum. quae singula quantum tibi gratiae dispensata adiecissent! at tu simul omnia profudisti, ut sol et dies non parte aliqua, sed statim totus, nec uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur.

Quam iuvat cernere aerarium silens et quietum et quale 36
ante delatores erat! nunc templum illud, nunc vere aedes, non spoliarium civium cruentarumque praedarum saevum receptaculum ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus in quo optimo principe boni malis impares essent. manet tamen honor legum, nihilque ex publica utilitate convulsum, nec poena cuiquam remissa, sed addita est ultio, solumque mutatum quod iam non delatores, sed leges timentur. at fortasse non eadem severitate fiscum qua aerarium cohibes; immo tanto maiore, quanto plus

---

1 tunc nocentissimus **B** nunc nocentissimus **A** tunc innocentissimus **d** affligeretur **A** 3 in presens **Bad** imprasens **A** 4 mille] in illa **A** 5 eunt **ABd** eant **A**² predant β 6 ut antea] utantur eis **A** 7 nequicquam **ABd** 8 sed expectent *Schwarzius* sed spectent **ABd** paria praemio damna **B** paria premi . (*corr. al. man.* premio) damna **d** paria praemia ac damna **A** pro praemio damna *cod. Mediol.* 9 timeant quantum **A** 10 diuus tuus titus β 12 quandoque] quando **A** illis *Lipsius* illi **Bd**ς illo **A** 13 illum deum **A** alium deum **Bd** 14 perquam magna *Cuspinianus* per quem magna **ABd**: postquam magna — adstruxerat, nihil reliquisse *ex editione Ascensiana Gesnerus* 15 Titi] tibi **b** 16 nisi *om.* ς 18 profudisti ς perfudisti **ABd** ut sol ut dies ut parte **A** 20 in comuni β 22 aedes *I. F. Gronovius obs. IV 16* deus **ABd** dei sedes *Schwarzius* non spoliarium **Bad** nunc spoliarium **A** 24 ac] qui *Giertgius* 25 impares sint *G. H. Schaeferus* 26 nihil ex **A** poena] penna **b**

tibi licere de tuo quam de publico credis. dicitur actori atque etiam procuratori tuo 'in ius veni, sequere ad tribunal'. nam tribunal quoque excogitatum principatui est par ceteris, nisi illud litigatoris amplitudine metiaris. sors et urna fisco iudicem adsignat: licet reicere, licet exclamare 'hunc nolo, timidus est et bona saeculi parum intellegit; illum volo, qui Caesarem fortiter amat'. eodem foro utuntur principatus et libertas, quaeque praecipua tua gloria est, saepius vincitur fiscus; cuius mala causa numquam est nisi sub bono principe. ingens hoc meritum; maius illud, quod eos procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios iudices malint. liberum est autem discriminis 'nolo eum eligere'. neque enim ullam necessitatem muneribus tuis addis, ut qui scias hanc esse beneficiorum principalium summam, si illis et non uti licet.

37 Onera imperii pleraque vectigalia institui ut pro utilitate communi ita singulorum iniuriis coegerunt. in his vicesima reperta est, tributum tolerabile et facile heredibus dumtaxat extraneis, domesticis grave. itaque illis inrogatum est, his remissum; videlicet quod manifestum erat, quanto cum dolore laturi seu potius non laturi homines essent destringi aliquid et abradi bonis quae sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent, quaeque numquam ut aliena et speranda, sed ut sua semperque possessa ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent. haec mansuetudo legis veteribus civibus servabatur: novi, seu per Latium in civitatem seu beneficio principis venissent, nisi simul cognationis iura impetrassent, alienissimi habebantur quibus coniunctissimi fuerant. ita maximum beneficium vertebatur in gravissimam iniuriam, civitasque Romana instar erat odii et discordiae et orbitatis, cum carissima pignora salva ipsorum pietate distraheret. inveniebantur tamen quibus tantus amor nominis nostri inesset, ut Romanam civitatem non vice-

---

3 principatui *Lipsius* cruciatui **B** cruciatum **Acd** cruciatu ς 6 volo] nolo **b**ς quia caesarem **B**ς 7 quaeque *Lipsius* quae **ABcd** 8 saepius **Bc** sepe **Ad** 10 eos| eo **b** 11 liberum est autem discriminis **Bd** liberum est disciminis **Ac** liberum est autem disceptanti dicere *Catanaeus* liberum est tamen disceptanti dicere *Livineius* 12 nolo eum **B**ς uolo cum **Acd**. *fortasse* nolo eum, alium volo 13 beneficium **B** 14 summam gratiam *Catanaeus* 16 ita *om.* **A**. *fortasse* ita non sine singulorum iniuriis cogerentur his **ABcd** coegerunt his *Catanaeus* uices una β 17 et facile *om.* **b** 19 cum labore **c** cum honore **d** 21 sacrorum denique **Bd** sacroque denique **Ac** 24 civibus *om.* **Ac** 28 in maximam iniuriam **d** 29 *odii* erat **A** 31 inesset **Bd** erat **Ac**

simae modo verum etiam adfinitatum damno bene compensari putarent. sed iis maxime debebat gratuita contingere, a quibus tam magno aestimabatur. igitur pater tuus sanxit ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis pervenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non recepissent, cum civitatem adipiscerentur, eius vicesimam ne darent. eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modo reductus esset in patris potestatem, ratus improbe et insolenter ac paene impie his nominibus inseri publicanum nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines velut intercedente vicesima scindi; nullum tanti esse vectigal, quod liberos ac parentes faceret extraneos. hacte- 38
nus ille: parcius fortasse quam decuit optimum principem, sed non parcius quam optimum patrem, qui *optimum* adoptaturus hoc quoque parentis indulgentissimi fecit, quod delibasse quaedam seu potius demonstrasse contentus largam ac prope intactam bene faciendi materiam filio reservavit. statim ergo muneri eius liberalitas tua adstruxit ut quem ad modum in patris filius sic in hereditate filii pater esset immunis nec eodem momento, quo pater esse desisset, hoc quoque amitteret, quod fuisset. egregie, Caesar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. bona filii pater sine deminutione possideat, nec socium hereditatis accipiat qui non habet luctus: nemo recentem et attonitam orbitatem ad computationem vocet cogatque patrem quid reliquerit filius scire. augeo, patres conscripti, principis munus, cum ostendo liberalitati eius inesse rationem. ambitio enim et iactantia et effusio et quidvis potius quam liberalitas existimanda est cui ratio non constat. dignum ergo, imperator, mansuetudine tua minuere orbitatis iniurias nec pati quemquam filio amisso insuper adfici alio dolore. sic quoque abunde misera res est pater filio solus heres: quid, si coheredem non a filio accipiat? adde quod, cum divus Nerva sanxisset ut in paternis bonis

---

1 affinitatum **Bd** affinitatis **Ac** 2 sed his **ABcd** debebat *om.* **Ac** gratuito **B** contingere **Bcd** contingeret **A** contingerē **a** 3 extimabatur **βd** 7 bonis *om.* **c** redactus esset in patris potestatem *Cuiacius obs. X 23* relictus esset in patris potestate *Livineius* esset] est **b** 10 esse tanti **B** 11 liberos et parentes **β** 13 qui optimum adoptaturus *Catanaeus* qui adoptaturus **ABcd** 14 delibasse *Berouldus* delibasset *Puteolanus* deliberasse **Abcd** diberasse **β** 16 statim ergo **βd** Satim ergo **bc** statim igitur **A** 19 desisset **Ac** dedisset **Bd** 21 diminutione **ABcd** 22 quem non habet *Lipsius* 23 quid reliquerit **B** quod reliquerit **Ac** qui reliquerit **d** 24 Ageo **β** 25 ostendero **c** 26 et *ultimo loco om.* **A** existimanda **bcd** extimanda **β** estimanda **A** 27 cui] cuius **c** 28 quicquam **B** 29 alieno dolore **c**

liberi necessitate vicesimae solverentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. cur enim posteris amplior honor quam maioribus haberetur? curve non retro quoque recurreret aequitas eadem? tu quidem, Caesar, illam exceptionem removisti, 'si modo filius in potestate patris fuisset', intuitus, opinor, vim legemque naturae, quae semper in dicione parentum esse liberos iussit nec uti inter pecudes sic
39 inter homines potestatem et imperium valentioribus dedit. nec vero contentus primum cognationis gradum abstulisse vicesimae secundum quoque exemit cavitque ut in sororis bonis frater et contra in fratris soror, utque avus et avia in neptis nepotisque et invicem illi servarentur immunes. iis quoque quibus per Latium civitas Romana patuisset idem indulsit omnibusque inter se cognationum iura concessit simul et pariter et more naturae, quae priores principes a singulis rogari gestiebant non tam praestandi animo quam negandi. ex quo intellegi potest, quantae benignitatis, quanti spiritus fuerit sparsas atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque conectere et quasi renasci iubere, deferre quod negabatur atque id praestare cunctis, quod saepe singuli non impetrassent, postremo ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi imputandique materiam. indignum, credo, ei visum ab homine peti quod di dedissent. sorores estis et frater, avus et nepotes: quid est ergo cur rogetis ut sitis? vobis estis. quippe pro cetera sua moderatione non minus invidiosum putat dare hereditatem quam auferre. laeti ergo adite honores, capessite civitatem: neminem hoc necessitudinis abruptum velut truncum amputatumque destituet: isdem omnes quibus ante pignoribus, sed honestiores per-

---

1 eandem Baed tandem A 2 cur enim posteris ς cur ei in posteris ABed cur ei (*superscr.* ī) posteris a 3 haberentur β cur ne non A 4 retro recurreret quoque e aequitas eadem ς aequitas non eadem Abed aequitas non eandem β 5 illam *om.* A, *add.* a 7 liberos esse b 10 et contra Abd et e contra βe ut contra a 11 auus et auia A auus auia Bed 12 iis quoque A his quoque Bed 13 indusit b 14 concessit] commisit ABed communi sit *cod. Mediol.* ς permisit *coniecit Schwarzius* simul Bd semel Ae et pariter et *om.* d 19 deferre] desere b negabatur Baed negebatur A 21 numerosa b 22 quod dii dedissent Aς quod dedissent Be quod natura dedisset d 23 soror *Livineius* fratres aui A quid est ergo? cur egetis ut sitis? (princeps *add. Gierigius*) uobis est is qui pro cetera *Scaliger et Gierigius* 24 cur rogetis ut sitis d *Livineius* cur regitis ut sitis b cur egetis ut sitis Aeς cur regitis β quippe] qui ABe quid d quin *Lipsius* 25 non minus odiosum d 26 adite Bed audite A adete a civitatem] ciuitē β

fruentur. ac ne remotus quidem iamque deficientis adfinitatis gradus a qualibet quantitate vicesimam inferre cogetur. statuit enim communis omnium parens summam quae publicanum pati posset. carebit onere vicesimae parva et exilis hereditas et, si 40
ita gratus heres volet, tota sepulcro, tota funeri serviet: nemo observator, nemo castigator adsistet. cuicumque modica pecunia ex hereditate alicuius obvenerit, securus habeat quietusque possideat. ea lex vicesimae dicta est, ut ad periculum eius perveniri nisi opibus non possit. conversa est iniquitas in gratulationem, iniuria in votum: optat heres ut vicesimam debeat. additum est ut qui eius modi ex causis in diem edicti vicesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent. at in praeteritum subvenire ne di quidem possunt: tu tamen subvenisti cavistique ut desineret quisque debere quod *non* esset postea debiturus, id est effecisti ne malos principes habuissemus. quo ingenio, si natura pateretur, quam libenter tot spoliatis, tot trucidatis sanguinem et bona refudisses! vetuisti exigi quod deberi non tuo saeculo coeperat. alius ut contumacibus irasceretur tarditatemque solvendi dupli vel et quadrupli inrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit, an constituas ut debeatur. feres, Caesar, 41
curam et sollicitudinem consularem. nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, delatores abegisse, vectigalia temperasse, interrogandus videris satisne computaveris imperii reditus. an tantas vires habet frugalitas principis, ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat? nam quid est causae, cur aliis quidem, cum

---

1 ac ne remotus quidem **d**ς ac ne remotius quidem **AB** ac remotius quidem **c** 2 cogetur βς cogentur **bcd** cogeretur **A** cogeres **a** 3 summamque publicam poposcit **c** 4 posset *Livineius* posset *corr.* possit **a** *cod. Mediol.* possit **ABd** onere **Bacd** one **A** 5 totam sepulchro totam funeri seruet **Ac** seruiet *Sichardus in marg. et Schwarzius e codice Veneto* seruet **Bd** seruetur ς 6 adsistet, cui utcumque modica pecunia *Mommsenus* cuicumque modica pecunia ex hereditate alicuius obuenerit *Schwarzius* cuiuscunque modica (modi ea **Bcd**ς) pecunia ex hereditate alicuius (alicuius *om.* **b**) obuenerit **ABcd**ς cuiuscumque modica pecunia ex hereditate alicui obuenerit *Livineius* 7 habet **c** 8 est dicta **A** 11 in diem **Acd** in idem **B** 12 non inferant **c** 14 ut desineret **Bacd** ut sineret **A** non *om.* **ABcd**, *add.* ς *et al. man.* β post te debiturus **c** 15 id est *Livineius* idē β idem **Abcd** fecisti **B**ς 16 quę libenter **B** 17 trucidatis] cruciatis β sanguine **B** 19 dupli uel et quadrupli **B** dupli uel quadrupli **cd** dupli et quadrupli **A** 20 iniquitati β deberi] debē β 26 habeat **c**ς frugalitas **A**ς fragilitas **Bcd** 27 nam cur est causae cur β

omnia raperent et rapta retinerent, ut si nihil rapuissent, defuerint omnia, tibi, cum tam multa largiaris et nihil auferas, omnia supersint? numquam principibus defuerunt qui fronte tristi et gravi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent; et erant principes ipsi sua sponte avidi et rapaces et qui magistris non egerent; plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt. sed ad tuas aures cum ceteris omnibus tum vel maxime avaris adulationibus obstructus est aditus. silent ergo et quiescunt, et postquam non est cui suadeatur, qui suadeant non sunt. quo evenit ut, cum plurimum tibi pro tuis, plus tamen pro nostris moribus debeamus.

42 Locupletabant et fiscum et aerarium non tam Voconiae et Iuliae leges quam maiestatis singulare et unicum crimen eorum qui crimine vacarent. huius tu metum penitus sustulisti contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quam qui sibi maiestatem vindicabant. reddita est amicis fides, liberis pietas, obsequium servis: verentur et parent et dominos habent. non enim iam servi nostri principis amici, sed nos sumus, nec pater patriae alienis se mancipiis cariorem quam civibus suis credit. omnes accusatore domestico liberasti unoque salutis publicae signo illud, ut sic dixerim, servile bellum sustulisti. in quo non minus servis quam dominis praestitisti: nos enim securos, illos bonos fecisti. non vis in te ea laudari, nec fortasse laudanda sint; grata sunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum servos subornantem monstrantemque crimina quae tamquam delata puniret, magnum et inevitabile ac totiens cuique experiendum malum, quotiens quisque similes principi servos

43 haberet. in eodem genere ponendum est quod testamenta nostra secura sunt, nec unus omnium, nunc quia scriptus, nunc quia

---

1 ut si nihil rapuissent nihil detinuissent (retinuissent *Livineius*) defuerint omnia *Cuspinianus et Livineius* 2 cum tam multa AB cum iam multa e cum multa d et nihil auferas ς et auferas Bc nec auferas quicquam A et nihil auferas ut si nihil largiaris et auferas d *Cuspinianus* 3 supersunt b fronte graui et tristi supercilio Bς 5 ipsi *om.* A 9 posquam β 10 ut tibi cum plurimum pro tuis B 12 non tam] non magis e 13 et singulare et unicum b 14 qui crimine Aς qui crimini bcd qui crimī β 15 magnitudini b 18 principis nostri Bς 20 omnes Ad omnes *corr.* omnis β omnis bc accusator é domestico B accusator e domestico e 21 ut] ait B, *om.* d 22 hos enim *cod. Mediol.* ς 23 in te ea] interea Aς in terra Bcd 27 totiens cuique] totienscumque β 29 nec unus Bacd non unus A omnium nunc quia scriptus nunc quia non scriptus heres cd *Cuspinianus* omnium nunc quia (non *add.* Aβ) scriptus heres ABς omnium numquam scriptus heres *Lipsius*

non scriptus, heres. non tu falsis, non tu iniquis tabulis advocaris. nullius ad te iracundia, nullius impietas, nullius furor confugit; nec quia offendit alius, nuncuparis, sed quia ipse meruisti. scriberis ab amicis, ab ignotis praeteriris, nihilque inter privatum et principem interest, nisi quod nunc a pluribus amaris: nam et plures amas. tene, Caesar, hunc cursum, et probabitur experimento, sitne feracius et uberius non ad laudem modo sed ad pecuniam principi, si herede illo mori homines velint, quam si cogantur. donavit pater tuus multa, et ipse donasti. cesserit parum gratus: manent tamen ii qui bonis eius * nihilque ex illis ad te nisi gloria redit. nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. sed quis ante te laudem istam pecuniae praetulit? quotus quisque principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum duxit, quod esset de suo? nonne ut regum ita Caesarum munera inlitos cibis hamos, opertos praeda laqueos aemulabantur, cum privatis facultatibus velut hausta et multiplicata retro secum quidquid attigerant referrent?

Quam utile est ad usum secundorum per adversa venisse! 44
vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti, quae tunc erat innocentium vita. scis et expertus es, quanto opere detestentur malos principes etiam qui malos faciunt: meministi quae optare nobiscum, quae sis queri solitus. nam privato iudicio principem geris, meliorem immo te praestas, quam tibi alium precabare. itaque sic imbuti sumus ut, quibus erat summa votorum melior pessimo princeps, iam non possimus nisi optimum ferre. nemo

---

1 heres es *Livineius* 3 confugit **Acd** contigit **B** 4 nihil inter **A** 6 nam *om.* **c.** *fortasse* nam et ipse plures amas pluris amas **A** tene **Acd** tunc **B** tenes *cod. Mediol.* ς et probabitur *Cuspinianus* et probiter **ABc** et probetur **d** et probatur *cod. Mediol.* ς 8 homines mori uellent **A** homines mori uelint **A²a** 9 quam si qui bonis tuis nichilque ex illis *lacuna quattuor versuum post* si *relicta* **c** multa, multa et ipse donasti *I. A. Ernestius* 10 cesserint parum gratis *Livineius* ceperit parum gratus *Lipsius*. *fortasse* cesserit parum grate manent tamen ii (hi **d**) qui bonis eius nihilque **bd** manet tamen hi qui bonis eius nihilque β manent tibi ii qui bonis eius nihilque **A** manent tamen ii qui bonis eius fruantur nihilque *Catanaeus* manent tamen ii qui bonis tuis fruuntur nihilque *Livineius* manent tamen aeque in bonis eius nihilque *Mommsenus* manent tamen sui in bonis eius nihilque *Duebnerus* 12 debitor *om.* **c** 15 cibis **Bacd** cibo *corr.* cibis **A** 16 hamos] amos β 17 hausta et implicata *e codice Veneto Schwarzius* aucta et multiplicata *Livineius* aucta et amplificata *Gruterus* 19 ad usum **Bd** ad usus **Ac** 21 detestentur **Abc** detestantur β testentur **d** 22 nobiscum **b** 23 solitus **Abcd** sollicitus β nunc priuato iudicio *Livineius* nam priuati iudicio *Lipsius* 24 quam tibi **A²βacd** quem tibi **b** que tibi **A** 26 possimus **cd**ς possumus **AB**

est ergo tam tui, tam ignarus sui, ut locum istum post te concupiscat: facilius est ut esse aliquis successor tuus possit, quam ut velit. quis enim curae tuae molem sponte subeat? quis comparari tibi non reformidet? expertus et ipse es, quam sit onerosum succedere bono principi, et adferebas excusationem adoptati: an parva pronaque sunt ad aemulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit, salva est omnibus vita et dignitas vitae, nec iam consideratus ac sapiens qui aetatem in tenebris agit? eadem quippe sub principe virtutibus praemia quae in libertate, nec bene factis tantum ex conscientia merces. amas constantiam civium rectosque ac vividos animos non, ut alii, contundis ac deprimis, sed foves et attollis. prodest bonos esse, cum sit satis abundeque, si non nocet: his honores, his sacerdotia, his provincias offers: hi amicitia tua, hi iudicio florent. acuuntur isto integritatis et industriae pretio similes, dissimiles adliciuntur: nam praemia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honestumque, prout bene aut secus cessit, expetant fugiantve; ceteri, ubi laboris inertiae, vigilantiae somno, frugalitatis luxuriae merces datur, eadem ista quibus alios artibus adsecutos vident consectantur, qualesque sunt illi, tales esse et videri vo-
45 lunt, et dum volunt, fiunt. et priores quidem principes excepto patre tuo, praeterea uno aut altero, et nimis dixi, vitiis potius civium quam virtutibus laetabantur, primum quod in alio sua quemque natura delectat, deinde quod patientiores servitutis arbitrabantur quos non deceret esse nisi servos. horum in sinum omnia congerebant; bonos autem otio ac situ abstrusos et quasi sepultos non nisi delationibus et periculis in lucem ac diem

---

1 tam tui *om.* b istum *Livineius* ipsum ABcd 2 possit quam ut possit uelit b 3 moles A 4 formidet c et *om. cod. Mediol.* 5 et efferebas B: et eam afferebas excusationem adoptanti *Livineius* adoptanti A 6 an prona paruaque Bς 9 praemia uirtutibus A 10 nec ex benefactis tantum sed et ex conscientia merces A nec ex conscientia merces c nec benefactis tantum ex conscientia sed etiam praemia sunt merces *Catanaeus* 11 rectosque ac uiuidos dς rectosque ac inuidos B rectosque (rectos A) ac mundos Ac erectosque ac uiuidos *Wassius in Sallust. Catil. 7* 14 ii amicitia tua ii iudicio bd 15 acuuntur Bd acciuntur A ac utuntur c isto *Lipsius* isti ABcd 18 bene aut secus cessit *Bentleius in Hor. sat. II 1, 31* bene ac secus cessit ABd bene cessit c expetant abcd expectant *corr.* expetant A expectant β 19 ubi (*superscr.* uti A²) labori A frugalitati A 21 esse ac uideri A 23 uno aut altero A²Bacd uno et altero A potius] poenis b 25 deinde quod *Aldus* denique quod A²ac denique quos ABd deinde quos ς arbitrantis c 27 autem otio ac situ *I. A. Ernestius* autem ocio aut situ AB aut ocio aut situ cd obstrusos B 28 in lucem ac diem Bd in lucem et *diem* Ac

proferebant. tu amicos ex optimis * et hercule aequum est esse eos carissimos bono principi, qui invisi malo fuerint. scis, ut sunt diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorem, quam qui maxime dominum graventur. hos ergo provehis et ostentas quasi specimen et exemplar, quae tibi secta vitae, quod hominum genus placeat; et ideo non censuram adhuc, non praefecturam morum recepisti, quia tibi beneficiis potius quam remediis ingenia nostra experiri placet. et alioqui nescio an plus moribus conferat princeps qui bonos esse patitur, quam qui cogit. flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe atque, ut ita dicam, sequaces sumus: huic enim cari, huic probati esse cupimus, quod frustra speraverint dissimiles; eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes [homines] unius moribus vivamus. porro non tam sinistre constitutum est, ut, qui malum principem possumus, bonum non possimus imitari. perge modo, Caesar, et vim effectumque censurae tuum propositum, tui actus obtinebunt. nam vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus est quam exemplo. quippe infidelis recti magister est metus. melius homines exemplis docentur, quae in primis hoc in se boni habent, quod approbant quae praecipiunt fieri posse. et quis terror valuisset efficere 46
quod reverentia tui effecit? obtinuit aliquis ut spectaculum pantomimorum populus Romanus tolli pateretur, sed non obtinuit ut vellet: rogatus es tu quod cogebat alius, coepitque esse beneficium quod necessitas fuerat. neque enim a te minore concentu ut tolleres pantomimos quam a patre tuo ut restitueret exactum est. utrumque recte: nam et restitui oportebat quos sustulerat malus princeps et tolli restitutos. in iis enim quae a malis bene fiunt hic tenendus est modus, ut appareat auctorem displicuisse, non factum. idem ergo populus ille, aliquando

---

1 amicum β ex optimis et (et *al. man. add.* b) hercule **ABcd** ex optimis legis et hercule *Catanaeus. fortasse* ex optimis sumis et hercule 2 bono principi *om.* d inuisi malo ς inuisi in malo **B** minus si in malo **d** formidulosi malo **A** odiosi malo **c** ut sunt diuersa *codex Parisinus Schwarzii et Livineius* ut sint diuersa **Acd** ut sicut diuersa **B**ς 4 dominum grauentur **Bd** domino grauentur **c** dominio grauentur **A** 7 tibi] tu **b** 10 qui tegit **B** ducimur **Bad** dicimur *corr.* ducimur **A** ducuntur **c** 12 sperauerint *codex Parisinus Schwarzii et Gruterus* sperauerunt **ABcd** 14 homines *delevit G. H. Schaeferus* 17 retinebunt β 19 opus quam **A** 22 praecipiuntur **c** *Heumannus* 23 effecit] efficit **c** efficitur **d** 25 ut uellet β ut uelet **b** 26 concentu **B**ς contentu **Acd** 29 in his **Bd** 30 auctorem non displicuisse factum **B**ς

scaenici imperatoris spectator et plausor, nunc in pantomimis quoque aversatur et damnat effeminatas artes et indecora saeculo studia. ex quo manifestum est principum disciplinam capere etiam vulgus, cum rem, si ab uno fiat, severissimam fecerint omnes. macte hac gravitatis gloria, Caesar, qua consecutus es ut quod antea vis et imperium nunc mores vocarentur. castigaverunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur, iidemque emendatores qui emendandi fuerunt. itaque nemo de severitate tua queritur, et liberum est queri. sed cum ita comparatum sit ut de nullo minus principe querantur homines, quam de quo maxime licet, tuo in saeculo nihil est quo non omne hominum genus laetetur et gaudeat. boni provehuntur, mali, qui est tranquillissimus status civitatis, nec timent nec timentur. mederis erroribus, sed implorantibus, omnibusque quos bonos facis hanc adstruis laudem, ne coegisse videaris.

47 Quid? vitam, quid? mores iuventutis quam principaliter formas! quem honorem dicendi magistris, quam dignationem sapientiae doctoribus habes! ut sub te spiritum et sanguinem et patriam receperunt studia! quae priorum temporum immanitas exiliis puniebat, cum sibi vitiorum omnium conscius princeps inimicas vitiis artes non odio magis quam reverentia relegaret. at tu easdem artes in complexu oculis auribus habes. praestas enim quaecumque praecipiunt tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris. an quisquam studia humanitatis professus non cum omnia tua tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? magno quidem animo parens tuus hanc ante vos principes arcem publicarum aedium nomine inscripserat; frustra tamen, nisi adoptasset qui habitare ut in publicis posset. quam bene cum titulo isto moribus tuis convenit, quamque omnia sic facis, tamquam non alius inscripserit! quod enim forum, quae templa tam reserata? non Capitolium ipsaque illa adoptionis tuae sedes magis publica, magis omnium. nullae

---

1 et plausor **A**c et applausor **B**dς 2 auersatur *Beroaldus* aduersatur **AB**cd 4 fecerunt **A** fecerit d 5 caesar gloria **A** 6 vis] ius **A** 7 sua *om.* β castigari ς *et al. man.* β castigare **AB**cd iidemque bc idemque **A**βd 8 tua *om.* β 11 tuo in seculo **A**²a tum in seculo **AB**d cum in seculo c tamen in saeculo *cod. Mediol.* ς tum tuo saeculo *Livineius* 13 nec timentur, uitiorum poenitentiam expectas, mederis erroribus *Cuspinianus* 14 sed implorantium *Schwarzius* omnibus quos **A**c 17 dignitatem cς 19 receperint **A** 23 tantum eas **A** 25 tum *om.* β 26 ante nos **B** ante hos ς 27 artem **A**b 28 nisi optasset **A** nihil adoptasset a 32 nullae obices **B**cd nulli obices **A** *cod. Mediol.*

obices, nulli contumeliarum gradus superatisque iam mille liminibus ultra semper aliqua dura et obstantia. magna ante te, magna post te, iuxta te tamen maxima quies: tantum ubique silentium, tam altus pudor, ut ad parvos penates et larem angustum ex domo principis modestiae et tranquillitatis exempla referantur. ipse autem ut excipis omnes! ut expectas! ut magnam 48
partem dierum inter tot imperii curas quasi per otium transigis! itaque non alii et attoniti nec ut periculum capitis adituri tarditate, sed securi et hilares, cum commodum est, convenimus; et admittente principe interdum est aliquid quod nos domi quasi magis necessarium teneat: excusati semper tibi nec umquam excusandi sumus. scis enim sibi quemque praestare quod te videat, quod te frequentet, ac tanto liberalius ac diutius voluptatis huius copiam praebes. nec salutationes tuas fuga et vastitas sequitur: remoramur, resistimus ut in communi domo, quam nuper illa immanissima belua plurimo terrore munierat, cum velut quodam specu inclusa nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages caedesque proferret. obversabantur foribus horror et minae et par metus admissis et exclusis: ad hoc ipse occursu quoque visuque terribilis: superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa. non adire quisquam, non adloqui audebat tenebras semper secretumque captantem nec umquam ex solitudine sua prodeuntem, nisi ut solitudinem faceret. ille tamen quibus sibi parietibus et muris 49
salutem suam tueri videbatur, dolum secum et insidias et ultorem scelerum deum inclusit. dimovit perfregitque custodias poena angustosque per aditus et obstructos non secus ac per apertas fores et invitantia limina inrupit, longeque tunc illi divinitas

1 contumeliorum gradus β contumeliarum contumeliarum gradus b liminibus **Bacd** limitibus **A** 2 ante te] an te β 3 iusta te β tantumque ubique β 4 tam altus] tantus **A** et ad larem β 5 molestiae b exemplar referantur c exemplar referatur **d** 8 itaque non alii et (ut c) attoniti **Bcd** itaque nos alii attoniti **a** atque nos alii nec attoniti **A** itaque non ut alias attoniti *Catanaeus*. *fortasse* itaque non pallidi (*vel* anxii) et attoniti tarditate] tardi ad te *Lipsius* 9 *fortasse* et cum commodum est 11 nec umquam magis excusandi **B** 13 quod te frequentet **B** quod frequentet **Ad** et frequentet c ac tanto **Bad** et tanto **A** ac iterato c 15 resistimus in domo communi quam **A** 18 civium *om.* **A** 20 occursu quoque uisuque **Bd** concursu quoque uisuque **A** concursu uisuque c 22 impudentia **Ad** imprudentia **B** impudicicia c 23 audeat **B** 24 sollicitudine β sua — solitudinem *om.* b sollicitudinem β 27 poena] penas **A** *adscr. in marg.* l' penates **A**[2] poenates a 28 apertas **Bacd** aptas **A** 29 lumina b diuinitas **A** *adscr. in marg.* l' diuersitas l' diuersa **A**[2] diuersitas a

sua, longe arcana illa cubilia saevique secessus, in quos timore et superbia et odio hominum agebatur. quanto nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam non crudelitatis, sed amoris excubiis, non solitudine et claustris, sed civium celebritate defenditur! ecquid ergo discimus experimento fidissimam esse custodiam principis ipsius innocentiam? haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. frustra se terrore succinxerit qui septus caritate non fuerit: armis enim arma inritantur. num autem serias tantum partes dierum in oculis nostris coetuque consumis? non remissionibus tuis eadem frequentia eademque illa socialitas interest? non tibi semper in medio cibus semperque mensa communis? non ex convictu nostro mutua voluptas? non provocas reddisque sermones? non ipsum tempus epularum tuarum cum frugalitas contrahat, extendit humanitas? non enim ante medium diem distentus solitaria cena spectator adnotatorque convivis tuis immines nec ieiunis et inanibus plenus ipse et ructans non tam apponis quam obicis cibos, quos dedigneris attingere, aegreque perpessus superbam illam convictus simulationem rursus te ad clandestinam ganeam occultumque luxum refers. ergo non aurum nec argentum nec exquisita ingenia cenarum, sed suavitatem tuam iucunditatemque miramur, quibus nulla satietas adest, quando sincera omnia et vera et ornata gravitate. neque enim aut peregrinae superstitionis ministeria aut obscaena petulantia mensis principis oberrat, sed benigna invitatio et liberales ioci et studiorum honor. inde tibi parcus et brevis somnus nullumque amore nostri tempus angustius, quam quod sine nobis agis.

50 Sed cum rebus tuis ut participes perfruamur, quae habemus ipsi quam propria, quam nostra sunt! non enim exturbatis prioribus dominis omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum immensa possessione circumvenis, nec unius oculis flumina

---

1 sua] illa c longe] longeque **Ac** 2 agebatur **Bd** angebatur **A** agebat c quanto nunc tutior quanto securior **A**ς quanto tunc tutior quanto securior **Bd** quanto tunc maior tanto securior c 3 postquam non *Catanaeus*[2] post eius non **Bd** cum non **A** post eius mortem non c postquam eius non ς postquam aditus eius non *Livineius* postquam ea non *vel* postquam dominus eius non *Lipsius* 4 sed civium celebritate *om.* **B**ς 5 ecquid *Livineius* et quid **ABcd** 7 eget **A** 9 dierum] dixerim **A** 10 non remissionibus **Bd** num remissionibus **Ac** 11 non tibi **Bd** num tibi **Ac** 14 extendit βad extendat **A** ostendit bc 17 ipse et ructans *Livineius* ipse eructans **Abc** ipse eruptans βd 18 dedigneris **A**[2]**Bacd** digneris **A** 24 ministeria **Acd** misteria **B** mysteria ς oberrant **A** *30 omnem* lacum] omne lacum β

fontes maria deserviunt. est quod Caesar non suum videat, tandemque imperium principis quam patrimonium maius est. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quae priores principes occupabant, non ut ipsi fruerentur, sed ne quis alius. ergo in vestigia sedesque nobilium immigrant pares domini, nec iam clarissimorum virorum receptacula habitatore servo teruntur aut foeda vastitate procumbunt. datur intueri pulcherrimas aedes deterso situ auctas ac vigentes. magnum hoc tuum non erga homines modo sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera eodem quo extructa sunt animo ab interitu vindicare. muta quidem illa et anima carentia, sentire tamen et laetari videntur quod niteant, quod frequententur, quod aliquando coeperint esse domini scientis. circumfertur sub nomine Caesaris tabula ingens rerum venalium; quo fit detestanda avaritia illius qui tam multa concupiscebat, cum haberet supervacua tam multa. tum exitialis erat apud principem huic laxior domus, illi amoenior villa; nunc princeps in haec eadem dominos quaerit, ipse inducit: ipsos illos magni aliquando imperatoris hortos, illud numquam nisi Caesaris suburbanum licemur, emimus, implemus. tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos, nos non timeamus, quod esse digni videmur. nec vero emendi tantum civibus tuis copiam praebes, sed amoenissima quaeque largiris et donas, ista, inquam, donas in quae electus, in quae adoptatus es: transfers quod iudicio accepisti ac nihil magis tuum credis, quam quod per amicos habes.

Idem tam parcus in aedificando, quam diligens in tuendo. 51
itaque non, ut ante, immanium transvectione saxorum urbis tecta quatiuntur: stant securae domus nec iam templa nutantia. satis est tibi nimiumque, cum successeris frugalissimo principi;

---

1 est quod **A** *Cuspinianus* et quod **Bacd** et quid ς ecquid *Aldus* 2 est maius **A** 3 priores *om.* **A** 4 occupabat **A** 6 servo] suo **B** 8 auctas ac uigentes **Ad** auectas ac uigentes **B** auctas et ingentes **c** lautas ac uigentes *Lipsius* 10 petere *corr.* pellere **b** extructa **Bd** instructa **A** extincta **c** 13 domini scientis **ABc**, *quod defendit I. F. Gronovius obs. IIII 16* domini scientes **d** donum scientis *cod. Mediol.* ς domini non seruientis *Catanaeus* domini fruentis *Lipsius* circumfertur **Bacd** Confertur **A**
14 quo fit *Perizonius* quo sit **c** *Livineius* quod sit **ABd** quod fecit *Gierigius* 15 cum habebat **B** 16 tum exitialis erat **Bd** tum erat exitialis **A** cum exiciale erat **c** tum erat exitiale **a** 18 dominos *om.* β 19 caesaris urbanum **A** 20 eminius **Acd** eminus **Ba** 22 quod] quid **A** esse digni uidemur **acd** esse digni uideamur **A** digni esse uidemur **B** 24 ista *Livineius* ita **ABcd** illa **A**[2] 27 tam parcus es in *Livineius* 28 inanium **B**

magnum reicere aliquid et amputare ex iis quae princeps tamquam necessaria reliquit. praeterea pater tuus usibus suis detrahebat quae fortuna imperii dederat, tu tuis quae pater. at quam magnificus in publicum es! hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, ut non consummata, sed tantum commutata videantur. hinc immensum latus circi templorum pulchritudinem provocat, digna populo victore gentium sedes nec minus ipsa visenda, quam quae ex illa spectabuntur: visenda autem cum cetera specie, tum quod aequatus plebis ac principis locus; siquidem per omne spatium una facies, omnia continua et paria, nec magis proprius spectanti Caesari suggestus quam propria quae spectet. licebit ergo civibus tuis te invicem contueri: dabitur non cubiculum principis, sed ipsum principem cernere in publico, in populo sedentem, populo, cui locorum quinque milia adiecisti. auxeras enim numerum eius congiarii facilitate maioremque in posterum suscipi liberalitatis tuae fide iusseras.

52 Horum unum si praestitisset alius, iam dudum illi radiatum caput et media inter deos sedes auro staret aut ebore augustioribusque aris et grandioribus victimis invocaretur. tu delubra non nisi adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro templis postibusque praetexi. sic fit ut di *tibi* summum inter homines fastigium servent, cum deorum ipse non appetas. itaque tuam statuam in vestibulo Iovis optimi maximi unam alteramve et hanc aeream cernimus. at paulo ante aditus omnes, omnes gradus totaque area hinc auro, hinc argento relucebat seu potius polluebatur, cum incesti principis statuis permixta

---

1 magis reiicere ς mauis reiicere *Bongarsius apud Gronovium obs. IIII 16* mauis recidere *Gronovius l. c.* mauis magnum reiicere *Schwarzius* et] aut **A** ex iis **bcd** ex his **A** β tauquam **Bacd** tam **A** 2 reliquit *om.* **A**, *add.* **a** 3 tu tuis quae pater **A d** tutiusque pater **B** tutius hoc pater **c** tutius quod pater *Catanaeus*, *unde* tu tuis quod pater *Livineius* quam *om.* **A**, *add.* **A²a** 5 non consumata **Bd** 7 uocat prouocat **B** sedes **Ac** sedis **Bd** nec minus ipsa **Bcd** nec illa **A** nec minus ille **a** 11 propius **b** spectanti Caesari *Gesnerus* spectandi caesaris **ABc** spectandi (*om.* Caesari) **d** spectandi Caesari *G. H. Schaeferus* 12 licebit ergo te (te *om.* ς et **a**) ciuibus tuis inuicem contueri (contineri **d**) **ABd**ς licebit ciuibus tuis inuicem contueri **c**. *an* licebit ergo tibi cives tuos, te civibus tuis invicem contueri? 13 in publico *om.* **b** 14 quinquaginta milia *Lipsius* 16 imposterum **A** fide *om.* **b** 17 illi iam dudum **B**ς 18 angustioribusque **B** 19 inuocaret **B** 21 pretexi **Ab** petexi β protexi **d** protegi **c** ut dei summum inter homines fastigium seruent **ABcd** ut dei summum inter homines fastigium serues *corrector codicis Mediolanensis et Lipsius et omisso v.* dei *Gierigius* 22 non appetas *Livineius* non adeptus **Bc**ς non sis adeptus **Ad** nondum adeptus *cod. Mediol.* non adoptes *Lipsius* 24 aditus omnis omnis gradus **d**

deorum simulacra sorderent. ergo istae quidem aereae et paucae manent manebuntque, quam diu templum ipsum; illae autem *aureae* et innumerabiles strage et ruina publico gaudio litaverunt. iuvabat inlidere solo superbissimos vultus, instare ferro, saevire securibus, ut si singulos ictus sanguis dolorque sequeretur. nemo tam temperans gaudii seraeque laetitiae, quin instar ultionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendasque imagines obiectas flammis excoctasque, ut ex illo terrore et minis in usum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. simili reverentia, Caesar, non apud genium tuum bonitati tuae gratias agi, sed apud numen Iovis optimi maximi pateris: illi debere nos quidquid tibi debeamus, illius quod bene facias muneris esse, qui te dedit. ante quidem ingentes hostiarum greges per Capitolinum iter, magna sui parte velut intercepti, devertere via cogebantur, cum saevissimi domini atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profundebat.

53 Omnia, patres conscripti, quae de aliis principibus a me aut dicuntur aut dicta sunt eo pertinent, ut ostendam, quam longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus parens noster reformet et corrigat. *et* alioqui nihil non parum grate sine comparatione laudatur. praeterea hoc primum erga optimum imperatorem piorum civium officium est, insequi dissimiles. neque enim satis amarit bonos principes qui malos satis non oderit. adice quod imperatoris nostri non aliud amplius ac diffusius meritum est, quam quod insectari malos principes tutum est. an excidit dolori nostro modo vindicatus Nero? permitteret, credo, famam vitamque eius carpi qui mortem ulciscebatur nec ut in se dicta interpretaretur quae de simillimo dicerentur. quare ego vero Caesar, muneribus tuis omnibus comparo,

3 aureae *om.* **ABcd**, *add. Catanaeus* 4 litauerunt **A²Bacd** lataueruut **A** 5 ferro] foro **B** sanguinis **A** 8 obiectas excoctasque flammis (flammas **A** flammis **A²a**) **ABcd** abiectas excoctasque flammis ς: *cf. c. 57 in.* 9 ut ex — hominum *om.* **b** 12 debere nos quicquid tibi debeamus **Ac** debere quicquid nos tibi debeamus **d** debere nos quicquid (quicquam **b**) debeamus **B** 13 illius quod **Abcd** illiusque β 14 per capitolinum iter *codex Parisinus Schwarzii et Cuspinianus* per capitolium iter **Bc** per capitolium iter agentes **Ad** 15 deuertere **d** diuertere **ABc** 19 dicentur **d** 20 damnatosque **Ad** 21 et alioquin *Livineius* alioquin **ABcd** 22 erga] apud **c** 23 piorum] priorum β 24 non satis oderit **A** 28 famam] formam **B** eius] ei **A** ulcisceretur **c** 29 ut in se **Bc** ut in (*superscr.* l' de **A²**) se **A** ut de (*superscr.* in) se **a** ut dein se **d** interpretarentur **Bc** 30 quare ego (ego *corr. al. man.* ergo **b** ergo β) te caesar **ABcd** quare ego Caesar *Lipsius: cf. ep. III 8, 4. IIII 17, 11* muneribus tuis omnibus comparo **Ad** omnibus muneribus tuis omnibus comparo **c** muneribus omnibus tuis omnibus comparo **B**

multis antepono, quod licet nobis et in praeteritum de malis imperatoribus cotidie vindicari et futuros sub exemplo praemonere nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a posterorum execrationibus conquiescant. quo constantius, patres conscripti, et dolores nostros et gaudia proferamus . . . ingemiscamus illis quae patiebamur. simul utrumque faciendum est sub bono principe. hoc secreta nostra, hoc sermones hoc ipsae gratiarum actiones agant meminerintque sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprehendantur. nam cum de malo principe posteri tacent, manifestum est ea-
54 dem facere praesentem. et quis iam locus miserae adulationis manebat ignarus, cum laudes imperatorum ludis etiam et commissionibus celebrarentur, saltarentur atque in omne ludibrium effeminatis vocibus modis gestibus frangerentur? sed illud indignum, quod eodem tempore in senatu et in scaena, ab histrione et a consule laudabantur. tu procul a tui cultu ludicras artes removisti. seria ergo te carmina honorque aeternus annalium, non haec brevis et pudenda praedicatio colit: quin etiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de te scaenae silebunt. sed quid ego istud admiror, cum eos quoque honores qui tibi a nobis offeruntur aut delibare parcissime aut omnino soleas recusare? nihil ante tam vulgare, tam parvum in senatu agebatur, ut non laudibus principum immorarentur quibuscumque censendi necessitas accidisset. de ampliando numero gladiatorum aut de instituendo collegio fabrorum consulebamur et quasi prolatis imperii finibus nunc ingentes arcus excessurosque templorum fastigium titulos, nunc menses etiam nec hos singulos nomini Caesarum dicabamus. patiebantur illi et, quasi meruissent, laetabantur. at nunc quis nostrum, tamquam oblitus eius de quo refertur, censendi officium principis honore consumit? tuae moderationis laus haec con-

5 proferamus, laetemur his quibus fruimur, ingemiscamus illis *Cuspinianus; et simile quiddam excidisse videtur* 7 sub bono principe **B**ς sub uno principe **Acd** 8 agunt **B**ς 9 secus meriti ς secum meriti **ABcd** 10 de *om.* b tacent posteri cd 11 ecquis *Cuspinianus* eo quis *corr. al. man.* ecquis b 12 ignarus **Ad** gnarus **B** gnarufa c imperatorum **AB** imperatoris c imperatoris cum d commissionibus *Livineius coll. Suet. Aug. c. 89* commessationibus **ABcd** 13 saltarentque atque **B** 16 tu pocula a tui cultu tu ludicras **Ad** *Schwarzius* 18 pudenda] perpetua b 19 in *om.* **A**, *add.* a 22 deliberare β ante] autem **B** 26 finibus imperii **A** 27 excessurosque **Bad** accessurosque c necessariosque **A** fastigibus β 28 dicabamus ς dicebamus **ABcd** 31 laus haec constantia nostra, tibi *Gesnerus* haec laus constantia nostra et tibi **ABcd** haec laus constantiae nostrae, tibi *Catanaeus* haec laus, non constantiae nostrae, tibi *Lipsius*

stantia nostra est: tibi obsequimur, quod in curiam non ad certamen adulationum, sed ad usum munusque iustitiae convenimus, hanc simplicitati tuae veritatique gratiam relaturi, ut te quae vis velle, quae non vis nolle credamus. incipimus inde, desinimus ibi, a quo incipi, in quo desini sub alio principe non posset. nam plerosque ex decretis honoribus et alii non receperunt; nemo ante *te* tantus fuit, ut crederetur noluisse decerni, quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus aut saxis nomen tuum, sed monumentis aeternae laudis inciditur.

55 ibit in saecula fuisse principem, cui florenti et incolumi numquam nisi modici honores, saepius nulli decernerentur. et sane, si velimus cum priorum temporum necessitate certare, vincemur: ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. simul, cum iam pridem novitas omnis adulatione consumpta sit, non alius erga te novus honor superest, quam si aliquando de te tacere audeamus. age, siquando pietas nostra silentium rupit et verecundiam tuam vicit, quae qualiaque aut decernimus nos aut tu non recusas! ut appareat non superbia et fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. pulchrius hoc, Caesar, quam si recusares omnes: nam recusare omnes ambitionis, moderatio est eligere parcissimos. quo temperamento et nobis et aerario consulis: nobis quidem, quod omni liberas suspicione; aerario autem, quod sumptibus eius adhibes modum, ut qui exhaustum non sis innocentium bonis repleturus. stant igitur effigies tuae, quales olim ob egregia in rem publicam merita privatis dicabantur: visuntur eadem e materia Caesaris statuae, qua Brutorum, qua Camillorum. nec discrepat causa. illi enim reges hostemque victorem moenibus depulerunt: hic regnum ipsum, quaeque alia captivitas gignit, arcet ac summovet sedemque obtinet principis, ne sit domino locus. ac mihi intuenti sapientiam tuam mi-

---

5 alio] quo **A** 7 ante te *Livineius* ante **ABcd** uoluisse β quod ergo *Cuspinianus et sublata distinctione post* inciditur *e codice Parisino Schwarzius* 9 inciditur **Bac** exciditur **A** incidere **d** 11 modici] modi **b** decernerentur **ABcd** decernuntur **A**^{2}**a** 12 necessitate certare (cetare **A** certare **A**^{2}**a**) uincemur **Ac** necessitate uinceremur certare **B** necessitate certare uincemus **d** necessitate certare uinceremur ς 13 enim *om.* **B** 15 adulationis **d** 16 audeamus] uideamur **c** 17 tuam rupit uicit **b** 18 aut *priore loco om.* **B**, *utroque* ς 20 dedignaris β**d** degneris *corr.* dedigneris **b** 21 moderationis est ς 22 et nobis — 24 sumptibus **Ad** et nobis et aerario autem quod sumptibus **B** et nobis et aerario prodes quod sumptibus **c**ς 23 quos omni *Schwarzius* 26 dicabantur **A**ς dicebantur **A**^{2}**Bacd** 31 ac mihi **Bc** at mihi **Ad**

nus mirum videtur quod mortales istos caducosque titulos aut depreceris aut temperes. scis enim ubi vera principis, ubi sempiterna sit gloria, ubi sint honores in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. arcus enim et statuas, aras etiam templaque demolitur et obscurat oblivio, neglegit carpitque posteritas: contra contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor et frenator animus ipsa vetustate florescit nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime necesse est. non ergo perpetua principi fama, quae invitum manet, sed bona concupiscenda est: ea porro non imaginibus et statuis, sed virtute ac meritis prorogatur. quin etiam leviora haec, formam principis figuramque, non aurum melius vel argentum quam favor hominum exprimat teneatque. quod quidem prolixe tibi cumulateque contingit, cuius laetissima facies et amabilis vultus in omnium civium ore oculis animo sedet.

56 Adnotasse vos credo, patres conscripti, iam dudum me non eligere quae referam. propositum est enim mihi principem laudare, non principis facta. nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. quare non alia maior, imperator auguste, gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum est. quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquam praedicatio vel transilire vel praetervehi debeat? quod momentum, quod immo temporis punctum aut beneficio sterile aut vacuum laude? non omnia eius modi ut is optime te laudasse videatur, qui narraverit fidelissime? quo fit ut prope in immensum diffundatur oratio mea, et necdum de biennio loquor. quam multa dixi de moderatione, et quanto plura adhuc restant! ut illud quod secundum consulatum recepisti, quia princeps et pater deferebat. at postquam ad te imperii summam et cum omnium rerum tum etiam tui potestatem di transtulerunt, tertium consulatum recusasti, cum agere

---

2 scis enim quod ubi uera **Ad** principis *om.* **Acd**, *add.* **B**ς 3 ubi sint ς hi sunt **Bcd** ii sunt **A** 5 demolitur aetas, obscurat oblivio *Lipsius* 7 domitor ac frenator **B** 8 necesse est. praeterea ut quisque factus est princeps exemplo, fama (princeps, extemplo fama *voluisse videtur*) eius incertum bona an mala, caeterum aeterna est. non ergo *Cuspinianus* 9 quae in uitium manet **B** 11 quin etiam **Bacd** cum etiam **A** 14 contingit **Abd** contigit βc 17 mihi *om.* **A** m *vel* in a 21 nihil omittendum quid est enim b nihil omittendum . ecquid est enim *Livineius* quid est *om.* **A**, *add.* a 22 predicatio transilire quod preteruehi c 24 num omnia ς 28 illud *om.* **A**, *add.* a 30 cum] tum **B** 31 di] tui b *transtulerunt* c transtulerint **ABd**

tam bonum consulem posses. magnum est differre honorem, gloriam maius. gestum consulatum mirer, an non receptum? gestum non in hoc urbis otio et intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare praetextam ignotasque terras victoria sequi. pulchrum imperio, gloriosum tibi, cum te socii atque amici sua in patria, suis in sedibus adierunt. decora facies, consulis multa post saecula tribunal viridi cespite extructum nec fascium tantum sed pilorum signorumque honore circumdatum. augebant maiestatem praesidentis diversi postulantium habitus ac dissonae voces raraque sine interprete oratio. magnificum est civibus iura, quid hostibus reddere? speciosum certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli victorisque vestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, spernere barbaros fremitus hostilemque terrorem non armorum magis quam togarum ostentatione compescere? itaque non te apud imagines, sed ipsum praesentem audientemque consalutabant imperatorem, nomenque, quod alii domitis hostibus, tu contemptis merebare.

Haec laus acti consulatus; illa dilati, quod adhuc initio 57
principatus, ut iam excusatus honoribus et expletus, consulatum recusasti, quem novi imperatores destinatum aliis in se transferebant. fuit etiam qui in principatus sui fine consulatum, quem dederat ipse, magna ex parte iam gestum extorqueret et raperet. hoc ergo honore, quem et incipientes principes et desinentes adeo concupiscunt, ut auferant, tu otioso ac vacante privatis cessisti. invidiosusne erat aut tibi tertius consulatus aut principi primus? nam secundum imperator quidem, sub imperatore tamen inisti, nihilque imputari in eo vel honori potest vel exemplo nisi obsequium. ita vero, quae civitas quinquies atque etiam sexies consules vidit, non illos qui expirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur, sed quibus sepositis et absentibus in rura sua consulatus ferebantur, in hac civitate tertium consulatum princeps generis humani ut praegravem re-

---

3 gestum non **Ad** gestus non **Bcς** iusta β 4 paludamento potius mutare β plaudamento mutare **c** 7 decora facies **Bς** de quo facies **Acd** 12 pacem] partem *Lipsius* 13 uictorique **c** 14 ripis *om.* **c** quietumque, quid spernere **ς** 17 consalutabant **Aς** consultabant **Bd** salutabant **c** 20 excusatus] exsatiatus *Cuspinianus* expletis **b** 22 fuit etiam **A²Bacd** fuit enim **A** 25 otioso] ocio β 26 consulatus *om.* **A**, *add.* **a** 27 nam secundum imperatorem quidem cum imperator iuisti **c** 28 tamen inisti **B** tenuisti **Ad** potes **Bc** 33 praegrauem **Ad** pergrauem **Bcς**

cusasti? tantone Papiriis etiam et Quintiis moderatior Augustus et Caesar et pater patriae? at illos res publica ciebat. quid? te non eadem res publica? non senatus? non consulatus ipse,
58 qui sibi tuis umeris attolli et augescere videtur? non te ad exemplar eius voco, qui continuis consulatibus fecerat longum quendam et sine discrimine annum: iis te confero, quos certum est, quotiens consules fuerunt, non sibi praestitisse. erat in senatu ter consul, cum tu tertium consulatum recusabas. onerosum nescio quid verecundiae tuae consensus noster indixerat, ut princeps totiens consul esses, quotiens senator tuus: nimia modestia istud etiam privatus recusasses. an consularis viri triumphalisque filius, cum tertio consul creatur, ascendit? non debitum hoc illi? non vel sola generis claritate promeritum? contigit ergo privatis aperire annum fastosque reserare, et hoc quoque redditae libertatis indicium fuit, quod consul alius quam Caesar esset. sic exactis regibus coepit liber annus: sic olim servitus pulsa privata fastis nomina induxit. miseros ambitionis, qui ita consules semper ut semper principes erant! quamquam non ambitio magis quam livor et malignitas videri potest omnes annos possidere summumque illud purpurae decus non nisi praecerptum praefloratumque transmittere. tuam vero magnanimitatem an modestiam an benignitatem prius mirer? magnanimitatis fuit expetito semper honore abstinere, modestiae cedere, benignitatis per alios frui.

59 Sed iam tempus est te ipsi consulatui praestare, ut maiorem eum suscipiendo gerendoque facias. nam saepius recusare ambiguam ac potius illam interpretationem habet, tamquam minorem putes. tu quidem ut maximum recusasti; sed hoc persuadere nemini poteris, nisi aliquando et non recusaveris. cum arcus, cum tropaea, cum statuas deprecaris, tribuenda est vere-

---

1 papiriis etiam (*etiam om.* d) et quintiis **Ad** papirius etiam et quintus (quintius c) **Bc** moderator **B** 2 ad illos **B** 4 attollere et b uideretur **A** num te **B** 6 iis te **Ac** iste d hisce **B** 7 fuerint **Ad** 10 cum nimia *Scaliger* modestia] modia b 12 tertio consul **Bacd** tertio consulatu **A** ascenditur β ostenditur b 13 premeritum βc contingit d 18 non ambitio magis quam **A**βd non ambitio quam bc non tam ambitio quam *cod. Mediol.* 20 possidere] obsidere *I. F. Gronovius* summumque **Bc** summum **Ad** praecerptum **B** praeceptum **Acd** 21 praefloratumque **Ad** preflossatumque β prefloxatumque b perfloratumque c vero *om.* β 22 magnanimitas fuit **Bc** 23 benignitas **B** 25 te ipsum *Catanaeus* 26 gerendo facias b gerendo augustiorem facias *codex Parisinus Schwarzii* gerendoque augustiorem facias *Gesnerus* 31 cum statuas cum trophea β

cundiae tuae venia: illa enim sane tibi dicantur. nunc vero postulamus ut futuros principes doceas inertiae renuntiare, paulisper delicias differre, paulisper et saltem ad brevissimum tempus ex illo felicitatis somno velut excitatos induere praetextam, quam, cum dare possent, occuparint, ascendere curulem, quam detineant, esse denique quod concupierint nec ideo tantum velle consules fieri, ut fuerint. gessisti alterum consulatum, scio: illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam exteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. audimus quidem te omne munus consulis obisse, sed audimus: diceris iustissimus humanissimus patientissimus fuisse, sed diceris. aequum est aliquando nos iudicio nostro, oculis nostris, non famae semper et rumoribus credere. quousque absentes de absente gaudebimus? liceat experiri, an aliquid superbiae tibi ille ipse secundus consulatus attulerit: multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in principum plus. dicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes inesse; cupimus tamen experiri, an nunc quoque una eademque res sit bonus consul et bonus princeps. nam praeter id quod est arduum duas easque simul capere potestates summas, tum inest utrique non nulla diversitas, cum principem ... quam dissimillimum deceat. atque ego video proximo anno 60
consulatus recusandi hanc praecipuam fuisse rationem, quod eum absens gerere non poteras. sed iam urbi votisque publicis redditus, quid est in quo magis sis approbaturus, quae quantaque fuerint quae desiderabamus? parum est ut in curiam venias, nisi et convoces, ut intersis senatui, nisi et praesideas, ut censentes audias, nisi et perroges. vis illud augustissimum consulum tri-

---

1 nunc uero postulamus *Lipsius* cum uero postulamus **ABcd** enimuero postulamus *Livineius* cum uero postulamus ut recipias gerasque consulatum, postulamus *Schwarzius* 3 auferre **A** 4 excitatos **Ad** excitati **Bc**ς excitari *Livineius* 5 quam dare possint, cum occuparint *G. H. Schaeferus* quam ut dare possent occuparint *Gierigius* quam cum dare possint occupent *I. C. T. Ernestius* possint **d** 6 esse] omne **B** concupierint **d** concupierunt **AB** concupiuerunt **c** 8 exteris **Acd** ceteris **Ba** 10 obisse] odisse **B** 13 quousque absentes (*corr.* absente) gaudebimus **b** 16 dicimus] didicimus *Cuspinianus* cum uirtutis aliqua contingant **B** 17 omnis **A** quoque *om.* **A**, *add.* **a** 19 duas easque summas simul capere potestates tum *Cuspinianus* 20 cum principem (principum **a**) quam dissimillimum deceat **ABd** cum principe quam dissimilitudinum deceat **c** cum principem quam dissimillimum consuli deceat *Catanaeus* cum principem quam simillimum esse priuato, consulem quam dissimillimum deceat *Cuspinianus* 21 atqui ego **Ad** 22 praecipuam fuisse **Bc** praecipue fuisse **A** fuisse praecipuam **d** 23 uocisque β 26 conuoces **Ad** conuocas **Bc** praesideas **Ad** praesides **Bc** 27 perroges **Ad** perrogas β porrigas *corr.* perrogas **b** corrigas **c** consulum aliquando tribunal **ABcd** consul aliquando tribunal ς

bunal aliquando maiestati suae reddere? ascende. vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? audi. quod enim interesset rei publicae, si privatus esses, consulem te haberet tantum, an et senatorem, hoc nunc scito interesse principem te habeat tantum, an et consulem. his tot tantisque rationibus quamquam multum reluctata verecundia principis nostri tandem tamen cessit. at quem ad modum cessit? non se ut privatis, sed ut privatos sibi pares faceret. recepit enim tertium consulatum, ut daret. noverat moderationem hominum, noverat pudorem, qui non sustinerent tertio consules esse nisi cum ter consule. bellorum istud sociis olim, periculorum consortibus, parce tamen tribuebatur, quod tu singularibus viris ac de te quidem bene ac fortiter, sed in toga meritis praestitisti. utriusque cura, utriusque vigilantia obstrictus es, Caesar. sed in principe rarum ac prope insolitum est ut se putet obligatum aut, si putet, amet. debes ergo, Caesar, et solvis, et cum ter consules facis, non tibi magnus princeps, sed non ingratus amicus videris. quin etiam perquam modica quaedam civium merita fortunae tuae viribus in maius extollis. efficis enim ut tantum tibi quisque praestitisse videatur, quantum a te recepit. quid isti benignitati precer? nisi ut semper obliges, obligeris incertumque facias, utrum magis expediat civibus tuis debere tibi an praestitisse.
61 equidem illum antiquum senatum contueri videbar, cum ter consule adsidente tertio consulem designatum rogari sententiam cernerem. quanti tunc illi, quantusque tu! accidit quidem ut corpora quamlibet ardua et excelsa procerioribus admota decrescant; item ut altissimae civium dignitates collatione fastigii tui quasi deprimantur, quan-

---

1 maiestati suae **B**ς maiestati tuae **Ad** maiestatis tuae **c** ascendere **b** 2 petulantibus ς 3 audi *Lipsius* adire **ABcd** adi ς ades *Schwarzius. fortasse* adtende quod enim interesset ς quod enim interest **Bc** quid enim interest **A** quid enim (*om.* interesset) **d** 4 consulem haberet te an tantum senatorem *Livineius*, '*quam in sententiam verba Plinii etiam hoc saltem modo transponi possent*, senatorem te haberet tantum an et consulem' *Schwarzius* an senatorem **d** 7 at quem ad modum cessit *om.* **cd** 8 non se ut priuatis **Abd** non se ut priuatus β non se ut priuatum **c** pares sibi **B**ς 9 recepit — daret *om.* **Ad** 10 sustinerent **A²Bd** suserent **A** sustineret **c** 11 sociis ς ociis **Bcd** otiis **A** 13 de te bene ac fortiter **b** de te quidem ac fortiter β sed in toga meritis praestitisti *Livineius* sed praestitisti in toga meritis (meritisque **c**) **Acd** praestitisti sed in toga meritis **B**ς meritis praestitisti, sed in toga meritis *Lipsius* 15 prope *om.* β 17 et cum] sed cum **ABcd** 21 a te recepit **c**ς a te recipit **Abd** ante recepit β 25 illi] ille *cod. Mediol.* 26 quantusque] *quantique* **B** quidem] enim **B** 27 decrescunt *Gesnerus*

toque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum etiam a sua descendisse videantur. illos tamen tu, quamquam non potuisti tibi aequare, cum velles, adeo in edito collocasti, ut tantum super ceteros quantum infra te cernerentur. si unius tertium consulatum eundem in annum in quem tuum contulisses, ingentis animi specimen haberetur. ut enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis. laudandus quidem et ille qui tertium consulatum meruit, sed magis sub quo meruit: magnus memorandusque qui tantum praemium cepit, sed maior qui capienti dedit. quid, quod duos pariter tertio consulatu, duos collegii tui sanctitate decorasti? ut sit nemini dubium hanc tibi praecipuam causam fuisse extendendi consulatus tui, ut duorum consulatus amplecteretur collegamque te non uni daret. uterque nuper consulatum alterum gesserat a patre tuo, id est quanto minus quam a te datum! utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fasces oberrabant, utriusque sollemnis ille lictorum et praenuntius clamor auribus insederat, cum rursus curulis rursusque purpura; ut olim, cum hostis in proximo et in summum discrimen adducta res publica expertum honoribus virum posceret, non consulatus hominibus isdem, sed iidem homines consulatibus reddebantur. tanta tibi bene faciendi vis, ut indulgentia tua necessitates aemuletur. modo praetextas exuerant; resumant: modo lictores abire iusserant; revocent: modo gratulantes amici recesserant; revertantur. hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renovare gaudia, redintegrare laetitiam nullamque requiem gratulationibus dare neque alia repetendis consulatibus intervalla permittere, nisi dum finiuntur?

---

1 ascenderint **Abcd** ascenderit **B** tantum etiam a sua **AB** tantum et a sua **d** tantum a sua **c** tanto etiam a sua *Catanaeus* 6 animi] anni **B** 7 possis] posses **A** 8 consulatum tertium **Ad** 9 memorandusque qui **Bacd** memorandusque est qui **A** 10 duos pariter tertio consulatu (consules **c**) duos (duos *om.* **ς**) collegas tui sanctitate **ABcdς** duos pariter tertio consulatu collegii tui sanctitate *Lipsius* duos pariter duos collegas tertii consulatus tui sanctitate *Livineius* duos pariter tertio consulatu duos collegas tertii consulatus tui sanctitate *Schwarzius* 13 collegamque te non uni daret *codex Livineii et Mediol.* et collegam que (et collegam qui **Ad**) te non uni daret **ABd** et collegam te non uni dares **c** et collegam te uni daret **ς** 16 sollemnis] solemus **b** 19 adducta **A²Bacd** deducta **A** 20 non consulatum **β** 21 tanta — 22 aemuletur *om.* **Ad** 22 ut indulgentia (indigentia **c**) tua necessitates aemuletur **Acd** ut indulgentia tua necessitas aemuletur **B** ut indulgentiae tuae necessitas aemuletur *cod. Mediol.* ut indulgentiam tuam necessitas aemuletur **ς** 25 renouare **Abc** renocare **βd** reintegrare **B** 26 nullamque requiem **Bc** nullam requiem **Ad** gratulationis **Bς**

facias ista semper, nec umquam in hoc opere aut animus tuus aut fortuna lassetur. des quam plurimis tertios consulatus, et cum plurimis tertios consulatus dederis, semper tamen plures
62 quibus debeas dare supersint. omnium quidem beneficiorum, quae merentibus tribuuntur, non ad ipsos gaudium maius quam ad similes redundat; praecipue tamen ex horum consulatu non ad partem aliquam senatus, sed ad totum senatum tanta laetitia pervenit, ut eundem honorem omnes sibi et dedisse et accepisse videantur. nempe enim hi sunt quos senatus, cum publicis sumptibus minuendis optimum quemque praeficeret, elegit, et quidem primos. hoc est igitur, hoc est quod penitus illos animo Caesaris insinuavit. an parum saepe experti sumus hanc esse rerum condicionem, ut senatus favor apud principem aut prosit aut noceat? nonne paulo ante nihil magis exitiale erat quam illa principis cogitatio, 'hunc senatus probat, hic senatui carus est'? oderat quos nos amaremus, sed et nos quos ille. nunc inter principem senatumque dignissimi cuiusque caritate certatur. demonstramus invicem, credimus invicem, quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem amamus. proinde, patres conscripti, favete aperte, diligite constanter. non iam dissimulandus est amor, ne noceat; non premendum odium, ne prosit: eadem Caesar quae senatus probat improbatque. vos ille praesentes, vos etiam absentes in consilio habet. tertio consules fecit quos vos elegeratis, et fecit hoc ordine, quo electi a vobis erant. magnus uterque honor vester, sive eosdem maxime diligit, quos scit vobis esse carissimos, sive illis neminem praefert, quamvis aliquem magis amet. proposita sunt senioribus praemia, iuvenibus exempla: adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos: quisquis probatos senatui viros suspicit, hic

---

1 nec unquam **Abd** ne unquam **βc** tua aut fortuna **A** tua fortuna **d** 2 tertios **A^2Bad** tertio **c** tres **A** et cum plurimis tertios consulatus *om.* **Acd**, *add.* **B** 4 dare *om.* **b** 5 maius] magis **c** 8 et *priore loco om.* **A**, *add.* **A^2a** 10 minuendis **Bc** muniendis **A** *adscr. in marg.* l' innuendis **A^2** inmuniendis **d** optimum quem praeficere statuisset elegit equidem primos *cod. Mediol.* quemque] quem **B** praeficeret **Ac** perficeret **βd** perficere **b** 11 et quidem *codices Vaticani 1475 et 1775 et Livineius* equidem **ABcd** 16 quos nos amaremus **Adς** quos non amaremus **Bac** 17 principes **Ad** 18 demonstratur *corr.* demonstramus **b** 19 mutui amoris **A** 20 fouete **B** 21 est *om.* **c** promendum **Ad** 24 a nobis *corr.* a uobis **b** 25 magnus uterque honor (honor *om.* **Bς**) uester **ABcdς** magnus uterque honor uidetur **a** magnum utrumque uidetur *Catanaeus* magnus utique honor uester *Lipsius* 26 nobis **Bς** 27 preposita **B** 28 iuvenibus] iunioribus **c** frequentent **Ad** frequentet **c** frequenter **Bς** 29 suspicit *Livineius* suscipit **ABcd**, *quod defendit Schwarzius coll. ep. VI 6, 9*

maxime principem promeretur. sibi enim accrescere putat quod cuique adstruatur nullamque in eo gloriam ponit, quod sit omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus maior est. persta, Caesar, in ista ratione propositi talesque nos crede, qualis fama cuiusque est. huic aures, huic oculos intende: ne respexeris clandestinas existimationes nullisque magis quam audientibus insidiantes susurros. melius omnibus quam singulis creditur. singuli enim decipere et decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerint.

63 Praevertor iam ad consulatum tuum, etsi sunt quaedam ad consulatum quidem pertinentia, ante consulatum tamen; in primis quod comitiis tuis interfuisti candidatus non consulatus tantum sed immortalitatis et gloriae et exempli, quod sequerentur boni principes, mali mirarentur. vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suae sede: perpessus es longum illud carmen comitiorum nec iam inridendam moram consulque sic factus es, ut unus ex nobis, quos facis consules. quotus quisque principum antecedentium honorem istum aut consulatui habuit aut populo? non alii marcidi somno hesternaque cena redundantes comitiorum suorum nuntios opperiebantur, alii sane pervigiles et insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis consulibus, a quibus consules renuntiabantur, exilia et caedem machinabantur? o prava et inscia verae maiestatis ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari quem concupieris, cumque ex proximis hortis campum et comitia prospectes, sic ab illis abesse, tamquam Danubio Rhenoque dirimare! averseris tu honori tuo sperata suffragia, renuntiarique te consulem iussisse contentus, liberae civitatis ne simulationem quidem serves? abstineas denique comitiis abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non consulatus detur, sed abrogetur imperium? haec persuasio superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur principes esse desinere, siquid facerent tam-

1 accersere **B** 5 huc aures huc oculos *Livineius* 6 estimationes **Ad** 9 fefellerint *coniecit Schwarzius* fefellerunt **ABcd**: *cf. c. 74* alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit 10 preuertor **Bc** reuertor **Adς**: *cf. ep. V 14, 7* 13 *fortasse* sed immortalitatis etiam et gloriae et *posteriore loco om.* **c** 14 boni principes **Bc** principes boni **Ad** mirarentur mali **d** 16 factus es **Abcd** factus et β 19 non alii **Bc** nam alii **Ad** externaque β 22 renuntiabant **B** exilia et caedem **Abd** exilia ac caedem **c** exilia et caedes β praua **ABcd** parua A^2 25 prospectes A^2**Ba** perspectes **Acd** 26 dirimente *Cuspinianus* dirimerere *Livineius* rhenoue **d** aduerseris **Ab** tuo] tu **A** 27 consulem **Aς** consule **Bcd** liberae ciuitati ne simulatione quidem seruias *Cuspinianus* ciuitatis **A** ciuitati **Bcdς**

quam senatores. plerique tamen non tam superbia quam metu quodam summovebantur. an stuprorum sibi incestarumque noctium conscii auspicia polluere sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio? non adeo deos hominesque contempserant, ut in illa speciosissima sede hominum deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent. tibi contra et moderatio tua suasit et sanctitas ut te et religioni deorum et
64 iudiciis hominum exhiberes. alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis meruisti. peracta erant sollemnia comitiorum, si principem cogitares, iamque se omnis turba commoverat, cum tu mirantibus cunctis accedis ad consulis sellam, adigendum te praebes in verba principibus ignota, nisi cum iurare cogerent alios. vides quam necessarium fuerit consulatum non recusare: non putassemus istud te facturum fuisse, si recusasses. stupeo, patres conscripti, necdum satis aut oculis meis aut auribus credo atque identidem me an audierim, an viderim interrogo. imperator ergo et Caesar et Augustus *et* pontifex maximus stetit ante gremium consulis, seditque consul principe ante se stante, et sedit inturbatus, interritus, et tamquam ita fieri soleret. quin etiam sedens *stanti* praeivit ius iurandum, et ille iuravit, expressit explanavitque verba quibus caput suum, domum suam, si sciens fefellisset, deorum irae consecraret. ingens, Caesar, et par gloria tua, sive fecerint istud postea principes, sive non fecerint. ullane satis digna praedicatio est idem tertio consulem fecisse quod primo, idem principem quod privatum, idem imperatorem quod sub imperatore? nescio iam, nescio pulchriusne sit istud quod praeeunte nullo,
65 an hoc quod alio praeeunte iurasti. in rostris quoque simili religione ipse te legibus subiecisti, legibus, Caesar, quas nemo principi scripsit. sed tu nihil amplius vis tibi licere quam nobis: sic fit ut nos tibi plus velimus. quod ego nunc primum audio,

---

1 superbiam quam metum β 5 speciosissima **Acd** spaciosissima **B**ς 13 fuerit **d** fuerat **A** fuit **Bac** 14 facturum te **B**ς 15 necdumque satis **B**ς 16 me an audierim an uiderim **A**ς me an audierim aut uiderim **Ba** me (ne **d**) audierim aut uiderim **cd** 17 interrogo] intelligo **cd** et Caesar et Augustus et pontifex *Livineius et codex Venetus Schwarzii* et caesar et augustus pontifex **AB** et caesar augustus pontifex **cd** 19 se *om.* **b** et sedit **Bacd** et se **A** 20 sedens stanti praeiuit *I. F. Gronovius obs. IIII 16* sedens prebuit **Bac**ς sedens sedens prebuit **d** prebuit (*om.* sedens) **A** stanti praeiit *editio Lugdunensis a. 1531 et Sichardi in marg.*
22 sciens *Livineius* scienter **ABcd** 23 tua *om.* **A** 24 praedicatio digna **B**ς 27 iam] an β**c** 30 nihil] nil **A** 31 quod ego **AB** quid ego **cd** quod ergo *Gesnerus*: quid ego (quid ergo *Schwarzius*) nunc primum audio nunc primum disco? *Lipsius et Schwarzius* nunc primum audio *om.* **A**

nunc primum disco, non est princeps super leges, sed leges super principem, idemque Caesari consuli quod ceteris non licet. iurat in leges attendentibus dis (nam cui magis quam Caesari attendant?), iurat observantibus iis quibus idem iurandum est, non ignarus alioqui nemini religiosius quod iuraverit custodiendum, quam cuius maxime interest non peierari. itaque et abiturus consulatu iurasti te nihil contra leges fecisse. magnum hoc erat, cum promitteres; maius, postquam praestitisti. iam totiens procedere in rostra, inascensum illum superbiae principum locum terere, hic suscipere, hic ponere magistratus, quam dignum te quamque diversum consuetudine illorum qui pauculis diebus gestum consulatum, immo non gestum abiciebant per edictum! hoc pro contione, pro rostris, pro iure iurando; scilicet ut primis extrema congruerent, utque hoc solo intellegerentur ipsi consules fuisse, quod alii non fuissent.

66 Non transilui, patres conscripti, principis nostri consulatum, sed eundem in locum contuli quidquid de iure iurando dicendum erat. neque enim, ut in sterili ieiunaque materia, eandem speciem laudis diducere ac spargere atque identidem tractare debemus. inluxerat primus consulatus tui dies, quo tu curiam ingressus nunc singulos, nunc universos adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, invigilare publicis utilitatibus et insurgere. omnes ante te eadem ista dixerunt; nemini tamen ante te creditum est. erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate provectos improvisus turbo perculerat. quod enim tam infidum mare quam blanditiae principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius esset iratos quam propitios habere? te vero securi et alacres quo vocas sequimur. iubes esse liberos; erimus: iubes quae sentimus promere in medium; proferemus. neque enim ad-

2 supra principem **Ad** 3 in leges *Lipsius* in legem **ABcd** cui] cum β 4 idem iurandum est **B** idem ius iurandum est **Acd** 6 peierari *Lipsius* peierare **ABcd** 9 inascensum illum **A** in assensumque illum **B**ς illum inascensum (inaccensum **d**) illum **cd** inaccessumque illum *Lipsius* 10 terere] tenere **ac** 13 hoc pro contione hoc pro rostris **A** hoc pro his concione pro rostris *Cuspinianus* hoc iis pro concione pro rostris *Livineius* 16 transilui **d** transiliui **Bc** transilii **A** 19 diducere *Livineius* deducere **ABcd** 22 capessere quasi (quas **b**) communis imperii curas **Ab** capessereque communis imperii curas (curam **c**) **cd** capescere quas causas imperii curas β 25 profectos *Cuspinianus* 26 perpulerat **b** 27 lenitas **A** 28 ut felicius esset *Lipsius* 29 erimus **Ba** criminis **cd** cernimus **A** *adscr. in marg.* l' criminis l' erimus **A**[2] 30 promere in medium, promemus *Rittershusius* proferre in medium proferemus *Schwarzius* proferimus **Ac** adhuc *om.* **cd**

huc ignavia quadam et insito torpore cessavimus: terror et metus et misera illa ex periculis facta prudentia monebat ut a re publica (nulla erat autem omnino res publica) oculos aures animos averteremus. at nunc tua dextra tuisque promissis freti et innixi obsepta diutina servitute ora reseramus frenatamque tot malis linguam resolvimus. vis enim tales esse nos, quales iubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil subdolum denique, quod credentem fallere paret non sine periculo fallentis: neque enim umquam deceptus est princeps, nisi qui prius ipse decepit.
67 equidem hunc parentis publici sensum cum ex oratione eius tum pronuntiatione ipsa perspexisse videor. quae enim illa gravitas sententiarum! quae quam inadfectata veritas verborum! quae adseveratio in voce! quae adfirmatio in vultu! quanta in oculis, habitu, gestu, toto denique corpore fides! tenebit ergo semper quid suaserit scietque nos, quotiens libertatem quam dedit experiemur, sibi parere. nec verendum est ne incautos putet, si fidelitate temporum constanter utamur, quos meminit sub malo principe aliter vixisse. nuncupare vota et pro aeternitate imperii et pro salute principum, immo pro salute principum ac propter illos pro aeternitate imperii solebamus. haec pro imperatore nostro in quae sint verba suscepta, operae pretium est adnotare: 'si bene rem publicam et ex utilitate omnium ...'. digna vota quae semper suscipiantur semperque solvantur. egit cum dis ipso te auctore, Caesar, res publica ut te sospitem incolumemque praestarent, si tu ceteros praestitisses; si contra,

---

1 quędam *corr. al. man.* quadam b quędam β 2 miseria A facta *delevit I. A. Ernestius* ut ab rep. b 3 nulla erat autem omnino res publica a nulla autem erat omnino res publica A erat autem omnino res publica Bc erat autem r. p. omnino d erat autem omnino nulla res publica ς aures *om.* β 4 dextera ABcd 5 obsuta *N. Heinsius in Verg. georg. IIII 301* obserata *I. A. Ernestius* 6 nos esse A 7 nihil subdolum denique quod bcdς nihilque subdolum denique quod β nihil subdolum denique nihil quod A. *aut scribendum* nihil subdolum, nihil denique quod, *aut plura in enumeratione vel post* fucatum *vel post* subdolum *exciderunt* 10 ex oratione *Lipsius* exortatione *corr. al. man.* ex oratione d exhortatione ABc 11 tum e pronuntiatione *G. H. Schaeferus* perspexisse *Sichardus* respexisse ABcd 12 quae quam inaffectata ueritas uerborum quae asseueratio β quam inaffectata ueritas uerbo rerum quae asseueratio b quam inaffectata ueritas uerborum rerumque asseueratio (asseruatio d) Acd 15 quid suaserit Bd quicquid suaserit A quod suaserit c qua dedit β 17 si *om.* β feditate d felicitate *Arntzenius* 19 et pro salute principum — 20 pro aeternitate imperii *om.* cd principum] ciuium *priore loco cod. Mediol.* ς immo pro salute principum *om.* Aβ, *add.* b *cod. Mediol.* ς 20 haec pro imperatore nostro *Perizonius et Gesnerus* haec (hoc d) pro imperio nostro ABcd 21 sunt β 22 ex utilitate omnium rexeris ς *immo* rexerit, *nisi plura exciderunt* hominum *corr. al. man.* omnium β

illi quoque a custodia tui capitis oculos dimoverent teque relinquerent votis quae non palam susciperentur. alii se superstites rei publicae optabant faciebantque: tibi salus tua invisa est, si non sit cum rei publicae salute coniuncta. nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus, omnibusque annis in consilium de te deos mittis exigisque ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. sed ingenti conscientia, Caesar, pacisceris cum dis ut te, si merueris, servent, cum scias an merearis neminem magis quam deos scire. nonne vobis, patres conscripti, haec diebus ac noctibus agitare secum videtur? 'ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armavi: sed ne deorum quidem aut iram aut neglegentiam deprecor; quaeso immo et obtestor ne umquam pro me vota res publica invita suscipiat aut, si susceperit invita, ne debeat'. capis ergo, Caesar, salutis tuae gloriosissimum fructum ex con- 68
sensu deorum. nam cum excipias ut ita demum te di servent, si bene rem publicam et ex utilitate omnium rexeris, certus es bene te rem publicam regere, cum servent. itaque securus tibi et laetus dies exit, qui principes alios cura et metu distinebat, cum suspensi et attoniti parumque confisi patientia nostra hinc atque inde publicae servitutis nuntios expectarent. ac si forte aliquos flumina nives venti praepedissent, statim hoc illud esse credebant quod merebantur; nec erat discrimen ullum pavoris, propterea quod, cum a malo principe tamquam successor timeatur quisquis est dignior, cum sit nemo non dignior, omnes timentur. tuam securitatem non mora nuntiorum, non litterarum tarditas differt: scis tibi ubique iurari, cum ipse iuraveris omnibus: nemo hoc non sibi praestat. amamus quidem te in quantum mereris; istud tamen non tui facimus amore, sed nostri, nec umquam inlucescat dies quo pro te nuncupet vota non uti-

---

1 capitis] corporis **B** ς 4 pro te poterit optari *corr. al. man.* pro te poteris optare **b** 5 concilium **A** 6 suam] tuam **d** tuarum **A** talis esse *cod. Mediol.* ς tulisse **Bcd** tu esse **A** 7 sed tu ingenti *codex Livineii* caesar pacisceris **A**ς caesar qua pacisceris **Bcd**. *an* sed ingens tibi conscientia, Caesar, qua pacisceris? 8 merueris] mereberis **ABcd** merearis *Sichardus* 11 posceret] prestet β 12 armari β 16 di] dei **ABc** 17 et ex utilitate — 18 rem publicam *om.* **A** certus es te bene rem publicam et ex utilitate animi regere *Cuspinianus* 18 bene te **cd** te bene **B** regere *G. H. Schaeferus* gerere **ABcd**ς *et superscripto* re *ante* gerere *cod. Mediol., ut* regere *voluisse videatur corrector codicis* 25 quisquis **A**ς quisque **Bacd** 27 ubique] undique **A** 28 non sibi **Bcd** sibi non **A**ς igitur non **a** 29 tamen non tui **A**[2]**Bad** tamen tui **A** tamen tui non **c** 30 nec] nos, *ut videtur, corr.* ne **b**

litas nostra, sed fides, Caesar. turpis tutela principis cui potest imputari. queri libet quod in secreta nostra non inquirant principes, nisi quos odimus. nam si eadem cura bonis et malis esset, quam ubique admirationem tui, quod gaudium exultationemque deprehenderes, quos omnium cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis aris focisque sermones! scires mollissimis istis auribus parci. et alioqui cum sint odium amorque contraria, hoc perquam simile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi liberius malos odimus.

69 Cepisti tamen et adfectus nostri et iudicii experimentum, quantum maximum praesens capere potuisti, illo die quo sollicitudini pudorique candidatorum ita consuluisti, ne ullius gaudium alterius tristitia turbaret. alii cum laetitia, alii cum spe recesserunt: multis gratulandum, nemo consolandus fuit. nec ideo segnius iuvenes nostros exhortatus es, senatum circumirent, senatui supplicarent atque ita a principe sperarent honores, si a senatu petissent. quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adiecisti ut te imitarentur. arduum, Caesar, exemplum et quod imitari non magis quisquam candidatorum quam principum possit. quis enim vel uno die reverentior senatus candidatus quam tu cum omni vita tum illo ipso tempore, quo iudicas de candidatis? an aliud a te quam senatus reverentia obtinuit ut iuvenibus clarissimae gentis debitum generi honorem, sed antequam deberetur, offerres? tandem ergo nobilitas non obscuratur, sed inlustratur a principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Caesar nec pavet; quin immo festinatis honoribus amplificat atque auget et maioribus suis reddit. siquid usquam stirpis antiquae, siquid residuae claritatis, hoc amplexatur et refovet et in usum rei publicae promit. sunt in honore hominum et in honore famae magna nomina ex tenebris oblivionis indulgentia Caesaris, cuius haec *vis*, ut no-

---

2 libet] licet A 3 nisi quos A²Bacd nisi quod A bonis et malis Bcd bonis ac malis A bonis quae malis ς 6 scires Bacd si A 7 cum *om.* B 8 temperantius B 9 liberius ς liberalius ABcd audimus A 11 maxime cd Id'o (ideo a) illo die A 14 consulendus B nec eo segnius *Livineius* 15 senatu circumiret B consulatum circumirent ς 18 arduum caesar exemplum Et quo enim (exemplum Equidem d) uel uno die cd 19 non magis A magis non B quisquam A²a quisque Bς quam A 22 an aliud a te senatus reuerentia obtinuit quam ut A 23 clarissime genitis *Livineius* 25 virorum] uiros β 28 usquam AB usque cd unquam a 30 sunt et in honoro hominum cd et in ore famae *Livineius* ex tenebris obliuionis indulgentia Caesaris extracta *Lipsius*. *fortasse* excitata ex tenebris oblivionis indulgentia Caesaris 31 cuius hec

biles et conservet et efficiat. praefuerat provinciae quaestor unus 70 ex candidatis inque ea civitatis amplissimae reditus egregia constitutione fundaverat. hoc senatui adlegandum putasti. cur enim te principe, qui generis tui claritatem virtute superasti, deterior esset condicio eorum qui posteros habere nobiles mererentur, quam eorum qui parentes habuissent? o te dignum qui de magistratibus nostris semper haec nunties nec poenis malorum, sed bonorum praemiis bonos facias! accensa est iuventus erexitque animos ad aemulandum quod laudari videbat, nec fuit quisquam quem non haec cogitatio subiret, cum scires quidquid a quoque in provinciis bene fieret, omnia te scire. utile est, Caesar, et salutare praesidibus provinciarum hanc habere fiduciam, paratum esse sanctitati et industriae suae maximum praemium, iudicium principis, suffragium principis. adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia, etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera, sed vera reputatio, 'vides enim: siquid bene fecero, sciet Caesar? aut si scierit, testimonium reddet?'. ita eadem illa seu neglegentia seu malignitas principum, cum male consultis impunitatem, recte factis nullum praemium polliceretur, nec illos a crimine et hos deterrebat a laude. at nunc, si bene aliquis provinciam rexerit, huic quaesita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris et gloriae campus: ex hoc quisque quod cupit petat et adsecutus sibi debeat. provinciis quoque in posterum et iniuriarum metum et accusandi necessitatem remisisti. nam si profuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur. ...et alioqui nihil magis prodesse candidato ad sequentes

---

ut **AB** cuius hec est ut **c** cuius hoc et **d** cuius est ut *cod. Mediol.* ς cuius haec intentio est ut *Cuspinianus* cuius hoc est ut *Schwarzius: cf. c. 91* 1 et *priore loco om.* β 2 inque ea ciuitatis amplissimae *Lipsius* in quem ea (in quem mea **b**) ciuitas amplissima **ABcd** redditus **Abcd**, *om.* β 5 mererentur **Ac** merentur **d** meruerunt **B** 7 nec prius malorum sed malorum praemiis β 10 cum sciret **ABcd** 11 te *om.* **B** utile est Caesar **Bacd** Caesar utile est **A** 12 paratum **A** paratam **Bcd** 13 et *om.* **Bcd**, *add.* **A** inditium **b** 14 suffragium principis *om.* **cd** 16 uides (in dies *in marg.* **A**²) enim siquid bene fecero sciet caesar aut si scierit (scieret **c**) testimonium reddet **ABcd** uides si quid bene fecero, nesciet Caesar, aut si scierit testimonium non reddet *Catanaeus, ubi* quid enim si quid *pro* uides si quid *posteriores Catanaei editiones*, uidelicet si quid *coniecit Gesnerus.* uides enim si quid bene fecero, scietne Caesar? aut si scierit, testimonium reddet? *Schwarzius. fortasse* quid est enim? siquid bene fecero, sciet Caesar? *etc.* 22 gloriae et honoris **cd** 23 cupiit **A** imposterum **Abd** 25 profuerunt **d** praefuerint ς 26 et alioquin nihil **ABcd** et liquebit nihil *Lipsius* et alioqui liquet nihil *Schwarzius* decet alioqui nihil *Duebnerus. probabilius tamen videtur quaedam excidisse, unde ea quae sequuntur pendebant.* et alioquin nihil magis prodest candidato, quam peractus optime magistratus. magistratus magistratu *etc. Beatus Rhenanus*

honores quam peractos. optime magistratus magistratu, honore honor petitur. volo ego, qui provinciam rexerit non tantum codicillos amicorum nec urbana coniuratione eblanditas preces, sed decreta coloniarum, decreta civitatum adleget. bene suffragiis consularium virorum urbes populi gentes inseruntur. effi-
71 cacissimum pro candidato genus est rogandi gratias agere. iam quo adsensu senatus, quo gaudio exceptum est, cum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, devexus quidem in planum et quasi unus ex gratulantibus! te mirer magis, an improbem illos qui effecerunt ut istud magnum videretur, cum velut adfixi curulibus suis manum tantum et hanc cunctanter et pigre et imputantibus similes promerent? contigit ergo oculis nostris *insolita* ante facies, princeps aequatus candidatis et simul stans; *contigit* intueri parem accipientibus honorem qui dabat. quod factum tuum a cuncto senatu quam vera adclamatione celebratum est, 'tanto maior, tanto augustior'! nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse summittat securus magnitudinis suae. neque enim ab ullo periculo fortuna principum longius abest quam humilitatis. mihi quidem non tam humanitas tua quam intentio eius admirabilis videbatur: quippe cum orationi oculos vocem manum commodares, ut si alii eadem ista mandasses, omnes comitatis nume-

---

2 rexerint b tantum] tam β 4 bene — inseruntur *Lipsius* ne — inseruntur Bcdς ne — inserantur A ut — inserantur *Livineius* 5 consularium] conciliorum cd clarissimorum *Lipsius* 7 cum candidatus cd 8 et deuexus quidem *Livineius* 10 istud gaudium magnum β 11 manum tantum et hanc β manum tantum et hunc b magnum tantum et hunc cd magistratum et hunc A 12 promerent B promerentur A promererent cd 13 insolita ante facies *editio Iuntina a. 1515* insolita facies *Catanaeus* ante facies (*om.* insolita) ABcd. *fortasse* inusitata facies princeps aequatus candidatis et simul stans, contigit intueri *Schwarzius* principis equitum candidati et simul stantis intueri A princeps equitatus et candidatus et simul stantis intueri c principis equitatus candidatus et simul stantis intueri d princeps candidatus equitus et simul stantis intueri B princeps et candidatus equitis simul stantes intueri ς princeps et candidatus aequalesque et simul stantes intueri *editio Iuntina a. 1515*, *unde* princeps et candidatus aequales et simul stantes intuerique *vulgo*, *ubi* candidatus eius simul *coniecit Lipsius*, candidatus aeque et simul *Perizonius*, candidatus aequitus et simul *I. F. Gronovius diatr. in Stat. c. 32.* princeps et candidatus aequi tum et simul stantes intueri *Arntzenius* princeps et candidatus aequati et simul stantes *Gierigius*. principem aequatum candidatis et simul stantem intueri *olim edidi* 16 est *om.* b augustior Ad angustior Bc 19 quam ab humilitate *Catanaeus* 21 cum *om.* B orationi oculos necesse (ncēe b) manum commodares B orationi oculos uocem manum commendares cd orationem oculis uoce manu commendares A 22 ut si alius eadem ista mandasset *Lipsius*

ros obibas. atque etiam cum suffragatorum nomina honore quo solent exciperentur, tu quoque inter excipientes eras, et ex ore principis ille senatorius adsensus audiebatur, quodque apud principem perhibere testimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur a principe. faciebas ergo, cum diceres optimos: nec ipsorum modo vita a te sed iudicium senatus comprobabatur, ornarique se, non illos magis quos laudabas laetabatur.

Iam quod precatus es ut illa ipsa ordinatio comitiorum bene 72 ac feliciter eveniret nobis, rei publicae, tibi, nonne tale est ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus... eosdemque obsecrare ut omnia quae facis quaeque facies prospere cedant tibi, rei publicae, nobis, vel si brevius sit optandum, ut uni tibi, in quo et res publica et nos sumus? fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia adversa, alia secunda principi et nobis: nunc communia tibi nobiscum tam laeta quam tristia, nec magis sine te nos esse felices, quam tu sine nobis potes. an, si posses, in fine votorum adiecisses ut ita precibus tuis di adnuerent, si iudicium nostrum mereri perseverasses? adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut ante a nobis, deinde a dis atque ita ab illis amari velis, si a nobis ameris. et sane priorum principum exitus docuit ne a dis quidem amari, nisi quos homines ament. arduum erat has precationes tuas laudibus adaequare; adaequavimus tamen. qui amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis exclamationes subiecerunt! non nostri, Caesar, ingenii, sed tuae virtutis tuorumque meritorum voces fuerunt, quas nulla umquam adulatio invenit, nullus cuiusquam terror expressit. quem sic timuimus, ut haec fingeremus? quem sic amavimus, ut haec fateremur? nosti necessitatem servitutis: ecquando simile aliquid audisti? ecquando dixisti? multa quidem excogitat metus, sed quae appareant quaesita ab invitis: aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est; alia tristium inventio, alia gaudentium:

---

1 cum nomina suffragatorum honore quo solent exciperentur *G. H. Schaeferus* cum suffragatores nomina honore quo solent exciperent *Lipsius* cum suffragatores candidatorum nomina honore quo solent exciperent *Schwarzius* 2 et *om.* **A** 6 comprobabatur **A²Bac** comprobatur **Ad** ornari qui se *Schwarzius* 7 quos] quam **cd** 8 iam quod *Thomas Hearnius* nam quod **AB** non quod **c** non quidem **d** illa ipsa **βacd** ipsa illa **Ab** 9 rei. p nonne tibi tale est **Bς** 10 eosdemque **cd** eos denique **B** deos denique **Aς** deosque *Livineius. videtur potius aliquid vel ante vel post* eosdemque *excidisse, quo deorum mentio facta erat* 12 sit] est **A** 13 in quo] in quos **β** 14 aduersa **A²Bad** diuersa **Ac** 19 deinde — 20 si a nobis *om.* **b** 21 nisi quod **A** 24 acclamationes *Catanaeus* 25 nulla unquam **Bacd** nunquam ulla **A** 26 cuiquam **c** 28 ecquando *utroque loco Livineius* et quaudo **ABcd** quando **ς** 29 audiuisti **B**

neutrum simulationes expresserint. habent sua verba miseri, sua verba felices, utque iam maxime eadem ab utrisque dican-
73 tur, aliter dicuntur. testis ipse es, quae in omnium ore laetitia. non amictus cuiquam, non habitus quem domo extulerat. inde resultantia vocibus tecta nihilque tantis clamoribus satis clausum. quis tunc non e vestigio suo exiluit? quis exiluisse sensit? multa fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio: nam gaudio quoque cogendi vis inest. num ergo modum ei tua saltem modestia imposuit? non, quanto magis a te reprimebatur, exarsimus? non contumacia, Caesar; sed ut in tua potestate est an gaudeamus, ita in quantum nec in nostra. comprobasti et ipse adclamationum nostrarum fidem lacrimarum tuarum veritate. vidimus umescentes oculos tuos demissumque gaudio vultum tantumque sanguinis in ore, quantum in animo pudoris. atque hoc magis incensi sumus ut precaremur ne quando tibi non eadem causa lacrimarum, utque numquam frontem tuam *. hoc ipsum has sedes nos quasi responsuras interrogemus, viderintne umquam principis lacrimas: at senatus saepe viderunt. onerasti futuros principes, sed et posteros nostros. nam et hi a principibus suis exigent ut eadem audire mereantur, et illi quod non
74 audiant indignabuntur. nihil magis possum proprie dicere, quam quod dictum est a cuncto senatu, 'o te felicem'. quod cum diceremus, non opes tuas, sed animum mirabamur. est enim demum vera felicitas felicitate dignum videri. sed cum multa illo die dicta sunt sapienter et graviter, tum vel in primis 'crede nobis, crede tibi'. magna hoc fiducia nostri, maiore tamen tui diximus. alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit. introspiciat modo vitam seque quid mereatur interroget. proinde dabat vocibus nostris fidem apud optimum prin-

---

1 misera B 2 sua verba *posteriore loco om.* b ut quae iam maxime b et quę iam maxime β ut quam maxime *Gruterus* eadem *om.* B 3 quę in omnium ore B que non omnium ore Ac quo non omnium ore d 4 quem domo *Lipsius* quem modo ABd que modo c 6 exiluisse] ex siluis se B esiluis se d 7 quodam] quedam A 8 gaugendi *corr.* cogendi A 9 non quanto magis bcd num quanto magis Aβ nam quanto magis ς a te reprimebatur — 10 sed ut *om.* cd 12 nostra] uestra b 13 demissumque cς dimissumque ABd remissumque *Lipsius* 16 utque non nunquam frontem tuam abstergeres *Catanaeus* utque numquam frontem tuam contraheres *Gierigius* ipsum] templum *Lipsius* 17 has sedes Bcd sedes tuas A nos] nobis *Aldus* responsuris B interrogamus β viderintne] uiderint A umquam — viderunt *om.* A 20 merentur Bd 23 *fortasse* ea enim demum 25 illa die cd 26 crede et tibi A 28 decepit *cod. Mediol.* quid] quod B

cipem quod apud malos detrahebat. quamvis enim faceremus quae amantes solent, illi tamen non amari se credebant sibi. super haec precati sumus ut sic te amarent di, quem ad modum tu nos. quis hoc aut de se aut principi diceret mediocriter amanti? pro nobis ipsis quidem haec fuit summa votorum, ut nos sic amarent di quo modo tu. estne verum quod inter ista clamavimus, 'o nos felices'? quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optandum est, ut nos diligat princeps, sed *ut* di quem ad modum princeps? civitas religionibus dedita semperque deorum indulgentiam pietate merita nihil felicitati suae putat adstrui posse, nisi ut di Caesarem imitentur.

Sed quid singula consector et colligo? quasi vero aut ora- 75
tione complecti aut memoria consequi possim quae vos, patres conscripti, ne qua interciperet oblivio, et in publica acta mittenda et incidenda in aere censuistis. ante orationes principum tantum eius modi genere monumentorum mandari aeternitati solebant: adclamationes quidem nostrae parietibus curiae claudebantur. erant enim quibus nec senatus gloriari nec principes possent. has vero et in vulgus exire et posteris prodi cum ex utilitate tum ex dignitate publica fuit, primum ut orbis terrarum pietatis nostrae adhiberetur testis et conscius, deinde ut manifestum esset audere nos de bonis malisque principibus non tantum post ipsos iudicare, postremo ut experimento cognosceretur et ante nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos gratos probare antea non licuit. at qua contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est ne adfectus nostros, ne tua merita supprimeres, denique ut in posterum exemplo provideres! discant et principes adclamationes veras falsasque discernere habeantque muneris tui quod iam decipi non poterunt. non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum, non

---

3 sic] si **B** 4 quis hoc aut **A** qui hoc aut **Bc** qui aut **d** 6 verum] utrum β 8 iam non **cd** sed dii **ABcd** 9 civitas — 16 aeternitati solebant *om.* **cd** 10 pietate merita *Lipsius* pie merita **AB** prę merita **a** promerita *Arntzenius* felicitati suae *Aldus* felicitatis suae **AB** 13 quae. p. c. nequa uos interciperet **b** vos] nos **A** 15 *fortasse* ante te 17 quidem *om.* **A** uestrae β 18 nec principes possent **A** nec princeps possent **Bς** nec princeps posset **c** nec princeps esse **d** 19 in uulgus **Ad** in singulis **B** in uulgo **c** prodi] proli β 23 postremo — 27 provideres *om.* **cd** 24 ante non ingratos *Lipsius* quibus] *fortasse* quia 25 At qua **Ab** A qua *deleto* A, *ut videtur*, β nixu **AB** 27 denique — provideres *om.* **A**, *add.* **B** 30 illis *om.* **A** ad] sed **B** deserendum **A** deserundum **b** destruendum *corr. al. man.* deserundum β ad secundam **cd**

summovenda adulatio, sed non reducenda est. certum est et quae facere et quae debeant audire, si faciant. quid nunc ego super ea quae sum cum toto senatu precatus pro senatu precer, nisi ut haereat animo tuo gaudium quod tunc oculis protulisti, ames illum diem et tamen vincas, nova merearis, nova audias?
76 eadem enim dici nisi facta...non possunt. iam quam antiquum, quam consulare, quod triduum totum senatus sub exemplo tui sedit, cum interea nihil praeter consulem ageres! interrogavit quisque quod placuit...dissentire, discedere et copiam iudicii sui rei publicae facere. consulti omnes atque etiam dinumerati sumus, vicitque sententia non prima, sed melior. at quis antea loqui, quis hiscere audebat praeter miseros illos qui primi interrogabantur? ceteri quidem defixi et attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam adsentiendi necessitatem quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur! unus solusque censebat quod sequerentur omnes et omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat. adeo nulla magis omnibus displicent, quam quae sic fiunt, tamquam omnibus placeant. fortasse imperator in senatu ad reverentiam eius componebatur: ceterum egressus statim se recipiebat in principem omniaque consularia officia abicere, neglegere, contemnere solebat. ille vero ita consul, ut si tantum consul foret, nihil infra se putabat, nisi quod infra consulem esset. ac primum ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiae principalis, nullus praecursorum tumultus detineret. una erat in limine mora, consultare aves revererique numinum monitus. nemo proturbabatur, nemo summovebatur: tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus,

---

1 certum est et quae **Bac** certum est ut quae **A** certum est aeque **d** 4 praetulisti *Livineius* 5 et tamen uincas **AB** et uincas **c** ut uincas **d** audies **cd** 6 dici *om.* **d** nisi ob eadem facta *Catanaeus. fortasse* nisi facta sint eadem 7 sub exemplo tuo *e codice Patavino et Veneto adnotavit Schwarzius, recepit Gierigius* sub exemplo patientiae tuae *Cuspinianus* 8 ageres. Interrogauit quisque quod placuit dissentire **AB** ageres interrogares quisquis quod placuit dissentire **cd** ageres, id est interrogares. quisque quod placuit sentire, dissentire *Schwarzius. fortasse* ageres: interrogatus quisque quod placuit sentiebat, licuit dissentire 9 copiam iudicii facere sui rei pu. **c** copiam iudicii sui rei pu. facere tutum fuit *Catanaeus* 11 at] aut **B** 17 displicent **Bacd** displiceret **A** 20 recipiebat in principem **Bacd** recipiebat in imperatorem principem **A** 21 abiicere *Livineius* abigere **ABcd** ita *om.* **d** 22 ut si tantum consul *om.* **Acd**, *add.* **Bς** 23 infra consulem esset *Catanaeus*[2] infra eos esset **ABcd** 24 praecursorum **A** percussorum **Bd** precursorem **c** 25 consalutare **A** 26 reuereri numinum motus **β** monitus] moratus **c** nemo proturbabatur *Livineius* nemo perturbabatur **Abc** nemo perturbatur **β**, *om.* **d** nemo summovebatur *om.* **β**

ut plerumque aliena turba subsistere et consulem et principem
cogeret. ipsius quidem officium tam modicum, tam temperatum,
ut antiquus aliquis magnusque consul sub bono principe ince-
dere videretur. iter illi saepius in forum, frequenter tamen et
in campum. nam comitia consulum obibat ipse: tantum ex re- 77
nuntiatione eorum voluptatis quantum prius ex destinatione ca-
piebat. stabant candidati ante curulem principis, ut ipse ante
consulis steterat, adigebanturque in verba in quae paulo ante
ipse iuraverat princeps, qui tantum putat esse in iure iurando,
ut illud et ab aliis exigat. reliqua pars diei tribunali dabatur.
ibi vero quanta religio aequitatis! quanta legum reverentia!
adibat aliquis ut principem: respondebat se consulem esse. nul-
lius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est,
aucta etiam; siquidem pleraque ad praetores remittebat, atque
ita ut collegas vocaret, non quia populare gratumque audienti-
bus, sed quia ita sentiebat. tantum dignationis in ipso honore
ponebat, ut non amplius esse censeret quod aliquis collega ap-
pellaretur a principe, quam quod praetor esset. ad hoc tam ad-
siduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur. quis
nostrum idem curae, idem sudoris insumit? quis adeo expetitis
honoribus aut deservit aut sufficit? et sane aequum est tantum
ceteris praestare consulibus ipsum qui consules facit: quippe
etiam fortuna videbatur indignum, si posset honores dare qui
gerere non posset. facturus consules doceat accepturisque am-
plissimum honorem persuadeat scire se quid sit quod dabit: sic
fit ut illi quoque sciant quid acceperint.

Quo iustius senatus ut susciperes quartum consulatum et 78
rogavit et iussit. imperii hoc verbum, non adulationis esse ob-
sequio tuo crede, quod non alia in re magis aut senatus exi-
gere a te aut tu praestare senatui debes. ut enim ceterorum
hominum ita principum, illorum etiam qui di sibi videntur, ae-

---

2 ipsius — 5 campum *om.* cd   tam *priore loco om.* B, *add.* A   3 incedere A intercedere B   4 illi A illis B   5 ipse et tantum *Lipsius* ex remuneratione β   6 quam prius B   10 ut illud et Ad ut id et B ut ille c   13 ius] uis A   14 praetorem A   16 tantumque dignationis *Livineius*   17 censeres B   18 tam] tantum β   20 insumit AB insunt a insinuit d, *om. in lacuna* c sumit ς   expertus *corr. al. man.* expetitis b   23 etiam] omne B   fortunae ς, *om.* cd   possit β   24 possit cd   fucturus β: facturus consules consules esse doceat *Schwarzius* accepturisque *Catanaeus*[2] accepturusque ABcd accepturosque ς   25 honorem *om.* β   dabit] daturus sit cdς   sic fiet *Livineius*   27 quo iustius — 382, 4 consul potest *om.* cd   30 tu *om.* ABς, *add.* *Sichardus*   31 aeuum omne *Catanaeus* equum omne Ab aequum autem β

vum omne et breve et fragile est. itaque optimum quemque niti et contendere decet ut post se quoque rei publicae prosit, moderationis scilicet iustitiaeque monumentis, quae plurima statuere consul potest. haec nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas. quem ergo honorem magis amare, quod nomen usurpare saepius debes, quam quod primum invenit recuperata libertas? non est minus civile et principem esse pariter et consulem quam tantum consulem. habe etiam rationem verecundiae collegarum tuorum, collegarum inquam: ita enim et ipse loqueris et nos loqui vis. onerosa erit modestiae illorum tertii consulatus sui recordatio, donec te saepius consulem videant. neque enim potest non nimium esse privatis quod principi satis est. adnuas, Caesar, optantibus, quibusque apud deos adesse
79 consuesti, quorum potes ipse votorum compotes facias. tibi fortasse sufficiat tertius consulatus: sed nobis tanto minus sufficit. ille nos instituit et induxit ut te iterum iterumque consulem habere cupiamus. remissius istud contenderemus, si adhuc nesciremus qualis esses futurus: tolerabilius fuit experimentum tui nobis quam usum negari. dabiturne rursus videre consulem illum? audiet, reddet quas proxime voces praestabitque gaudium quantum ipse percipiet? praesidebit laetitiae publicae, auctor eius et causa, temptabitque adfectus nostros, ut solet, cohibere nec poterit? pietati senatus cum modestia principis felix speciosumque certamen, seu fuerit victa seu vicerit. equidem incognitam quandam proximaque maiorem praesumo laetitiam. quis enim est tam imbecillo ingenio, qui non tanto meliorem

---

3 plurima *Gesnerus* prima **AB**. plurima *'primo Gudii libro' adscriptum esse indicat Schwarzius* statuere **Ba** constatnere **A** 4 potes *Lipsius* 8 tantum consul **B** habe *Livineius* habes **ABς** habent **cd** verecundiae — 383, 15 principis atque **R** 10 terti consul **R** 11 te saep... consulem **R** te consulem **ABcd** te quartum consulem *Livineius* 13 apud (aput **R**) deos adesse **Rcd** apud deos esse **AB** 14 quorum potes ipse uotorum **AB** quorum potes ipsorum uotorum **cd** hos quibus potes ip.. uotorum (*vel* ueterum) **R** quorum potens es uotorum *Aldus* conpotes] copotes **R** tibi fortasse — 17 cupiamus *om.* **cd** tibi fortasse sufficiat **R** fortasse tibi sufficiat **A²a** fortasse tibi sufficiet **A** fortasse sufficiat (*om.* tibi) **B** 16 institu | induxit **R** iterumque *om.* **A** 17 nesciremus **R** non sciremus **ABcd** 19 nobis *om.* **A** usum **Bacd** uisum **A** 20 audiet et reddet *H. Stephanus* reddet*que* quas **R** praestabit gaudium **cd** gaudium *om.* **A** 23 nec poterit, erit pietati senatus *Lipsius* non poterit pietati certe senatus **R** 25 quandam proximaque maiorem **Ab** quandam (quandam *om.* **d**) proximamque maiorem **βcd** quondam proximamque maiorum **R** 26 quis enim est tam imbecili ingenio qui non **ς** quis enim est tam modicello (modicilli **β**) ingenio qui non **Aβ** quis enim est tam (est tam *om.* **c**) modicilli ingenii qui non **bcd** quis enim est tam indocili ingenio qni non *cod. Mediol.* quis enim ex tam docili ingenio non **R**

consulem speret, quanto saepius fuerit? alius se a continuo labore, etsi non desidiae ac voluptatibus dedisset, otio tamen et quiete recreasset: hic consularibus curis exsolutus principales resumpsit, tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium princeps nec principis consul appeteret. videmus ut provinciarum desideriis, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora: adeunt statim, dimittuntur statim, tandemque principis fores exclusa legationum turba non obsidet. 80 quid? in omnibus cognitionibus quam mitis severitas, quam non dissoluta clementia! non tu locupletando fisco operatus sedes, nec aliud tibi sententiae tuae pretium quam bene iudicasse. stant ante te litigatores non de fortunis suis, sed de tua existimatione solliciti, nec tam verentur quid de causa sua, quam quid de moribus sentias. o veras principis atque etiam dei curas, reconciliare aemulas civitates tumentesque populos non imperio magis quam ratione compescere, intercedere iniquitatibus magistratuum infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit, postremo velocissimi sideris more omnia invisere, omnia audire et undecumque invocatum statim velut adesse et adsistere! talia esse crediderim quae ipse mundi parens temperat nutu, siquando oculos demisit in terram et fata mortalium inter divina opera numerare dignatus est. qua nunc parte liber solutusque tantum caelo vacat,

---

1 alius se a continuo labore *et* si non desidia ac uoluntatibus dedisset **R** alius (alios **A²ac**) labores si non continuos (continuo **A²**) desidiae ac uoluptati dedisset **ABcdς** alius labores si non continuo se desidiae ac uoluptati dedisset *editio Iuntina a. 1515 et Lipsius* alius continuos labores si non desidiae ac uoluptati dedisset *Livineius* 2 otio] utio **R** et] ac **A** 3 consularibus curis exolutus **Ab** consularibus curis exosolutus β consularibus resolutis **cd** 4 ut ne consulis **R** 5 appareret β uideamus **R** 6 etiam] esse **cd** ciuitatium **R** ciuitatem **d** precibus *Sichardus in marg.* praecibus **R** praesidiis **AB**, *om.* **cd** occurrit **A** 7 audiendo] adeundo *Lipsius* 9 cognitionibus **RAb** cogitationibus β conditionibus **cd** excogitationibus **ς** 10 quam *posteriore loco om.* **R** clementia cui non tu locupletando fisco operatus sedes **R** clementia non locupletando fisco sedes **AB cd** clementia, quam tu non locupletando fisco operatus sedes *F. Haasius misc. philol. II* (*a. 1858*) *p. 19. an* clementia tua! non tu *etc.?* 11 aliut **R** 12 praetium **R** 13 de tua existimatione **Rc** de tua extimatione β de tua estimatione **Ab** de tui existimatione **d** de sua existimatione *P. Faber* 14 sentias **RA²acd** senties β sententies **Ab** 15 o ueras (*vel* uerus) principis atque **R**, *qui in hoc vocabulo deficit* o uere principis atque etiam decoris reconciliare (conciliare **A**) **ABcd** o uere principis atque etiam consulis reconciliare *Catanaeus* o uere principis atque etiam consularis decoris reconciliare *Cuspinianus* 16 tumentisque **A** timentesque **Bcd** 19 audire] adire *Livineius* 20 uelut numen adesse **ς** talia esse] alia etiam **A** 22 terram **Acd** terras **Bς** et facta **ς** 23 quibus nunc per te

postquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice sua fungereris. fungeris enim sufficisque mandanti, cum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, summa cum tua laude condatur.

81 Quodsi quando cum influentibus negotiis paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. quae enim remissio tibi nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga et horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, nullius vestigio adiutum, atque inter haec pia mente adire lucos et occursare numinibus? olim haec experientia iuventutis, haec voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu; nec mediocre pacis decus habebatur summota campis inruptio ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor. usurpabant gloriam istam illi quoque principes, qui obire non poterant, usurpabant autem *ita*, ut domitas fractasque claustris feras ac deinde in ipsorum quidem ludibrium emissas mentita sagacitate colligerent. huic par capiendi quaerendique sudor summusque et idem gratissimus labor invenire. enimvero, siquando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela aut oculis sequitur aut manibus, sed nunc gubernaculis adsidet, nunc cum valentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes

82 remisque transilire obstantia freta: quantum dissimilis illi qui non Albani lacus otium Baianique torporem et silentium ferre, non pulsum saltem fragoremque remorum perpeti poterat, quin ad singulos ictus turpi formidine horresceret! itaque procul ab omni sono inconcussus ipse et immotus religato revinctoque navigio non secus ac piaculum aliquod trahebatur: foeda facies,

---

liber ς qui nunc per te curarum liber *Cuspinianus* qua nunc parte curarum liber *Schwarzius* 1 uice sua (sue *corr.* sua b) fungereris fungeris enim bdς uice sua fungeris fungeris enim Aβ uice sua sic gereris fungeris enim c 2 sufficisque mandanti Ab sufficisque mandati β sufficitque mandanti d sufficitque mandati c 3 summa *posteriore loco om.* cdς 5 paria fecisti *om.* cd 6 mutationem Ac ĩmationem β imationem b imitationem d 8 mortium A inferre] infigere *cod. Mediol.* 10 experimenta *Lipsius* 11 his actibus A 16 usurpabant autem ita ut *Cuspinianus* usurpabant autem ut ABς usurpabant ut d usurpabant *superscripto* ut c 17 quidem cdς quid m a quidni AB 18 huic par *Catanaeus* his par ABcd nunc par *Lipsius* 21 manibus] nauibus *Livineius* 22 cum *om.* b 24 transilire] transferre ABcd transfretare *Catanaeus* transire *Lipsius* distantia d 25 Baianique teporem *Arntzenius* Baiani teporem *cod. Mediol.* 26 nemorum b 28 et immotus relegato reuinctoque ς etiam motus relegatore uinctoque ABcd 29 aliquod] quoddam β

cum populi Romani imperator alienum cursum alienumque rectorem velut capta nave sequeretur. nec deformitate ista saltem flumina carebant; atque etiam Danubius ac Rhenus tantum illud nostri dedecoris vehere gaudebant, non minore cum pudore imperii, quod haec Romanae aquilae, Romana signa, Romana denique ripa, quam quod hostium prospectaret, hostium, quibus moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina aut campis superfusa, nunc liquida ac deferentia lustrare navigiis nandoque superare. nec vero laudaverim per se magno opere duritiam corporis ac lacertorum. sed si his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunae indulgentia molliat, non copiae principales ad segnitiem luxumque detorqueant, tunc ego, seu montibus seu mari exerceatur, et laetum opere corpus et crescentia laboribus membra mirabor. video enim iam inde antiquitus maritos dearum ac deum liberos... nec dignitate nuptiarum magis quam his artibus inclaruisse. simul cogito, cum sint ista ludus et avocamentum huius,... illae seriae et intentae et a quibus se in tale otium recipit. voluptates sunt enim, voluptates, quibus optime de cuiusque gravitate sanctitate temperantia creditur. nam quis adeo dissolutus, cuius non occupationibus aliqua species severitatis insideat? otio prodimur. an non plerique principes hoc idem tempus in aleam stupra luxum conferebant, cum seriarum laxamenta curarum vitiorum contentione

---

1 lectorem *corr.* rectorem b 3 etiam] amnes ς danubius ac rhenus **Baς** danubius et rhenus **cd** danubius rhenusque **A** 5 quod haec **Aς** quod hae **Bd** quod de **c** 6 hostium prospectaret (prospectarer **c** prospectarent ς) hostium quibus **Bcς** hostium exercitus prospectaret hostium quibus **A** hostium prospecta quibus **d** 7 moris est **Ba** moris (*om.* est) **A** mos est **cd** superfusa] superflua **Bς** 8 descrentia *Catunacus* deferuentia *Lipsius* 10 si his **B** si is **cd** si iis **A** tanto corpore *Gesnerus* 11 impertiet **A** fortunae indulgentia molliat **d** fortuna indulgentia molliat **Ac** fortunae indulgentiae molliat **a** fortunae indulgentiae molliant **Bς** 12 torqueant *corr.* detorqueant β 15 dearum ac deorum liberos ς nec dignitate nuptiarum] '*aut deest alterum membrum*, nec natalibus nec nuptiarum dignitate, *vel simile quiddam*, *aut* non *pro* nec *equidem reponam*' *Livineius* non diuinitate natalium nec dignitate nuptiarum *Behrius* nec generis praestantia nec dignitate nuptiarum *Gesnerus* 16 quam *om.* **cd** inclaruisse **B** claruisse **Ad** caruisse **c** cum] quam b 17 auocamentum huius ille serie et intente **AB** auocamur tum ille serie et intente **c** auo amen tum ille serie et intente **d** auocamentum, quae quantaeque sint huius illae seriae et intentae *et deinde cum libris* recipit uoluptates. Sunt enim uoluptates quibus *Cuspinianus* auocamentum huius, quae quantaque sint illa seria et intenta *et deinde* recipit. Voluptates sunt enim, uoluptates quibus *Lipsius et omisso posteriore loco v.* uoluptates *Gierigius* 20 iam quis ς cuius non occupationibus aliqua species seueritatis non insidat **B** 21 serietatis **c** insideat **A** insidat **cς** insidiatus **d** incidat *H. Stephanus* an non plerique **Aς** at non plerique **Ba** at uero plerique **cd**

83 supplerent? habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur: principum vero non modo domos sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit omniaque arcana noscenda famae proponit atque explicat. sed tibi, Caesar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam quam penitus inspici. sunt quidem praeclara quae in publicum profers, sed non minora ea quae limine tenes: est magnificum quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius quod tuos. quanto enim magis arduum est alios praestare quam se, tanto laudabilius quod, cum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. multis inlustribus dedecori fuit aut inconsultius uxor adsumpta aut retenta patientius: ita foris claros domestica destruebat infamia, et ne maximi cives haberentur hoc efficiebat, quod mariti minores erant. tibi uxor in decus et gloriam cedit. quid enim illa sanctius? quid antiquius? nonne, si pontifici maximo eligenda sit coniux, aut hanc aut similem (ubi est autem similis?) elegerit? quam illa nihil sibi ex fortuna tua nisi gaudium vindicat! quam constanter non potentiam tuam, sed ipsum te reveretur! idem estis invicem quod fuistis, probati ex aequo, nihilque vobis felicitas addidit, nisi quod scire coepistis, quam bene uterque vestrum felicitatem ferat. eadem quam modica cultu! quam parca comitatu! quam civilis incessu! mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit: nam uxori sufficit obsequii gloria. an, cum videat quam te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non et ipsa cum silentio incedat ingredientemque pedibus maritum, in quantum patitur sexus, imitetur? decuerit hoc illam, etiamsi diversa tu facias. sub hac vero modestia viri quantam debet verecundiam uxor marito, femina sibi!
84 soror autem tua ut se sororem esse meminit! ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur! ut, siquis eam uxori tuae conferat, dubitare cogatur, utrum sit efficacius ad recte vivendum bene institui an feliciter nasci. nihil est tam pronum ad simultates quam aemulatio, in feminis praesertim: ea porro nascitur ex coniunctione, alitur aequalitate, exardescit invidia, cuius finis est odium. quo quidem admirabilius existi-

---

1 primum] proprium *Rittershusius* 2 domos ϛ domus AB domum d 3 cubilia d *cod. Mediol.* secessus AB sensus cd recessus *Arntzenius* 13 destruebat] disturbauit cd 16 aut hanc] an hanc A 19 probati *Perizonius et Schwarzius* probatis Bcd probastis A idem probatis *Gierigius* 32 an feliciter A aut feliciter Bacd tam ad pronum ad simultates b 34 ea porro maxime nascitur Bϛ exardescit ϛ et ardescit ABcd 35 existimandum A²Bacd estimandum A

mandum est quod mulieribus duabus in una domo parique fortuna nullum certamen, nulla contentio est. suspiciunt invicem, invicem cedunt, cumque te utraque effusissime diligat, nihil sua putant interesse, utram tu magis ames. idem utrique propositum, idem tenor vitae, nihilque ex quo sentias duas esse. te enim imitari, te subsequi student: ideo utraque mores eosdem, quia utraque tuos habet. inde moderatio, inde etiam perpetua securitas. neque enim umquam periclitabuntur esse privatae, quae non desierunt. obtulerat illis senatus cognomen Augustarum, quod certatim deprecatae sunt, quam diu appellationem patris patriae tu recusasses, seu quod plus esse in eo iudicabant, si uxor et soror tua, quam si Augustae dicerentur...sed quaecumque illis ratio tantam modestiam suasit, hoc magis dignae sunt quae in animis nostris et sint et habeantur augustae, quia non vocantur. quid enim laudabilius feminis, quam si verum honorem non in splendore titulorum, sed in iudiciis hominum reponant magnisque nominibus pares se faciant, et dum recusant?

Iam etiam in privatorum animis exoleverat priscum morta- 85
lium bonum, amicitia, cuius in locum migraverant adsentationes, blanditiae et peior odio amoris simulatio. etenim in principum domo nomen tantum amicitiae, inane scilicet inrisumque, remanebat. nam quae poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur? tu hanc pulsam et errantem reduxisti: habes amicos, quia amicus ipse es. neque enim ut alia subiectis ita amor imperatur, neque est ullus adfectus tam erectus et liber et dominationis impatiens nec qui magis vices exigat. potest fortasse princeps inique, potest tamen odio esse non nullis, etiamsi ipse non oderit: amari, nisi

---

2 suspiciunt **A** suscipiunt **Bcd** 4 putant sua **A** idem utrique *Schwarzius ex codice Parisino* idemque utrique **ABς** idē utrinque **d**: idem — 5 duas esse *om.* **c** 8 umquam] inique **B** 9 obtulelerat β 10 appellationem] deprecationem **A** 12 seu quaecumque *C. F. W. Muellerus mus. rhen. noviss. v. XX (a. 1865) p. 156. mihi probabilius esse videtur alteram enuntiationis partem post* dicerentur *excidisse* 17 etiam dum *cod. Mediol.* ς 19 iam etiam et in **ABcd** iam omne etiam in *cod. Mediol.* iam et in *Livineius:* iam et in principum et in priuatorum animis *Gierigius* priscum] priscorum **A** 20 migrauerat β immigrauerant *Livineius* 21 peior odio *Livineius* prior odio **A** peior (peuor *corr.* peior **b**) ordo **Bς** prior ordo **cd** Est enim **A** 22 nomen tantum amicitiae **A** non tantum amicitiae **B** nomen tuum amicitia **cd** inane] uane **b** 23 manebat ς nam que **A d** nam qui **A**[2]**Bc** 24 sibi domini alii alii serui **A** 26 ullus alius affectus *G. H. Schaeferus* 27 tam et rectus β et liber **Bc** etiam liber **A** tam liber **d** 28 *fortasse* potest princeps fortasse inique

ipse amet, non potest. diligis ergo, cum diligaris, et in eo quod utrimque honestissimum est tota gloria tua est; qui superior factus descendis in omnia familiaritatis officia et in amicum ex imperatore summitteris; immo tunc maxime imperatorem, cum amicum agis. etenim cum plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, praecipuum est principis opus amicos parare. placeat tibi semper haec secta, et cum reliquas virtutes tuas tum hanc constantissime teneas, nec umquam tibi persuadeatur humile esse principi nisi odisse. iucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minus amare. quorum utroque ita frueris, ut, cum ipse ardentissime diligas, adhuc tamen ardentius diligaris, primum quia facilius est unum amare quam multos, deinde quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta, ut nemo te pos-
86 sit nisi ingratus non magis amare. operae pretium est referre quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares. dimisisti optimum virum tibique carissimum invitus et tristis, et quasi retinere non posses. quantum amares eum desiderio expertus es, distractus separatusque, dum cedis et vinceris. ita, quod fando inauditum, cum princeps et principis amicus diversa velletis, id potius factum est, quod amicus volebat. o rem memoriae litterisque mandandam! praefectum praetorio non ex ingerentibus se, sed ex subtrahentibus legere eundemque otio, quod pertinaciter amet, reddere, cumque sis ipse distentus imperii curis, non quietis gloria cuiquam invidere. intellegimus, Caesar, quantum tibi pro laboriosa ista statione et exercita debeamus, cum otium a te tamquam res optima et petatur et detur. quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem

---

2 utrumque **A** utrique ς qui] quia **A** 3 factus **cd** fatis **B** facis **A** 4 imperator cum **ABcd** imperator es cum *Livineius* 5 amicum ex imperatore agis **cd**ς Est enim **A** plurimus β amicis **cd** |6 precipuum est **Abd** principuum est β principium est **c** amicos — 389, 11 et ille qui | **R** parere **R** 7 reliquas **R** alias **ABcd** tum] tunc **R** 8 tibi *om.* **ABcd**, *add.* **R** 9 principis **R** 11 ardentius *om.* **A** diligares **R**. 13 adest facultas tanta **Bcd** adest facultas tua **A** tanta facultas inest **R** te possit **RAc** possit te **B** possit (*om.* te) **d** 15 tibi] sibi **R** amico **R**A^2**Bacd** dico **A** 16 rarissimum **R** 17 quantumque amares **R** 19 inauditum est quod cum **R** principis] principes **R** 20 tactum est **R** o *om.* **R** 21 literis mandandam **R** praetorio **R** praetorii **ABcd** 22 se *om.* **ABcd**, *add.* **R** sed ex **R** sed e **ABcd** eundemque — 23 reddere *om.* **b** quod pertinaciter **R** *Livineius* quem pertinaciter **A**β**cd** 23 imperii curis] in periculis **R** 24 non quietis *bis scriptum est in* **R** gloria **d** gloriam **ABc** gloriam *vel* gloriaam **R** 25 pro *om.* **cd** et exercita **Bc** exercita (*om.* et) **Rd** et exercitatione **A** 26 et petatur **RAb** expetatur **c** expectatur **d** expectatur *corr.* expetatur β

prosequereris! prosecutus es enim nec temperasti tibi quo minus exeunti in litore amplexus, in litore osculum ferres. stetit Caesar in illa amicitiae specula, stetit precatusque est abeunti prona maria celeremque, si tamen ipse voluisset, recursum nec sustinuit recedentem non etiam atque etiam votis et lacrimis sequi. nam de liberalitate taceo. quibus enim muneribus aequari haec cura principis, haec patientia potest, qua meruisti ut ille sibi nimium fortis ac prope durus videretur? nec dubito quin agitaverit secum an gubernacula retorqueret, et fecisset, nisi quod paene ipso contubernio principis felicius iucundiusque est desiderare principem desiderantem. et ille quidem ut maximo fructu suscepti ita maiore depositi officii gloria fruitur; tu autem facilitate ista consecutus es ne quem retinere videaris invitum. civile hoc erat et parenti publico convenientissimum, 87
nihil cogere semperque meminisse nullam tantam potestatem cuiquam dari posse, ut non sit gratior potestate libertas. dignus es, Caesar, qui officia mandes deponere optantibus, qui petentibus vacationem invitus quidem, sed tamen tribuas, qui ab amicis orantibus requiem non te relinqui putes, qui semper invenias et quos ex otio revoces et quos otio reddas. vos quoque, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fovete iudicium eius quod de vobis habet: hic vester labor est. princeps enim, cum in uno probavit amare se scire, vacat culpa, si alios minus amat. ipsum quidem quis mediocriter diligat, cum leges amandi non det, sed accipiat? hic praesens, ille mavult absens amari: uterque ametur ut mavult: nemo in taedium praesentia, nemo in oblivionem absentia venit: tenet quisque locum quem semel meruit, faciliusque est ut oculis eius vultus absentis, quam ut animo caritas excidat.

---

1 prosequeris´ **Ac** prosecutus *es* enim **R** prosecutus enim **ABcd** prosecutus enim es *Livineius* nec temperasti tibi **R**ϛ nec te imperasti tibi **ABd** nec imperasti tibi **c** 2 in litore amplexus in litore osculum **R** in litore amplexus osculum **ABcd** in litore amplexus et osculum *N. Heinsius*
3 amiciae specula stetit praecatusque est abeunti prona maria **R** amicitiae specula precatusque maria **AB**ϛ amicitiae specula spectansque maria **cd** 5 adque .. uotis et lacrimis **R** atque etiam uotis (notis **B**) lacrimis **AB** atque etiam uotis lacrimisque **cd** 8 uidetur **R** 10 nisi quod pene **A** nisi quod nene **R** nisi quo pene **Bcd**: nisi paene — iucundiusque esset *I. A. Ernestius* 11 desiderare] desiderarē β maximo fructu **cd** maximo fructus **AB** maxime fructus **a** maxima fructus ϛ 13 consecutus est cs β
21 fouete **A** *Aldus* fouet **A**²**Bcd** fouete sancte *vulgo ex editione Beati Rhenani* 23 amare se scire **A**²**Bcd** amari se scire **A** 26 uterque amatur *G. H. Schaeferus* 27 uenit d *cod. Mediol.* ueniat **ABc**ϛ tenet quisque ϛ tenet quis **ABcd** teneat quisque **A**² *in marg.* 28 semel **Acd** semper **B**ϛ

88 Plerique principes, cum essent civium domini, libertorum erant servi: horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos praeturae etiam et sacerdotia et consulatus, immo et ab his petebantur. tu libertis tuis summum quidem honorem, sed tamquam libertis habes abundeque sufficere iis credis, si probi et frugi existimentur. scis enim praecipuum esse indicium non magni principis magnos libertos. ac primum neminem in usu habes nisi aut tibi aut patri tuo aut optimo cuique principum dilectum, statimque hos ipsos cotidie. deinde ita formas, ut se non tua fortuna, sed sua metiantur; et tanto magis digni quibus honor omnis praestetur a nobis, quia non est necesse. iustisne de causis senatus populusque Romanus optimi tibi cognomen adiecit? paratum id quidem et in medio positum, novum tamen. scias neminem ante meruisse, quod non erat excogitandum, siquis meruisset. an satius fuit felicem vocare? quod non moribus, sed fortunae datum est: satius magnum? cui plus invidiae quam pulchritudinis inest. adoptavit te optimus princeps in suum, senatus in optimi nomen: hoc tibi tam proprium quam paternum; nec magis distincte definiteque designat qui Traianum, quam qui optimum appellat, ut olim frugalitate Pisones, sapientia Laelii, pietate Metelli monstrabantur. quae simul omnia uno isto nomine continentur. nec videri potest optimus nisi qui est omnibus optimis in sua cuiusque laude praestantior. merito tibi ergo post ceteras appellationes haec est addita ut maior. minus est enim imperatorem et Caesarem et Augustum quam omnibus imperatoribus et Caesaribus et Augustis esse meliorem. ideoque ille parens hominum deorumque optimi prius, deinde maximi nomine colitur. quo praeclarior laus tua, quem non minus constat optimum esse quam maximum. adsecutus es nomen quod ad alium transire non possit, nisi ut appareat in bono principe alienum, in malo falsum, quod licet omnes postea usurpent, semper tamen agnoscetur ut tuum. etenim ut nomine Augusti admonemur eius

---

3 hos *ultimo loco om.* β 4 ab iis **A** 5 suum quidem *Lipsius* 6 iis **A** his **Bcd** 9 cuiquam **B** principum *deleri voluit Schwarzius* dilectum habitumque (spectatumque *Gesnerus*), hos ipsos cottidie deinde ita formas *Lipsius et Gesnerus* dilectum, deinde statim hos ipsos quotidie ita formas *Schwarzius* statimque ut hos **A** 11 et *deleri voluit Livineius*: et tanto magis digni sunt *H. Stephanus* 14 ante te meruisse *cod. Mediol.*
23 qui est omnibus optimis β qui est optimus omnibus optimis **b** qui est optimus **A** qui est omnibus optimus **cd** qui est omnibus *Gesnerus* 26 et caesarem augustum β 30 assequutus est **A** ad *om.* **A** 33 agnoscetur **Bacd** cognoscetur **A**

cui primum dicatum est, ita haec optimi appellatio numquam memoriae hominum sine te recurret, quotiensque posteri nostri optimum aliquem vocare cogentur, totiens recordabuntur quis meruerit vocari.

Quanto nunc, dive Nerva, gaudio frueris, cum vides et 89
esse optimum et dici quem tamquam optimum elegisti! quam laetum tibi quod comparatus filio tuo vinceris! neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quam quod optimus ipse non timuisti eligere meliorem. sed et tu, pater Traiane, (nam tu quoque, si non sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem) quantam percipis voluptatem, cum illum tribunum, illum militem tuum, tantum imperatorem, tantum principem cernis cumque eo qui adoptavit amicissime contendis, pulchrius fuerit genuisse talem an elegisse! macte uterque ingenti in rem publicam merito, cui hoc tantum boni contulistis! licet alteri vestrum filii virtus triumphalia, caelum alteri dederit, non minor tamen vestra laus, quod ista per filium, quam si ipsi meruissetis.

Scio, patres conscripti, cum ceteros cives tum praecipue 90
consules oportere sic adfici, ut se publice magis quam privatim obligatos putent. ut enim malos principes rectius pulchriusque est ex communibus iniuriis odisse quam propriis, ita boni speciosius amantur ob ea quae generi humano, quam quae hominibus praestant. quia tamen in consuetudinem vertit ut consules publica gratiarum actione perlata suo quoque nomine quantum debeant principi profiteantur, concedite me non pro me magis munere isto quam pro collega meo Cornuto Tertullo, clarissimo viro, fungi. cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? praesertim cum indulgentissimus imperator in concordia nostra ea praestiterit ambobus, quae si tantum in alterum contulisset, ambos tamen aequaliter obligasset. utrumque nostrum ille optimi cuiusque spoliator et carnifex stragibus amicorum et in proximum iacto fulmine adflaverat. isdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos lugebamus, ac sicut *nunc*

---

6 dici tanquam optimum quem elegisti **B** 7 laetum tibi **Bacd** tibi laetum **A** 9 nam et tu quoque **B** 13 adoctauit β pulchrius fuerit genuisse talem an elegisse *Livineius* pulchrius fuisse (fecisse **cd**) genuisse talem an elegisse **ABcd** pulchrius fuisse genuisse talem quam elegisse *e coniectura Gesneri Gierigius* 15 nostrum *corr. al. man.* uestrum **b** 16 non minor **Bacd** non miror **A** 17 quod ista **A** quam ista **Bd** quaesita **c** 18 praecipue *om.* β 23 vertit] uenit *cod. Mediol.* ϛ 24 prolata **c** peracta *I. A. Ernestius* 26 tertulo β 27 pro quo minus **B** 31 illi **B** 32 flumine **B** 33 nunc *om.* **ABd**, *add.* **c**ϛ

spes gaudiumque, ita tunc communis nobis dolor et metus erat. habuerat hunc honorem periculis nostris divus Nerva, ut nos, etsi minus ut bonos, promovere vellet, quia mutati saeculi signum et hoc esset, quod florerent quorum praecipuum votum
91 ante fuerat ut memoriae principis elaberentur. nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo et maximo, cum tu nobis, optime principum, fortissime imperatorum, consulatum obtulisti, ut ad summum honorem gloria celeritatis accederet. tantum inter te et illos principes interest, qui beneficiis suis commendationem ex difficultate captabant gratioresque accipientibus honores arbitrabantur, si prius illos desperatio et taedium et similis repulsae mora in notam quandam pudoremque vertissent. obstat verecundia quo minus percenseamus, quo utrumque nostrum testimonio ornaris, ut amore recti, amore rei publicae priscis illis consulibus aequaveris. merito necne, neutram in partem decernere audeamus, quia nec fas est adfirmationi tuae derogare et onerosum confiteri vera esse quae de nobis, praesertim tam magnifica, dixisti. tu tamen dignus es qui eos consules facias, de quibus ista possis praedicare. tribuas veniam, quod inter haec beneficia tua gratissimum est nobis quod nos rursus collegas esse voluisti. ita caritas mutua, ita congruens tenor vitae, ita una eademque ratio propositi postulat, cuius ea vis, ut morum similitudo concordiae nostrae gloriam minuat ac perinde sit mirum, si alter nostrum a collega, ac si a se ipse dissentiat. non ergo temporarium et subitum est quod uterque collegae consulatu tamquam iterum suo gaudet; nisi quod tamen qui rursus consules fiunt bis quidem, sed temporibus diversis obligantur, nos duos consulatus accepimus simul, simul gerimus, alterque in altero consul, sed iterum et pariter
92 sumus. illud vero quam insigne, quod nobis praefectis aerario consulatum ante quam successorem dedisti! aucta est dignitas dignitate, nec continuatus tantum sed geminatus est honor finemque potestatis alterius *altera*, tamquam parum esset excipere,

3 etsi minus ut bonos tamen promouere ς etsi minus notos ut bonos tamen promouere *Lipsius* 4 quorum] quo B 5 elaberentur A elaberemur Bcd 8 celeritatis A²Bc claritatis A celebritatis d 9 tantum enim inter Ad 11 illos] illis *Schwarzius* ex tedium β 16 decernere | cura modestiae (394, 28) *omissis iis quae interposita sunt* c 19 ista possis Ad possis ista Bς 20 ueniam quod Ad ueniam que *corr.* ueniam quod β ueniamque b 21 nos *om.* Ad, *add.* B 22 propositi Bad prepositi A postulat Ad postulabat Bς 23 nostra B 25 a se ipso *Catanaeus* 28 accipimus ς 29 consules sed iterum *Lipsius. fortasse* consules iterum 20 quod uobis β 33 altera *om.* ABd, *ante* praevenit *add. Livineius*

praevenit. tanta tibi integritatis nostrae fiducia fuit, ut non dubitares te salva diligentiae tuae ratione facturum, si nos post maximum officium privatos esse non sineres. quid, quod eundem in annum consulatum nostrum contulisti...? ergo non alia nos pagina quam te consulem accipiet, et nostra quoque nomina addentur fastis quibus ipse praescriberis. tu comitiis nostris praesidere, tu nobis sanctissimum illud carmen praeire dignatus es, tuo iudicio consules facti, tua voce renuntiati sumus, ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres. iam quod ei *nos* potissimum mensi attribuisti, quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis! quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio laetum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. nos sub oculis tuis augustior solito currus accipiet, nos inter secunda omina et vota certantia, quae praesenti tibi conferentur, vehemur alacres et incerti ex utra parte maior auribus nostris accidat clamor. super omnia tamen 93
praedicandum videtur quod pateris consules esse quos fecisti. quippe nullum periculum, nullus ex principe metus consulares animos debilitat et frangit, nihil invitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. manet manebitque honori veneratio sua, nec securitatem auctoritate perdemus. ac siquid forte ex consulatus fastigio fuerit deminutum, nostra haec erit culpa, non saeculi. licet enim, quantum ad principem, licet tales consules agere, quales ante principes erant. ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus? nisi tamen illam, ut semper nos meminerimus consules fuisse et consules tuos, ea sentiamus, ea censeamus quae consularibus digna sunt, ita versemur in re publica, ut credamus esse rem publicam, non consilium nostrum, non operam subtrahamus, nec defunctos nos et quasi dimissos consulatu, sed quasi adstrictos et devinctos putemus eundem-

1 praeuenit aς peruenit **AB** que uenit d 4 *lacuna quam indicavi quaedam quibus ipsum Traianum eo anno consulem fuisse*, *velut* quo ipse consulatum gessisti, *excidisse videntur.* eundem in annum consulatus tui consulatum nostrum contulisti *Onuphrius Panvinius fast. I p. 7* 5 nos *om.* β quam quae te *ex codice Parisino Schwarzius* 6 praescriberis *Catanaeus* perscriberis **ABd** 9 declarator] delator b 10 iam] nam **ABd** quod ei nos potissimum mensi *Schwarzius* quod eos potissimum mensi **B** quod ei potissimum mensi **Ad** quod eum potissimum mensem ς 15 omina **A**ς omnia **Bd** 16 ex utraque parte **A** 25 quales **Bad** quale *corr. al. man.* qnales **A** 26 nisi tamen d *et codex Livineii* nisi tum **B** nisi tantum **A**ς 29 ut credamus esse rem publicam *om.* **Ad**, *add.* **B**ς 30 defunctos] disiunctos ς deiunctos *Duebnerus* dimissos **A²Bad** demissos **A**

que locum laboris et curae quem reverentiae dignitatisque teneamus.

94 In fine orationis praesides custodesque imperii deos ego consul pro rebus humanis ac te praecipue, Capitoline Iuppiter, precor ut beneficiis tuis faveas tantisque muneribus addas perpetuitatem. audisti quae pro malo principe precabamur, exaudi quae pro dissimillimo optamus. non te distringimus votis: non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non honores: simplex cunctaque ista complexum omnium votum est, salus principis. nec vero nova tibi iniungimus: tu enim iam tunc illum in tutelam recepisti, cum praedonis avidissimi faucibus eripuisti. neque enim sine auxilio tuo, cum altissima quaeque quaterentur, hic, qui omnibus excelsior erat, inconcussus stetit: praeteritus est a pessimo principe qui praeteriri ab optimo non poterat. tu clara iudicii tui signa misisti, cum proficiscenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore cessisti. tu voce imperatoris quid sentires locutus, filium illi, nobis parentem, tibi pontificem maximum elegisti. quo maiore fiducia isdem illis votis, quae ipse pro se nuncupari iubet, oro et obtestor, si bene rem publicam, si ex utilitate omnium regit, primum ut illum nepotibus nostris ac pronepotibus serves, deinde ut quandoque successorem ei tribuas quem genuerit, quem formaverit similemque fecerit adoptato, aut si hoc fato negatur, in consilio sis eligenti monstresque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat.

95 Vobis, patres conscripti, quantum debeam publicis etiam monumentis continetur. vos mihi in tribunatu quietis, in praetura modestiae, vos in istis officiis etiam, quae e studiis nostris circa tuendos socios iniunxeratis, cum *fidei* tum constantiae an-

---

3 deos ς diuos **Abd** diues β 4 consules pro **B** 6 quae pro malo principe precabamur **Ad** quae malo principe precabamur **B** quae malo principi precabamur ς quae malo principi imprecabamur *Lipsius* 7 non enim concordiam non pacem **A** 9 complexum unum omnium uotum *Catanaeus* 10 uotu est **B** noua tibi iniungimus **d**ς nouam tibi iniungimus **B** tibi noua iniungimus **A** nouam tibi iniungimus curam *Cuspinianus* 11 iam *om.* **B** 13 hic pro omnibus **A** erat *om.* ς 14 stetit **Bad** estetit **A** praeteritus *cod. Mediol.* ς perterritus **ABd** a pissimo β qui praeteriri *cod. Mediol.* ς qui perterreri **Ab** qui perterri β perterri (*om.* qui) **d** 15 poterat *cod. Mediol.* poterit **ABd** potuit ς 22 successorem **A²Bad** successorum **A** 23 fato **A²bd**ς facto **A**β 24 sis eligenti monstresque ς si legenti monstresque **B** sibi legenti monstres **Ad** se eligenti monstresque *cod. Mediol.* 28 officiis etiam quae e (et **d**) studiis nostris circa **bd**ς officiis etiam que et enim studiis nostris circa β offitiis et studiis nostrisque circa **A** 29 cum tum constantiae βς tum cum constantie **b**

tiquissimum testimonium perhibuistis. vos proxime destinationem consulatus mei his adclamationibus approbavistis, ut intellegam etiam atque etiam enitendum mihi ut hunc consensum vestrum complectar et teneam et in dies augeam. etenim memini tunc verissime iudicari, meruerit quis honorem necne, cum adeptus est. vos modo favete huic proposito et credite, si cursu quodam provectus ab illo insidiosissimo principe, antequam profiteretur odium bonorum, postquam professus est, substiti, cum viderem quae ad honores compendia paterent, longius iter malui; si malis temporibus inter maestos et paventes, bonis inter securos gaudentesque numeror; si denique in tantum diligo optimum principem, in quantum invisus pessimo fui. ego reverentiae vestrae sic semper inserviam, ut non me consulem et mox consularem, sed ut candidatum consulatus putem.

---

cum constantie d cum constantia **A** cuncti constantiae ς: *cf. ep. III 9, 23. I 7, 2. II 9, 4. V, 13, 2. III 4, 4. VI 18, 3* 2 his *om.* cd approbauistis Bc approbastis **A** probauistis d 3 atque etiam *om.* **A** consessum c vestrum *om.* cd 4 tunc *om.* **B** 6 quodam pronectus cd quondam prouectus **B** quondam profectus **A** 7 ab] sub *Gierigius* 8 substiti, si cum uiderem *Heumannus apud Schwarzium* 9 malui] maluit **B** 10 mestos ex pauentes β 11 securos et gaudentes cd diligor optimo principi *Heumannus* 13 ut non **AB** non ut cdς 14 putem | finit panagyricus Plinii secundi ad Traianum **A** putem | PLINII SECVNDI PANEGYRICVS QVEM DIXIT TRAIANO IMPERATORI EXPLICIT :· INCIPIT PANEGYRICVS LATINI PACATI DREPANI DICTVS THEODOSIO IMPERATORI b putem. Teodosius theodosii . f. q VI' a cōstātino fuit ī oriēte añis | XVII imperauit. anno salutis 382 īperium sūpsit mūdi V̄DLXXX° et XIII pont' | damasi XXXVI pont. max. decessit mediolani. año salutis 398 et pont. Seritii | XXXVII año XI°. Quo tp̄e claudianus poeta fl'entinus clarus habitus est | finit panegirycus plinii secundi dictus trha | iano imperatori. incipit panegyricus | Latini pacati drepani dictus theodosio β putem | Laus deo semper C. plinii Secundi Oratoris Veronensis Panegiricus ad Traianum uniuersum Senatum c PVTEM CAI PLINII SECVNDI ORATORIS EXIMII PANAGYRICVS VERBIS ET SENTENTIIS ORNATISSIMVS : DICTVS DIVO CAESARI TRAIANO FINIT FELICITER d

INDEX NOMINUM

CUM RERUM ENARRATIONE

AVCTORE TH. MOMMSENO

NOMINA QVADRATIS LITTERIS EXARATA DISTINGVVNT SENATORII ORDINI

Nomina, quantum fieri potuit, data sunt plena: quae eorum posi cancellos [ ], ea apud Plinium non inveniuntur

Numeri nudi Plinii epistularum libros novem significant, numer *T* praescripta Plinii et Traiani epistularum librum, numeri *P* praescripta capita Panegyrici

IMPERATORES.

[C. IVLIVS CAESAR, postea IMP. CAESAR AVGVSTVS, post mortem] DIVVS AVGVSTVS (*sic plerumque*, Augustus *P. 11*), defunctus a. 14 Aug. 19. Augustus dicitur *P. 88.* Consecratur *P. 11.* Lex Iulia [de maritandis ordinibus] *P. 42.* Lex Iulia [de adulteriis] *6, 31, 6.* Edictum de liberis expositis ad Anniam pertinens *T. 65.* Edictum de aetate, qua magistratum capere liceat in provincia Bithynia *T. 79. 80.* Edictum de hereditatibus civium Nicaeensium intestatorum rei publicae deferendis *T. 84.* Basilica Iulia *5, 9, 1.* Carmina eius *5, 3, 5.*

TI. CAESAR, defunctus a. 37 Mart. 16 *P. 11.* Carmina eius *5, 3, 5.*

[TI.] CLAVDIVS CAESAR [AVGVSTVS] (*sic 1, 13, 3. T. 70; alibi* Claudius), post mortem DIVVS CLAVDIVS (*quo nomine Plinius non utitur*), imperavit ab a. 41 Ian. 24 ad a. 54 Oct. 13. Scribonianus legatus Illyrici adversus eum arma movet a. 42 *3, 16, 7—9* [*cf. Dio 60, 15 al.*]. Domus ei legatur Prusae in Bithynia *T. 70. 71.* Recitantem audit M. Servilium Nonianum rerum scriptorem *1, 13, 3.* Consecratur *P. 11.*

NERO [CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS] (Nero *ubivis*), imperavit ab a. 54 Oct. 13 ad a. 68 Iun. 9. Consecrat Claudium *P. 11.* Accusationes et delatores sub eo *1, 5, 1. 3. 3, 7, 3.* C. Fannii de exitu occisorum et relegatorum a Nerone libri tres *5, 5, 3. 5.* Scriptorum sub eo pericula *3, 5, 5.* Novissimus ab eo consul factus a. 68 C. Silius Italicus; idem ultimus mortuus ex consulibus Neronianis *3, 7, 9. 10.* Carmina eius *5, 3, 6.* Vindicat eum Domitianus *P. 53* [*cf. Sueton. Dom. 14; Dio 67, 14*]. Dictum de eo Traiani *6, 31, 9.*

[SER.] GALBA [IMP. CAESAR AVGVSTVS], imperavit ab a. 68 med. ad a. 69 Ian. 15. Adoptat Pisonem *2, 20, 2.*

[A.] VITELLIVS [GERMANICVS IMP. AVGVSTVS], imperavit a. 69 a die Apr. 19 ad d. Dec. c. 21. Vitellii legatus vulneratur a militibus Vespasiani *1, 5, 2.* Amicitia eius cum C. Silio Italico *3, 7, 3* [*cf. Tacitus h. 3, 65*].

IMP. [CAESAR] VESPASIANVS [AVGVSTVS] (Vespasianus imp. *3, 5, 9;* Vespasianus *4, 9, 1. P. 11*), post mortem DIVVS VESPASIANVS (*1, 14, 5. T. 65*), imperavit ab a. 69 Iul. 1 ad a. 79 Iun. 23. Adlegit hominem municipalem inter praetorios *1, 14, 5.* Epistula eius ad Lacedaemonios de liberis expositis *T. 65.* Ante lucem negotiis administrandis operam dat *3, 5, 9.* Consecratur a Tito *P. 11.*

[IMP.] TITVS [CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS] (*4, 9, 2; P. 11. 35*), post mortem DIVVS TITVS (*T. 65; P. 35*), imperavit ab a. 79 Iun.

PRIVATI.

excurritque Comum, ut servi apud eum manumittantur *7, 16, 3. 23. 32, 1.* Provinciam administrat *9, 5.*

Callidromus *T. 74.*

Callimachus poeta *4, 3, 4.*

[L. (?)] Calpurnius L. f. Ouf. Fabatus, pater Calpurniae Hispullae, avus paternus Calpurniae uxoris Plinii tertiae itaque prosocer Plinii *4, 1. 6, 12. 30. 5, 11. 14, 8. 7, 11. 16. 23. 8, 10. 11, 3. 20, 3.* Ad eum scr. *4, 1. 5, 11. 6, 12. 30. 7, 11. 16. 23. 32. 8, 10.* Comensis *5, 11, 2. 7, 32, 1.* Incesti accusatus a. 65 et absolutus [*Tac. a. 16, 8*]. Praefectus fabrum; tribunus militum (?) leg. XXI rapacis; praefectus cohortis VII Lusitanorum et (?) nationum Gaetulicarum sex, quae sunt in Numidia. IIvir (?), IIIIvir iure dicundo, flamen divi Augusti Comi [*haec omnia ex titulo eius post mortem posito Grut. 382, 6 et in commentario meo Herm. 3, 114*]. Comi porticum dedicat sub suo filiique sui nomine et in portarum ornatum pecuniam pollicetur *5, 11.* Exactae aetatis *7, 16. 23. 32. 8, 10, 2.* Moritur a. 112 *T. 120.*

[M.] CALPVRNIVS FLACCVS. Ad eum scr. *5, 2.* Consul. suf. a 97 Oct. 10 [*dipl. hon. miss.: cf. Borghesi opp. 3, 285*]. Declamationes, quae sub nomine Calpurnii Flacci feruntur, eiusdem hominis esse posse ait Borghesius [*l. c.*]. Fuerunt tamen alii plures eiusdem nominis tam ante Traianum quam post eum, quos recensuit idem.

[P.] CALPVRNIVS MACER [CAVLIVS RVFVS]. Ad eum scr. *5, 18.* Legatus Moesiae inferioris a. 112 [*C. I. L. III, 777*] eodem tempore quo Plinius Bithyniae praefuit *T. 42. 61. 62. 77.*

[C.] CALPVRNIVS PISO recitat carmen *5, 17.* Fortasse is qui postea consul ordinarius fuit a. 111.

[L. CALPVRNIVS] PISO FRVGI cos. a. u. c. 621 *P. 88.*

L. (*ante patris damnationem* CN.) CALPVRNIVS PISO, filius Cn. Pisonis inimici Germanici [*Tac. a. 3, 16. 17*]; pater consulis a. 57 *3, 7, 12.* Consul ord. a. 27 [*Tac. a. 4, 62 al.*]. Praefectus urbi a. 36 [*Iosephus ant. 18, 6, 5. 10; cf. Borghesi opp. 3, 325*]. Proconsul Africae a. 40 [*Dio 59, 20*]. Solebat dicere neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset *3, 7, 12.*

L. [CALPVRNIVS L. F.] PISO. Consul ord. a. 57 [*Tac. 13, 28. 31 al.*]. Inter Arvales nominatur in actis a. 57 et 59. Curator aquarum a. 60—63 [*Frontinus aq. 102*]. Trium virum vectigalibus publicis curandis a. 62 [*Tac. 15, 18*]. Proconsul Africae a. 69 interficitur a Valerio Festo *3, 7, 12*; [*Tacitus h. 4, 49. 50*].

[L. CALPVRNIUS] PISO [LICINIANVS, post alteram adoptionem SER. SVLPICIVS GALBA; *cf. acta arval. Bullett 1869, 92*], filius naturalis M. Licinii Crassi, maritus Veraniae *2, 20, 2.*

CALPVRNIA, neptis ex filio Calpurnii Fabati, uxor Plinii tertia *4, 1, 1. 19, 1.* Ad eam scr. *6, 4. 7. 7, 5.* Patrem matremque videtur amisisse ante nuptias *4, 19. 5, 11. 6, 12, 3. 30, 5. 8, 11, 3.* Abortum facit *8, 10. 11 cf. 4, 13, 5.* Una cum viro in Bithyniam profecta inde revertitur propter avi mortem *T. 120. 121.*

Calpurnia Hispulla, filia Calpurnii Fabati, amita Calpurniae uxoris Plinii tertiae *4, 1, 7. 19. 5, 14, 8. T. 120. 121.* Ad eam scr. *4, 19. 8, 11.*

.... Calvina. Ad eam scr. *2, 4.*

C. Calvisius Rufus (C. Calvisius *4, 4, 1*; Calvisius Rufus *3, 19. 5, 7*: *praeterea* Calvisius), patruus Varisidii Nepotis *4, 4, 1.* Ad eum scr. *2, 20. 3, 1. 19. 5, 7. 8, 2. 9, 6.* Decurio Comensis *5, 7, 3. 4.* Contu-

Suet. Ner. 37; schol. Iuv. 5, 36]. Laudatus ab Iunio Aruleno Rustico [*Tac. Agr. 2; Sueton. Dom. 10; Dio 67, 13*]. Dicta eius *6, 29, 1. 7. 8, 22, 3*; [*cf. Iuv. 5, 36*]. — Stemma hoc est:



FANNIA, neptis Caecinae Paeti et Arriae maioris *3, 16, 2*, filia P. Thraseae Paeti *7, 19, 3* [*Tac. 16, 34*] et Arriae minoris, uxor Helvidii Prisci *7, 19, 3*, noverca Helvidii *9, 13, 3*. Bis maritum in exilium secuta *7, 19, 4*. Eius rogatu Herennius Senecio de vita Helvidii libros componit *7, 19, 5*. Bonis publicatis relegatur a. 93 *3, 11, 3*; *7, 19, 6* [*cf. Tac. Agr. 45*]. Ab exilio redit a. 97 *9, 13, 5*. Valetudo eius *7, 19*. Mores eius *7, 19*.

FEROX v. IVLIVS.

FESTVS v. VALERIVS.

FIRMINVS v. HOSTILIVS.

Firmus v. Saturius.
 v. Romatius.

FLACCVS v. AMMIVS.
 v. CALPVRNIVS.
 v. Horatius.

[M.] FLAVIVS APER (*nam* Flavius *potius legendum est ibi quam* Fabius, *cum codex Dresd. habeat* lacrum *ortum ex* fl. aprum). In senatu sententiam dicit inter postremos, ut videtur, a. 105 vel 106 *5, 13, 5*. Consul ord. a. 130.

Flavius Archippus Prusiacus philosophus falsi damnatus *T. 58, 3*. A Domitiano agro donatus et proconsuli commendatus *T. 58. 60*. Vacationem petit *T. 58. 59. 60*. Insectatur Dionem rhetorem *T. 81. 82*.

Flavius Marcianus, quod corruperit proconsulem Africae, accusatus a. 100 *2, 11*.

Fonteius Magnus Bithynus *5, 20, 4. 7, 6, 2. 6. 7, 10*.

FRONTINVS v. IVLIVS.

FRONTO v. CATIVS.

FRVGI v. CALPVRNIVS.
 v. LIBO.

FVNDANVS v. MINICIVS.

[M. FVRIVS] CAMILLVS tr. mil. cos. pot. a. u. c. 353. 356. 360. 368. 370. 373 *P. 13. 55*.

[M. FVRIVS CAMILLVS] SCRIBONIANVS, [antea CAMILLVS ARRVNTIVS] (*cf. Herm. 3, 133*). Cos. a. 32. Legatus pro pr. Illyrici a. 42 adversus Claudium insurgens occiditur *3, 16, 7. 9* [*cf. Dio 60, 15 al.*] Uxor eius apud Claudium indicium profitetur *3, 16, 9*, quo fortasse pertinet causa Cloatillae [*Quintil. 8, 5, 16 al.*].

Furia Prima *T. 60*.

Fuscus v. Cluvius.
 v. PEDANIVS.

GAETVLICVS v. CORNELIVS.

GALBA imperator v. p. 399.

Galla v. Pomponia.

..... Gallitta (*sic scrib.*) adulterii rea *6, 31, 4*.

GALLVS v. ASINIVS.

Gavius Bassus praefectus orae Ponticae *T. 21. 22. 86*. — Gavius Bas-

filius *6*, *6*, *3*, frater ut videtur Iulii Aviti *5*, *21*, *3*. Ad eum scr. *4*, *6*. Familiaris Plinii *6*, *6*, *2*. Honorem petens commendatur amicis a Plinio *6*, *6*, *1* et a Tacito *6*, *9*.

Iulius Piso, Amisenus *T. 110. 111.*

[L.] IVLIVS [VRSVS] SERVIANVS (*plene Maffei M. V. 319*, *6*; Iulius Servianus *apud Plinium*; L. Ursus *sub protome a liberto dedicata Herm. 3*, *117*; Servianus *passim*). Ad eum scr. *3*, *17*. *6*, *26*. Natus c. a. 47 [*Dio 69*, *17*]. Maritus Domitiae Paulinae sororis Hadriani [*vita Hadr. 1. 2 al.*]. Cos. I suf. a. inc. Legatus pro pr. Germaniae superioris a. 98 *8*, *23*, *5*; [*vita Hadriani 2*]. Eo tempore Plinio impetrat ius trium liberorum *T. 2*. Legatus pro pr. Pannoniae *8*, *23*, *5*, quo tempore scripta videtur *ep. 3*, *17*. Cos. II ord. a. 102 [*ann. dell' Inst. 1860 p. 440*]. Iudex datur a principe *7*, *6*, *8*. Filiam despondet Fusco Salinatori *6*, *26*. Mentio eius in testamento Dasumiano [*cf. Herm. 4*, *51*]. Cos. III ord. a. 134 [*vita Hadr. 8*; *XXX tyr. 8*; *al.*]. Iussu Hadriani occisus a. 136 annos natus XC [*Dio 69*, *17 cf. 76*, *7*; *vita Hadr. 15. 23. 25*].

Iulius Tiro. Causa falsi acta apud Traianum de codicillis eius *6*, *31*, *7*.

Iulius (*al.* Silvius) Valens *5*, *21*, *2*.

Iulius Valerianus. Ad eum scr. *5*, *4*, item Valeriano inscr. *2*, *15*. *5*, *13*.

[C. IVLIVS] VINDEX leg. pro pr. Galliae Lugdunensis superatur a L. Verginio Rufo *6*, *10*, *4*. *9*, *19*, *1* [*cf. Sueton. Ner. 40*].

[IVLIA AVGVSTA]. Titi imperatoris filia, a Domitiano polluta et ad abortum adacta itaque interfecta *4*, *11*, *6*; [*Sueton. Dom. 22*; *Philostratus Apoll. 7*, *7*; *Dio 67*, *3*].

Iulianus v. Pompeius.

Iunior v. Terentius.

IVNIVS AVITVS familiaris Plinii *8*, *23*. Aut ad eum aut ad Iulium Avitum scr. *2*, *6*. Tribunus legionis in Germania sub legato L. Iulio Urso Serviano, item in Pannonia sub legato eodem *8*, *23*. Quaestor consulum plurium *8*, *23*. Inter legatarios testamenti Dasumiani scripti a. 108 vel 109 [*cf. Herm. 3*, *51*]. Aedilis designatus defunctus superstitibus matre uxore filia *8*, *23*.

[M. IVNIVS BRVTVS, post adoptionem Q. CAEPIO] BRVTVS praetor a. u. c. 710. Carmina eius *5*, *3*, *5*. Imago *1*, *17*, *3*. *P. 55*.

IVNIVS MAVRICVS, frater L. Iunii Aruleni Rustici. Ad eum scr. *1*, *14*. *2*, *18*. *6*, *14*. Queritur in senatu de libidine plebis a. 69 [*Plut. Galb. 8*]. Accusatoribus accusationem minitatur a. 70 [*Tac. h. 4*, *40*]. In exilium pulsus a. 93 *3*, *11*, *3*; [*Tac. Agr. 45*]. Reditus eius a. 96 *1*, *5*. *10*. *15*. *16*. Tutor liberorum fratris *1*, *14*. *2*, *18*. Familiaris Nervae *4*, *22*, *4* [*cf. Victor epit. 12*] et Traiani *4*, *22*, *3*. Laudatur [*Martialis 5*, *28*; *Plutarch. l. c.*].

[L. IVNIVS] ARVLENVS RVSTICVS [Iunius Rusticus *Suet. Dom. 10*; Arulenus Rusticus *sive* Rusticus Arulenus *apud Plin. et Tac.*; L. Iunius Rusticus philosophus stoicus *Orelli inscr. 1190*], frater Iunii Maurici. Tribunus plebis a. 66 intercedere vult iudicio de Thrasea, a quo impeditur [*Tac. 16*, *26*]. Praetor a. 69 legatus missus ad Vespasiani duces urbem invadentes vulneratur *1*, *5*, *2*; [*Tac. h. 3*, *80*]. Rogatu eius Plinius defendit Arrionillam *1*, *5*, *5*. Propter laudes editas Thraseae Paeti et Helvidii Prisci capitis damnatur a. 93 *3*, *11*, *3*. *5*, *1*, *8*; [*Tac. Agr. 2. 45*; *Dio Chrysost. or. 13 vol. 1 p. 418 R.*: *Suet. Dom. 10*; *Dio 67*, *13*]. Liber ille publice crematur [*Tac. l. c.*]. Dictum eius [*Plutarch. de curios. 15*]. Memoriam eius insectatur Regulus *1*, *5*, *2*. Laudes eius *1*, *14*. *2*, *18*; [*Tac. h. 3*, *80*]. Liberi eius *2*, *18*.

L. Calpurnii Pisonis Liciniani adoptati ab imp. Galba et cum eo interfecti. Maritus Sulpiciae Praetextatae paterque liberorum quattuor [*Tac. hist. 4, 42*]. Consul ord. a. 64 [*Henzen 6848 cet.*]. Homo ditissimus [*Tac. h. 4, 42*]. Periit imp. Nerone († 68) accusante M. Aquillio Regulo *1, 5, 3;* [*Tac. hist. 1, 48. 4, 42*].

[L. LICINIVS] MVRENA cos. a. u. c. 692. Ciceronis pro eo oratio *1, 20, 7.*

LICINIVS NEPOS praetor legibus quaerit a. 105 *5, 9, 3 cf. 13, 4.* Multat iudicem senatorii ordinis cessantem *4, 29.* Pecuniam ob advocationes dari accipive vetat *5, 9;* actio in senatu de advocato Vicetinorum ob pecuniam ab iis acceptam *5, 9. 13.* In senatu dicit in causa Vareni Rufi *6, 5.*

L. LICINIVS SVRA, oriundus ex Hispania Tarraconensi [*Martialis 1, 49, 40: C. I. L. II, 4282. 4508 cf. 4536—4548*]. Ad eum scr. *4, 30. 7, 27.* Quattuorvir viarum curandarum [*inscriptio statuae post mortem ei dedicatae Romae apud Henzenum n. 5448; cf. Borghesi opp. 5, 32 seq.*]. Quaestor provinciae Achaiae [*tit.*]. Tribunus pl. candidatus Caesaris [*tit.*]. Praetor candidatus Caesaris [*tit.*]. Legatus legionis I Minerviae [*tit.*]. Legatus pro pr. prov. Belgicae [*tit.*]. Cos. I a. inc. Studio eius Traianus imperator factus [*Victor ep. 13, 5*]. Legatus pro pr. sub Traiano bello Dacico utrique interfuit et egit de pace cum Decebalo: post utrumque bellum donis militaribus donatus est [*tit.: Dio 68, 9*]. Cos. II ord. a. 102; III ord. a. 107. Pontifex [*C. I. L. II, 4508*]. Sodalis Augustalis [*C. I. L. II, 4508*]. Ornatus ornamentis triumphalibus [*C. I. L. II, 4508*]. Traiano orationes scribit [*Iulianus Caes. p. 327 Spanh.: cf. vita Hadr. c. 3*]. Favet Martiali [*Mart. 6, 64, 13*]. Eruditio eius rerum naturalium praedicatur *4, 30. 7, 27.* Favet Hadriano [*vita Hadr. c. 2. 3*]. Romae in Aventino, ubi habitaverat prope aedem Dianae [*Martialis 6, 64, 13*], balneum aedificat dictum Surae [*Dio 68, 15; ab imp. Traiano in honorem eius factum dicitur apud Victorem Caes. 13, 8 et ep. 13, 6; memoratur apud regionarios in reg. XIII, v. Becker topogr. p. 463. 690 et Preller reg. p. 22. 28. 200*]. Arcus ex testamento eius factus Tarracone [*C. I. L. II, 4282*]. Post mortem ei ex auctoritate Traiani statua dedicatur Romae [*Dio 68, 15; C. I. L. II, 4508; vide supra*].

LICINIANVS v. Norbanus.
v. VALERIVS.

LICINVS v. LARCIVS.

T. Livius historicus *2, 3, 8. 6, 20, 5.*

LIVIAE porticus *1, 5, 9.*

LVCANVS v. ANNAEVS.
v. DOMITIVS.

LVCCEIVS ALBINVS repetundarum accusat Caecilium Classicum a. 101 *3, 9, 7,* defendit Iulium Bassum a. 103 vel 104 *4, 9, 13.* — Videtur filius Lucceii Albini eius, qui procurator Mauretaniae Caesariensis periit a. 69 [*Tacitus h. 2, 58. 59*].

LVCILLA v. DOMITIA.

[T.] Lucretius [Carus] poeta citatur *4, 18.*

.... Lupercus. Ad eum scr. *2, 5. 9, 26.*

Lupus v. Nymphidius

LVSTRICIVS BRVTTIANVS praeses provinciae causam dicit *6, 22.*

Q. [LVTATIVS] CATVLVS consul a. u. c. 652. Carmina eius *5, 3, 5:* [*Cicero de n. d. 1, 28, 79: Gellius 19, 9, 10. 14*].

Lycormas v. Ulpius.

Lysias orator *1, 20, 4.*

in collegio Arvalium a. 118 [*Henzen p. 65*].

Mettius Carus delator sub Domitiano [*Tacitus Agr. 45; Martialis 12, 25; Iuvenalis 1, 35; Sidonius Apoll. ep. 5, 7*]. A. 93 Herennium Senecionem accusat condemnatque *1, 5, 3. 7, 19, 5.* Etiam de Plinio libellos dat Domitiano *7, 27, 14.* — An idem sit Carus qui vicit Quinquatribus [*Martialis 9, 23. 24*], non liquet.

METTIVS MODESTVS (*cf. inscr. urbana Mur. 1467, 11:* C. Herennio Pisoni M. Mettius Modestus fecit). Legatus Domitiani Aug. prov. Lyciae [*C. I. Gr. 4279. 4280, item in titulo reperto Cauni, quem misit Waddingtonius:*[Ἡ πόλις Μ]έττιον Μόδεστον [πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγ]ον αὐτοκράτορος [Καίσαρος Δομετιανοῦ Σε]βαστοῦ Γερμανι[κοῦ]]. Proconsul Asiae ante Avidium Quietum imperante Domitiano [*C. I. Gr. 3835 = C. I. L. III, 355; cf. inscriptio Ephesina ed. in Herm. 4, 178*]. Sententia ab eo dicta in causa Arrionillae uxoris Timonis *1, 5, 5.* Relegatus a Domitiano *1, 5, 5.*

Midias Demosthenis adversarius *7, 30, 5.*

Minicius . . . . . Ad eum scr. *7, 12.*

MINICIVS ACILIANVS, Minicii Macrini et Aciliae f., Brixianus *1, 14, 3.* Quaestor. Tribunus plebis. Praetor *1, 14, 7.*

[C.] MINICIVS FVNDANVS. Ad eum scr. *1, 9,* item Fundano inscr. *4, 15. 6, 6.* Consulatum ei destinatum credit Plinius *4, 15.* Consul a. 108 Iun. 30 [*diploma hon. miss.*], Aug. 12 [*Orelli 1588. 2471: cf. Herm. 3, 46*]. Proconsul Asiae imp. Hadriano [*Iustinus apol. 1 c. 68*]. Filiam amittit annos natam XIV *5, 16, 1.*

Minicius Iustus, maritus Corelliae sororis Corellii Rufi *7, 11, 4.* Aut ad eum aut ad Fabium Iustum scr. *7, 2.* Nominatur inter legatarios testamenti Dasumiani scripti a. 109 [*v. Herm. 3, 51*]. Filius eius praetore Plinio ludis praesedit *7, 11, 4.*

Minicius Macrinus [*sic 1, 14, 5; praeterea ubivis* Macrinus], Brixianus *1, 14, 5.* Ad eum scr. *2, 7. 3, 4. 7, 6. 10. 8, 17. 9, 4.* Adlectus a Vespasiano inter praetorios se excusavit *1, 14, 5.* Uxorem Aciliam amittit post coniugium annorum XXXVII *8, 5: cf. 1, 14, 6.*

[L.] MINICIVS RVFVS [*praenomen habet Censorinus 17, 11; cf. Marini Arv. p. 69*]. Ad eum proconsulem fortasse Bithyniae Domitianus rescripsit de liberis expositis *T. 72.* Consul a. 88 [*Censorin. l. c., al.*]. Cf. Varenus Rufus.

Minicianus v. Cornelius.

Mithridates Chrysippi f. civitate donatus *T. 11.*

Modestus servus *4, 10, 1.*

MODESTVS v. METTIVS.

Montanius Atticinus comes praesidis provinciae accusatur et in insulam relegatur *6, 22.*

.... Montanus. Ad eum scr. *7, 29. 8, 6.*

Q. [MVCIVS] SCAEVOLA is, ut videtur, qui tribunus plebis fuit a. 700. Carmina eius *5, 3, 5:* [*Cicero de leg. 1, 2; anthol. Palat. 9, 217 inscriptum* Μουκίου Σκευόλα: *cf. Haupt in commentariis soc. Saxonicae a. 1846 p. 49 seq.*].

[L. MVMMIVS,] ACHAICVS cos. a. u. c. 608 *8, 6, 2.*

.... MVRENA tr. pl. *9, 13, 19.*

C. Musonius [Rufus] ex Etruria, equestris ordinis, philosophus. Roma pulsus in Gyarum insulam a. 65 [*Tacitus 15, 71 cf. 14, 59: Dio 62, 27; Philostratus vita Apoll. 7, 16*]. Redit sub Galba [*cf. Tac. h. 3, 81*]. Cum denuo philosophi pelluntur a. 71, Musonius excipitur [*Dio 66, 13*].

qui nobilis avarus eius temporis latet.

VELLEIVS BLAESVS consularis mortuus sub Domitiano *2, 20, 7. 8.*

...... Venator. Ad eum scr. *9, 20.*

VERANIA coniux Pisonis eius, quem Galba adoptavit, moritur *2, 20, 2;* [*Tacitus h. 1, 47; Plutarch. Galb. 28*].

P. Vergilius [Maro] *3, 7, 8. 5, 3, 6. 6, 43.* Citatur *1, 2, 2. 5, 8, 3. 7, 20, 4. 9, 13, 12.*

Vergilius Romanus scriptor mimiamborum et comoediarum *6, 21, 2.*

[L.] VERGINIVS RVFVS. Natus a. 15 *2, 1, 4.* Oriundus ex municipio finitimo Comensi *2, 1, 8* [*cf. Tac. h. 1, 52*]. Cos. I a. 63, II a. 69. Legatus pro pr. Germaniae superioris a. 69 C. Iulio Vindice victo et caeso imperium sibi oblatum recusavit *2, 1, 2. 6, 10, 4. 9, 19, 1* [*cf. Tacitus h. 1, 8. 52; Plut. Galb. 6; Dio 63, 24. 25*]. Galbae suspicionem evasit [*Plut. Galb. 10; Tac. h. 1, 8. 52. 3, 62; Dio 64, 4*] *cf. 2, 1, 3.* Othonis partes secutus post proelium Betriacense imperium iterum recusavit [*Tac. h. 2, 49. 51*]. Vitellius ei pepercit [*Tac. h. 2, 68*]: *cf. 2, 1, 3.* Sacerdos *2, 1, 8.* Tutor Plinii et fautor *2, 1, 8.* Gratias acturus in senatu in ineundo consulatu tertio a. 97 Ian. 1. in curia cecidit et coxa fracta aliquanto post, imperante etiamtum Nerva a. 97 ut videtur exeunte, obiit *2, 1, 5,* annum agens LXXXIIII *2, 1, 4,* XXX annos post Vindicem caesum *2, 1, 1.* In ultima hac valetudine a quinqueviratu sumptuum publicorum minuendorum per Plinium se excusavit *2, 1, 9.* Publico funere elatus *2, 1, 1* laudatusque a consule Cornelio Tacito *2, 1, 6.* Carmina eius *5, 3, 5.* Monumentum eius, in villa quae eius fuerat Alsiensi, cum inscripto epigrammate ipsius *6, 10, 4. 9, 19;* [*Dio 68, 2*].

.... Verus. Ad eum scr. *6, 3.*

VESPASIANVS imperator v. p. 399.

[VESTRICIVS] COTTIVS, filius Vestricii Spurinnae et Cottiae, post mortem statua honoratur publice *2, 7, 3. 4* laudaturque a Plinio *3, 10.*

VESTRICIVS SPVRINNA. Ad eum scr. *3, 10. 5, 17.* A. 69 dux Othonis, legatus legionis ut videtur, adversus Vitellianos [*Tacitus h. 2, 11. 18. 23. 36; Plutarch. Oth. 5. 6, 7*]. Consul bis vel ter, fortasse tertium a. 100 [*cf. P. 61 dictaque in Herma 3, 40*]. Romae moratur a. 96 exeunte *1, 5, 8. 9.* Ei legato (imp. Nervae ut videtur) Germaniae inferioris ornamenta triumphalia decernuntur a. ut videtur 97 *2, 7 cf. 3, 10;* [*Tac. Germ. 33*]. Filium amittit *2, 7, 3. 4. 6. 3, 10.* Vita senis annum agentis LXXVII *3, 10.* Carmina eius et studia *3, 1, 7. 4, 27. 5, 17* [*Quae feruntur eius, suppositicia sunt: cf. Wernsdorf poet. min. 3, 351 seq.*].

Vettius Priscus causam agit apud centumviros *6, 12, 2.*

VETTIVS PROCVLVS, maritus ut videtur Pompeiae Celerinae socrus Plinii *9, 13, 23.* A. 97 praefectus aerarii sententiam in senatu dicit inter praetorios *9, 13, 13 cf. 11.* A. 98 consul designatus *9, 13, 23.* Consul m. Decembri cum P. Iulio Lupo [*Grut. 1071, 4*]. Procos. Asiae inter a. 103 et 117 [*nummus ineditus Hyrcanorum Lydiae, cuius notitiam debemus Waddingtonio, caput proponens Traiani, qui Dacicus dicitur, et adscriptionem* ἀνθ. Βετ. Προκ ... Ὑρκανῶν].

VIBIVS SEVERVS. Ad eum scr. *3, 17* (*ubi in codd. est* uiuio *et* curio). *4, 28* (*ubi in codd. est* uibio *et* iubio). *Cf. Orell. 3306* (*cum adn. Henzeni*): C. Oppio C. f. Vel. Sabino Iulio Nepoti M.' Vibio Sollemni Severo, *qui consul fuisse vi-*

ADDENDA ET CORRIGENDA

p. 2, 19 *post* III 1, 12—3, 5 *add.* III 9, 1—28

p. 3, 10 *not. l.* uenerant

p. 46, 17 sestertium decem milia *Mommsen*

p. 48, 3 *Ad C. I. L. II, 3866 docui sic distinguendum esse:* Pater ei in equestri gradu clarus: clarior vitricus .... mater e primis. Ipse citerioris Hispaniae (scis quod iudicium provinciae, quanta sit gravitas) flamen proxime fuit. *Nam et flamen absolute dictus intellegi nequit, nec iudicium provinciae ullum est in matre, cernitur autem in flaminatu: nam flamines creabantur in conventu provinciae suffragiis legatorum. Mommsen*

p. 50, 12 *l.* Larcius *pro* Largius. *cf. ind. nom.* LARCIVS LICINVS

p. 56, 4 puteos ac potiles fontes *coniecit Mommsen*

p. 68, 8 *l.* Larcio *pro* Largio. *cf. ind. nom.* LARCIVS LICINVS

p. 80, 5 *l.* Larcius *pro* Largius *et not.* larcius **Dr** largius **MVFpςa**. *cf. ind. nom.* LARCIVS MACEDO

p. 83, 10 per quod ad haec perventum est *coniecit Mommsen*

24 *l.* VIBIO *pro* CURIO. *cf. ind. nom.* VIBIVS SEVERVS

p. 102, 17 adicere] addicere *Mommsen*

p. 114, 6 *l.* Metilio *pro* Maecilio. *cf. ind. nom.* METILIVS NEPOS

19 Sentium] Serium *Borghesius opp. 6 p. 299. cf. ind. nom.* SERIVS AVGVRINVS

p. 136, 3 *not. l.* eosdem istos **Mpς** *pro* eosdem istos **Mpr**

p. 138, 4 *l.* Flavium *pro* Fabium. *cf. ind. nom.* FLAVIVS APER

p. 163, 20 emptitant: quo ut sint plura venalia efficiunt *coniecit Mommsen*

p. 166, 5 credidissem] credidisse *Mommsen*

p. 174, 19 *et not. l.* Gallitta *pro* Gallita

p. 176, 17 imitentur] limitent *Mommsen*

p. 235, 1 *not. l.* 28 *pro* 38

p. 259, 19 orbe quodam sodalitates ambire *coniecit Mommsen*

p. 274, 11 *l.* Anchariae *pro* Panchariae. *not.* Panchariae **a**

p. 288, 10 ne gaudio quidem quamvis maximo possum *coniecit Mommsen*

p. 310, 27 cohortis III campestris *coniecit Mommsen coll. inscr. ed. Henzen n. 5443*

In scriptura schedarum rescriptarum panegyrici haec addenda esse monuit Kruegerus, quae hic adnotabo, quamquam partem eorum sciens olim omiseram,

p. 324, 18 *not.* 18 adsūmi *pro* adsumi

p. 326, 1 inritamentum] *incerta* t *littera posteriore loco*
p. 382, 10 *not.* consul *vel* consūl
22 temptabitque] tempt. bitque *vel* tempt.. bitque
p. 383, 1 *not.* *et* si] e *fortasse in litura*
14 quam quid] quam | *i*quid
p. 389, 5 *not.* adque .. uotis *vel* adque uotis

p. 412 *add.* GRATILLA est opinor Verulana Gratilla, quam Tacitus (*hist. 3, 69*) ait a. 70 cum Flavio Sabino aliisque Flavianorum principibus obsidium passam esse in Capitolio, non liberos propinquosve, sed bellum secutam. *Mommsen*

p. 416 *add.* Iunius Pastor a Plinio defensus *1, 18, 3. Mommsen*

p. 416 *add.* LIBO FRVGI consularis aperte descendit a M. Licinio Crasso Frugi consule a. 27 et Scribonia eius, cum utriusque gentis cognomina prae se ferat. Videtur esse nepos eorum, filius autem aut M. Licinii Crassi Frugi cos. a. 64 (*cf. Tacitus hist. 4, 42*) aut Crassi Scriboniani. *Mommsen*


WIDENER
BOOK DUE
JUN 1 - 1984
MAY 2 4 1984
CANCELLED
WIDENER
BOOK DUE
SEP 2 9 1987
SEP 2 9 1987
2402278